FLAMINII PARISII
I. C. CONSENTINI
ET IN ALMO VRBIS GYMNASIO
Iuris Pontificij Primarij interpretis.

DE RESIGNATIONE BENEFICIORVM TRACTATVS,

Complectens totam fere praxim Beneficiariam.

TOMVS SECVNDVS.

Decisionibus Rotæ Romanæ, & receptis Doctorum opinionibus vbique hoc Asteriſco * notatis.

Indice primo Quæstionum, altero deinde sententiarum, ac Verborum Primi & huius Secundi Tomi copiosissimo adiecto.



VENETIIS M D XCV.

Apud Haeredem Hieronymi Scoti

SANCTISSIMO D. N.

CLEMENTI VIII.

PONT. MAX.

NNVS iam agitur, Pater Beatißime, ex quo, cum edidiſſem Volumen primũ, De Reſignatione Beneficiorum, illud S.V. quæ tunc in ordine erat Cardinalium, obtuli, æquũ exiſtimans, vigilias ſcriptioneſq; meas qualeſcunque eſſent, ab eo in primis iudicari cuius iudicium magnifieri plurimis, ijſque iuſtißimis de cauſis, ſentiebam. Ea res ſanè cum honorificè, tum perutiliter mihi accidit, quòd & S. V. meam in his quæ iam elucubraueram pro ſua benignitate probauit induſtriam, et grauiſſimis verbis animum mihi addidit, vt quæ reliqua in eadem materia erant, ea ſtudiosè colligerem, & in publicum edenda curarem. Altero igitur nunc volumine poſt multos labores abſoluto, quo id maiore ornamento honeſtare poßim, quã præcelſo eius nomine non video, cui vel ob ſupremam diuinamque quam in terris obtinet auctoritatem, vel ob præclariſſimas animi virtutes, vel ob excellentem ac multiplicem maximarum rerum ſciẽtiam, cuius gradibus ad iſtud honoris aſcẽdit ſublime faſtigium, deberi omnia omnes facilè conſentiunt. Nam de ſingulari erga ſtudia doctrinarum amore, & beneficentia quid dicam? cũ inito ſtatim Pontificatu præclariſſimis indicijs S.V. oſtenderit, nullos homines ab ipſa pluris fieri quam qui in aliquo optimarum artium genere elaborent, nullos contemni magis quàm qui per ignauum ocium atque ſocordiam cæcis ſe ignorãtiæ tenebris obruẽ ſinunt. En igitur B. P. quæ me cauſæ, vt quidem arbitror iuſtiſſimæ impulerunt, vt hunc ingenij mei fœtum S.V. humiliter offerrem, & conſecrarem, oblaturus poſtmodum quæ penes me alia reſident, ſtudiorum meorum monumenta ad beneficiorum vacationem & collationem pertinentia, hominibus forte non inutilia, talia quidem quæ laborem multis leuatura pro certo mihi perſuadeam. S. V. à Deo Opt. Max. fauſta omnia precor, atque felicia Romæ 30. Octob.

M. D. XCII.

Sanctitatis Veſtræ

Humillimus ſeruus

Flaminius Pariſius.

INDEX
LIBRORVM, ET QVAESTIONVM
HVIVS PRIMI VOLVMINIS
COMPLECTENTIS LIBROS ETIAM,

Septem, ac Quæstiones nonaginta quinque.

Liber Octauus.

Quomodo facienda sit resignatio omnium beneficiorum, tam in Curia, quam extra Curiam, coram quibuscumque Ordinarijs locorum, & Collatoribus. vndecim continet Quæstiones.

1 RESIGNATIO beneficij an dẽat fieri specifice, & expresse.
2 Resignatio beneficij an debeat fieri in scriptis, & quid seruetur in praxi, & quid de collatione.
3 Renunciatio Papatus quomodo sit facienda.
4 Renunciatio Cardinalatus quomodo debeat fieri, & ponitur forma seruata in praxi de an. 1588
5 Renunciatio Archiepiscopatus, & Episcopatus quomodo sit facienda, & hac occasione referũtur formulæ propositionum consistorialium, tam per obitum, quam per renunciationem, & per trãslationem, & ponitur forma cõficiendi processum promouẽdorum ad Ecclesias Cathedrales, & Metropolitanas, ac Monasteria in Curia, & extra Curiam.
6 Renunciatio beneficiorum cõsistorialium qua forma sit facienda, & ponuntur aliquæ propositiones in Consistorio factæ per S.R.E.Card.
7 Renunciatio aliorum beneficiorum quomodo fiat coram Papa, & hac sumpta occasione ponuntur formulæ supplicationis resignationis simplicis, & cum reseruatione pẽsionis, vel fructuum, & absque prouisione, & omnia verba declarantur, referuntur etiam formulæ litterarum resignationis simplicis, & in forma dignum nouissima, ac eorum verba, & clausulæ enucleantur.
8 Consensus præstandus in resignatione vbi, quãdo, quomodo, intra quantum tempus. Coram quo sit præstandus, & ponitur forma, & alia ad id necessaria.
9 Renunciatio coram Ordinarijs quomodo sit facienda, quid in ea debeat exprimi, & ponitur forma, ac multa ponuntur de concursu faciendo ex dispositione Concilij Tridentini in beneficijs curatis.
10 An alius consensus in resignationibus requiratur, & agitur de consensu Patronorum in beneficijs iuris patronatus, Eligentium in beneficijs electiuis, Cardinalium in beneficijs spectantibus ad eorum denominationem.
11 An credatur litteris attestantibus de resignatione beneficij facta, & agitur de litteris Papæ, ac Episcopi, & multa referuntur circa Ordinariorum attestationes.

Liber Nonus.

An fiat resignatio per Procuratores, qui possint cõstitui procuratores, quæ beneficia possint per procuratores resignari, an in curia, & extra curiam, & quomodo constituantur dicti procuratores. Triginta duas continet Quæstiones.

1 QVI possunt constituere procuratores ad resignandum.
2 Quæ beneficia possunt per procuratorem resignari.
3 Qui possunt constitui procuratores ad resignãdum, Et an laici possint constitui.
4 An Religiosus, etiam clastralis, possit constitui procurator ad resignandum.
5 An possit fieri resignatio per procuratorem coram Ordinarijs.
6 Quomodo constituantur procuratores ad resignandum, & quid de constitutis per literas.
7 Quæ requirantur in mandato ad resignandi beneficia, & ponuntur omnes clausulæ, ac inferuntur tres formulæ confectæ in Vrbe a Notario versatissimo in Camera, & Cancellaria.
8 An habita notitia mandati ad resignandum, procurator possit resignare, antequã illud in manibus habuerit, & a quo debeat illud habere.
9 An in mandato procuratorio ad resignandũ possit poni illa clausula, nec aliter, nec alio modo, & præsertim in renunciatione facienda coram Ordinario.
10 An possit constitui procurator ad acceptãdũ beneficium, illudque resignandum.
11 An Notarius possit se rogare de mandato procuræ in personam suam, ad resignandum simpliciter, vel in fauorem alicuius.
12 Præsens in Curia an possit constituere procuratorem ad resignandum coram summo Pontifice, & an huiusmodi mandata admittantur in Cancellaria, vel in Camera.
13 Habens mandatum ad resignandum beneficium, per quantum tempus possit præstare consensum.
14 Beneficium resignatum per procuratorem legitimum vbi dicatur vacare, vbi confectum est mãdatum procuratoriũ, vel vbi facta est resignatio.
15 Resignatio facta per procuratorem, an trahatur ad diem confecti mandati, vt tunc dicatur amissum beneficium.
16 An resignatio facta per procuratorem sit eiusdem potentiæ, vis, & effectus sicut resignatio facta per principalem.
17 An possit constitui procurator ad resignãdũ beneficium aliquo modo, & forma, & an illam cõditionem tenetur procurator sub pœna nullitatis actus seruare, Et hac sumpta occasione plene agitur de procuratoribus constitutis ad resignandum in fauorem, reseruatis fructibus, denominatione, tit. sub certis conditionibus, cum Regressu, Coadiutoria, simpliciter: & de constituto ad resignandum in fauorem personæ nominandæ per ipsum, & hoc casu, an possit se nominare, & plures casus particulares ponuntur, & explicantur nullitates, prouenientes ex nullitate ob non seruatam formam, & fines mandati dati.
18 An procurator constitutus ad resignandum in fauorem Petri, possit ad instantiam eiusdẽ futuri resignatarij cogi ad exhibendum huiusmodi mandatum, ac consentiendum.
19 An procurator datus ad concordandum de beneficio, cum quibusdam conditionibus, possit ex hoc resignare.
20 An procurator constitutus ad resignandum beneficium super quo ipse habet regressum per decessum, vel cessum etiam in fauorem, consentiendo resignationi, sibi præiudicet, vt eo non possit vti.
21 An si procurator resignet in fauorem inhabilis vacet beneficium, & ius abdicetur a resignante, vt possit a quocumque impetrari.
22 An resignatio per procuratorem præsumatur facta legitimo præcedente mandato, & ponitur de præsumptione mandati.
23 Datis duobus mandatis eisdem anno, mẽse, die loco, & testibus, vnum ad resignandum simpliciter, alterum in fauorem quod censeatur validũ.
24 Mandatum datum ad resignandum, an expiret mortuo mandante, & quid si procurator incæpit, an possit post obitum consentire, & plene tractatur de consensibus, qui præstantur post obitum iuxta Alexandrinam, cuius verba ponuntur.
25 An procurator constitutus ad resignandũ possit reuocari, & an resignatio facta per procuratorem reuocatum ante scientiam reuocationis teneat, & quomodo debeat fieri intimatio.
26 Intimatio reuocationis procuratoris dati ad resignandum coram Papa, vbi debeat fieri, & an sufficiat illam facere in Camera, vel Cãcellaria.
27 An sufficiat intimare reuocationem procuratoris dati ad resignandum futuro resignatario, absque quo intimetur procuratori constituto ad resignandum.
28 An procurator datus ad resignandũ possit præstare consensum, non obstante, quod eius principalis per literas hoc ei prohibuerit.
29 An procurator datus ad resignandum cẽseatur reuocatus eo, quod resignans effectus sit furiosus.
30 An per datationem alterius procuratoris ad resignandum idem beneficium, procurator iam datus censeatur reuocatus.
31 An procurator datus ad resignandum cum iuramento de non reuocando, possit reuocari non obstante huiusmodi iuramento.
32 An mandatum ad resignandum cesset p̃ priuationem cõstituentis, & an per translationẽ, & ponuntur modi reuocandi procuratorem.

Liber Decimus.

Quæ teneatur facere resignatarius pro validitate, & executione resignationis. Nouẽ continet Quæstiones.

1 AN teneatur expedire litteras, seu bullas beneficij resignati, vel sufficiat sola supplicatio, quãdo litteræ dicantur expeditæ, an possint expediri mortuo Papa, qui fecit gratiam, intra quod tempus debeat id facere.
2 Quæ teneatur exprimere resignatarius in dictis litteris resignationis, & plene ponuntur omnes qualitates de iure, vel stylo inducẽtæ, quæ necessario sunt exprimendæ in beneficialibus, alias litteræ sunt obreptitiæ, vel subreptitiæ.
3 An resignatarius debeat verificare omnia expressa

Index librorum

expresse in litteris resignationis beneficij, quomodo, quando, & coram quo, & quæ sint ista necessario verificanda, & an teneatur probare suam idoneitatem.

4 *An resignatarius tenea*tur docere de titulo *sui prædecessoris, quomodo, & quando, & multi casus explicantur.*

5 *An resignatarius teneatur probare resignantem superuixisse.*

6 *An resignatarius teneatur capere possessionẽ beneficij resignati, an posit per procuratorem, an posit vigore supplicationis, vel propria auctoritate. Quomodo debeat capi huiusmodi possessio, & an vacet beneficium per obitum, resignatario moriente antequam capiat possessionem.*

7 *An in resignatione parochialium facta in fauorem alicuius, requiratur examen per concursum, iuxta.ca.18.Conc.Triden.sess.24.de reform. & constitutionem Pij V.32.in conferendis, & quãdo requiratur dictus concursus, & qũo fiat.*

8 *An requiratur acceptatio resignatarij pro complemento, & perfectione resignationis, intra quãtum tempus, quomodo colligatur, ac præsumatur, & quomodo probetur, & ad quid se obliget acceptans.*

9 *An resignatarij teneantur emittere professionem fidei, & sub qua pœna.*

Liber Vndecimus

Quomodo debeant publicari resignationes omnium beneficiorum, quando, vbi, per quos, coram quibus, & plene interpretatur constitutio S.memo.Greg.XIIII. super hac re ædita, cuius verba in præfatione inseruntur, ac itidem tenor constitutionis felic.record.Pij V. Quatuordecim continet Quæstiones.

1 *OB quam causam resignatio beneficiorũ est publicãda, & explicantur omnes fraudes prouenientes ex non publicatione.*

2 *Quantum tempus detur ad publicandum resignationes, tam in factis in Curia, quam in admissis extra Curiam, & quãdo computetur huiusmodi tempus, & incipiat currere.*

3 *Resignatio quorum beneficiorum est publicanda, an Reseruatorum, Iurispatronatus, Cõsistorialium, Electiui, litigiosi, Hospitalis, dati in titulũ, vel administrationem, & postea plene agitur de omnibus beneficijs regularib. & de Præceptorijs, Religionis Hierosolymitanæ.*

4 *Qui teneantur publicare resignationes in eorum fauorem factas, & admissas, & plene tractatur de officialibus Curiæ, de S.R.E.Cardinalibus de Exemptis, de secundis resignatarijs, de impetrantibus beneficia vacantia ob non publicationẽ de his quibus transferuntur pensiones, de minoribus, & an si decurrat tempus detur eis restitutio.*

5 *An quomodocumque facta fuerit resignatio sit publicanda, quid de facta extra Curiam corã Ordinarijs, & alijs Collatoribus, & de permutatione, ac de ea, quæ fit reseruatis omnibus fructib. vel denominatione, titulo, aut pensione, & de cõmenda, & gratia in form.dignum, & de resignatione simpliciter coram Papa absque prouisione, & de cessione iuris*

6 *Vbi sit faciẽda publicatio, quibus ecclesijs, qua die, quo tempore, coram quibus, & quid debeat obseruari, & ponitur forma, quæ quotidie practicatur, & multi casus dubij circa hoc explicantur, & agitur, an forma tradita per Gregorium XIII. posit adimpleri in forma æquipollenti, & quæ suffragentur.*

7 *Quæ sit pœna non factæ publicationis resignationis, nullitas litterarum quomodo inducatur, ius an abdicetur a resignante, & an non facta publicatione reseruationes fructuum, & pensionis amittantur.*

8 *An beneficia, quæ vacant ob non factam publicationem, dicantur vacare in curia apud sedem.*

9 *An posit allegari constitutionem feli.record. Gregorij XIII. non fuisse acceptatam, publicatam vsu receptam in aliqua Ciuitate, vel Prouincia ad effectum sustinendi resignationem non publicatam, & ponitur modus publicandi in Curia cõstitutiones Pontificias.*

10 *An in impetratione beneficiorum vacantium ob non factam publicationem debeat poni clausula in litteris, vacato possessore, &c. vel sufficiat cõmittere Ordinarijs, vt constito de non publicatione, conferat beneficium absque alio.*

11 *An constitutio Pij V. de publicando sit in totũ sublata per dictam cõstitutionem Gregorij XIII. non solum quo ad modum, tempus, & formam publicationis, sed etiam quo ad modum extensionis, consensus, & possessionis capiendæ.*

12 *Quæ differentia sit inter constitutionem Pij V. de public. & Gregorij XIII. etiam de publican.*

13 *An impedimenta legitima excusent a publicatione facienda, quæ dicãtur in hac materia impedimenta legitima, an bellum, pestis, casus fortuiti, & agitur de impedimentis animi, corporis, & de prouenientibus ab aduersario, Iudice, aut tertio, vel patre, & consanguineis, ac a Datario, & occasione Sedis vacantis, an huiusmodi impedimenta sint probanda, & quomodo, & an tunc resignatarius teneatur in alio loco facere aliquam diligentiam, vel protestationem.*

14 *Cui incumbat onus probandi publicationem, vel non publicationem, & agitur quomodo probetur publicatio, & quomodo non publicatio: Et an resignatio præsumatur, & in tẽpore facta, ac alij casus contingentes explicantur.*

Et quæstionum.

Liber Duodecimus.

De infirmis resignãtibus beneficia, & moriẽbus intra viginti dies, vt vacent huiusmodi beneficia per obitum, & non per renunciationem iuxta regulã Cancellaria xviij. Sanctiss. D.N. Clementis viij. quæ ponitur & plene interpretatur continet Quæstiones quatuordecim.

1 *QVA ratione emanauit huiusmodi regula, a quo loco fuerit extracta.*

2 *An hæc reg. sit odiosa, vel fauorabilis.*

3 *In quibus beneficijs procedat, an habeat locum in Præceptorijs, in beneficijs manualibus, in beneficijs iuris iurispatronatus, in beneficijs reseruatis, electiuis, litigiosis, in consistorialibus, super Episcopatibus, Abbatijs, Prioratibus, Præposituris, & alijs consistorialibus, quæ non prouidentur in Consistorio, ac in beneficijs vnitis, in translationibus pensionum, in iuribus ad beneficia, & in officijs curiæ.*

4 *Qui comprehendãtur sub dispositione huius regulæ, & an habeat locũ in Papa, in S.R.E.Cardinalibus, in Patriarchis, Archiepiscopis, & Episcopis, in exemptis, in familiaribus Cardinalium, in fœminis religiosis.*

5 *An vbique, & quomodocũque facta fuerit resignatio, habeat locum hæc regula, & quid de resignatione facta extra Curiam, de permutatione, de resignatione cum reseruatione fructuum, de cõmenda, & de resignatione per procuratorem.*

6 *An requiratur infirmitas, & quo tempore, & quæ, & qualis infirmitas, & multa dubia circa varias infirmitates, & casus explicantur.*

7 *Cui incumbat onus probandi resignantẽ esse mortuum ad effectum huius regulæ, vt beneficium dicatur vacare per obitum, vel per resignationẽ, & prædicta probatio quomodo debeat esse.*

8 *Quare magis apponatur terminus viginti dierum ad validandam renunciationem iam factã, quã quindecim, vel triginta: Et agitur an dies, qua præstatur consensus per resignantem computetur in dicto termino, & quid de die qua moritur resignans, & an loquatur de die naturali, vel artificiali.*

9 *An vacatio per obitum inducta per hanc regulam, resignante moriente infra 20. dies sit vera ad effectum, vt sub regulis, & alijs dispositionibus, ac concessionibus, loquentibus de vacatione per obitum comprehendatur, vel sit ficta.*

10 *An beneficia, quæ censentur vacare per obitum secundum dispositionem huius regulæ resignante moriente infra 20. dies, sit affectum, & reseruatum collationi Papæ, vt ad ipsum dilaxat spectet dispositio, & non ad ordinarios, & alios collatores, Et quid de renunciatione facta coram ordinario, & ponitur quomodo sit facienda impetratio dictorum beneficiorum.*

11 *An habeat locum hæc regula in resignationibus factis, & consensibus præstitis post obitũ Papæ.*

12 *An hæc regula loquatur de consensu resignantis, vel de consensu resignatarij, an de vtroque.*

13 *De qua collatione, seu auctoritate loquuntur verba regulæ, quauis auctoritate.*

14 *An derogetur huic regulæ, an legatus a latere posit ei derogare, quomodo debeat esse derogatio, an comprehendatur ex clausulis generalibus, & an derogatio sit valida tempore alterius Papæ.*

Liber Decimus tertius.

De resignatione metu, dolo, fraude, vi, & post spolium facta. Quinque continet quæstiones.

1 *AN resignatio Beneficij, & Dignitatis metu facta sit nulla, & quid si fuerit iurata, qui metus requiratur, & quomodo pbetur, & agitur de metu mortis, & cruciatus corporis, de carcere, de metu excommunicationis, de metu amissionis omnium bonorum, vel partis, de metu periculi cõsanguineorum. Ac dubitatur de renunciante ob metũ reuerentialem Episcopi, seu Cardinalis, ob præceptum Regis, aut alterius comminatoriũ carceris priuationis, &c, Ob iussum Iudicis, & an requiratur protestatio, & purgetur per tempus subsequens, & alij multi casus explicantur.*

2 *An resignatio metu facta sit nulla ipso iure, uel veniat rescindenda, & a quo rescindatur, quomodo, & an requiratur noua collatio.*

3 *An resignatio dolo facta sit nulla, & an ipso iure, & quomodo probetur dolus.*

4 *An resignatio fraude facta sit nulla, & quid de permutatione, quomodo colligatur fraus in permutatione, & in resignatione, & agitur de modo probandi*

probũdi illam. Et an resignatio facta vi sit nulla.
5 An resignatio facta post spolium teneat, & qd de facta coram Iudice competenti, & de ea, quæ fit post spolium absque vi, & metu, & de facta p procuratorem constitutum ante spolium, & an huiusmodi spoliato detur restitutio etiam si non fuerit conquæstus per aliquod tempus, & etiam si pepegisset non acturum spolio, & etiam si resignauit in fauorem tertij: & plene agitur de eo, quod tenetur probare spoliatus, & ponitur exactissime quomodo dẽat probari color, & an actio spolij possit cedi.

Liber xiv. & vltimus.

Quæ resignatio sit simoniaca, an sit nulla ipso iure, quomodo probetur, & per quos. continet decem Quæstiones.

1 AN resignatio facta cum interuentu simoniæ sit nulla, & an pariter collatio sit nulla.
2 An resignatio simoniaca sit nulla ipso iure, vel veniat annullanda per sententiam, & agitur de pœnis simoniacorum, etiam attento tempore nouissimo.
3 Quæ resignatio dicatur simoniaca, & agitur quando fuit facta pro temporali re mobili, vel immobili, & an renunciatio possit fieri in fauorem coram ordinarijs absque vitio simoniæ.
4 An resignatio facta ob aliquod spirituale, dicatur simoniaca, & exemplificatur pluribus modis.
5 An resignans in fauorem cum pacto retinẽdi fructus, vel pensionem dum viuit committat simoniam, & agitur de tractatu qui sit inter resignantem, & resignatarium ante resignationẽ.
6 An resignatio facta coram ordinario ea intentione, vt illud beneficium conferatur nepoti, vel alteri consanguineo dicatur simoniaca.
7 An resignatio sit simoniaca ex pactione circa expensas expeditionis, & ex pecunijs mutuo datis, & ex alijs multis casibus particularibus, ibi positis pro complimento totius materiæ.
8 An coniecturæ, & præsumptiones probent resignationem simoniacam, & quomodo debeant esse huiusmodi coniecturæ.
9 Resignatio simoniaca quomodo probetur, & multa dicuntur de correspectiuitate actuum, ex qua præsumitur simonia.
10 An simonia probetur per testes socios criminis.

FINIS.

FLAMINII PARISII
I. C. CONSENTINI
Tomus Secundus.

DE RESIGNATIONE BENEFICIORVM.
LIBER OCTAVVS.

Quomodo sit facienda resignatio omnium beneficiorum in Curia, & extra Curiam.

Hic Liber Octauus vndecim habet quæstiones.

1 An renunciatio beneficij debeat fieri specifice & expresse.
2 An debeat fieri in scriptis.
3 Quomodo sit facienda renunciatio Papatus.
4 Qua forma Cardinalatus renuncietur.
5 Quomodo fiat renunciatio Archiepiscopatus & Episcopatus.
6 Beneficia Consistorialia quomodo renuncientur.
7 Qua forma sit facienda renunciatio aliorum beneficiorum coram Papa.
8 Quomodo præstetur consensus in renunciatione beneficiorum in Curia, & vbi.
9 Qua forma facienda sit renunciatio coram ordinariis.
10 An alius consensus in renunciatione requiratur.
11 An credendum sit litteris attestantibus renunciationem factam fuisse.

SVMMARIVM.

1 RESignatio beneficij debet fieri expresse & specifice.
2 In dubio quis non præsumitur renunciare beneficio.
3 Interpretatio capienda, vt renunciatio vitetur.
4 Renunciatio est donatio.
5 Donatio non præsumitur.
6 Remissio est donatio.
7 Remissio non præsumitur nisi probetur.
8 Renunciatio est stricti iuris.
9 Renunciatio interpretatur vt minus noceat resignanti.
10 Renunciatio est strictissimi iuris.
11 Præsumitur error potius, quam renunciatio.
12 Renunciatio est quædam dilapidatio.
13 Renunciationis verba diligenter sunt ponderanda.
14 Renuncians vni priuilegio alteri renuntiare non videtur.
15 Renuncians feudum ex vna causa, potest illud ex alia habere.
16 Renuncians priuilegio non censetur renunciare iuri communi.
17 Renuncians instrumento debiti, quid videatur renunciare.
18 Renuncians litteris quid videatur renunciare.
19 Non censetur renũciatũ nisi quatenus expressum est.
20 Mens renunciantis an ex signis possit colligi.
21 Promittens renunciationem quid videatur promittere.
22 Prælatus absoluens subditos ab obedientia, non censetur renunciare prelaturæ.
23 Prælatus an censeatur renunciare prælaturæ ob reuerentię præstationem.
24 Committens se gratiæ an renunciet ius suum.
25 Renuncians litteris quid renunciet.

QVAESTIO PRIMA.

PRimò quæro, an specifice & expresse debeat fieri renũciatio beneficij? cõis* opinio ẽ affirmatiua, vt scribit Zabare. cõs. 30. col. 4. Ale. cõs. 225. n. 6. li. 5. Quia in dubio quis nõ psumit renunciare beneficio suo, Host. in c. post electionẽ nu. 6. de cõcess. p. But. in c. lecte n. 1. de renũ. & i c. sup hoc n. 5. e. tit. Et regulare est, vt iuris, pprij renunc. nõ plumat in oĩ materia, sed sp t capienda tit interpretatio, vt euitetur, latè Dec. in l. post quam liti n. 16. C. de pact. & cons. 352. n. 8. Crau. cõs. 357. n. 4. & cõs. 242. n. 6. & cõs. 290. n. 6. Nat. cons. 78. in fi. li. 1. Rui. cons. 127. nu. 19. volumin. 3. Cardinal. Paris. consilio 49. numero 39. vol. 3. & cõmuniter Doctores, vt per Tiraq. in l. si vnquam

vnquam in præfatio.nu.128.& 129.C.de reuoc.don.
Ratio rationis duplex est, prima quia renunciatio est donatio, ꝯ vt latissimo deducit Tiraquell.in d.l.si vnquam in verb. donatione.q.8.donatio autem non ꝓsumitur l.cum de indebito.ff.de prob.l.Campanus.ff. de oper.libert.Bar.in l.1.num.6.C.ad Velleiã.Marsil.
6 sing.97.in prin.ergo neq; renunciatio,hac rõne, ꝙ ga remissio ꝓnihil aliud est quã donatio l.hoc iure §.1.ff. de don.l.si quis oblig.ff.de reg.iur.Bar.& Doct. in l. Modestinus.ff.de don.Natt.cons.14.num.2.vol.1. & cons.566.num.16.eod.lib.Rol.à Vall.cons.64.num. 20.lib.2.Pancirol.cons.59.nu.89.)non ꝓsumitur,nisi
7 probetur,Rol.cens.51.num.15.vol.4.Menoch.cons. 46.num.9.& cons.99.num.179.lib.1.Burſat.cons.32.
* num.38.lib.1.& cõiter* Doctores,vt per Mascard.de prob.concl.1262.per totam,vbi ampliat & limitat.
8 Secunda quia renunciatio est stricti iuris,& iõ sem
9 per interpretatur,vt non gredatur facta, & si probet facta vtminus noceat resignãti,quam fieri põt,Dec. cons.495.n.19.& 20.& cons.551.& cons.625. Card. Paris.cons.12.num.94.vol.2.& cons.10.nu.20.& 21. vol.4.Natt.cons.78.in fin.lib.1.Curt. iun.cons.23.in prin.Crauett.cons.257.num.4.Cephal.cons.19.num. 25.& cons.25.num.47.& seq.& cons.58.n.22.vol.1. Bertaz.cons.cin.31.n.29.Pancirol.cons.61.in fi.& est
10 * cõis omniũ Doctorũ ſnia,immo est strictissimi iu ris Card.Alban.cons.17.num.8. ob id potius ꝓsumit
11 error êt in facto ꝓprio,ꝙ iuris renunciatio, Ruin. cons.127.n.19.vol.3.Tib.Dec.cons.47. n.7.vol.2.& cons.29.num.25.& cons.33.nu. 46.eod.lib.cum potius præsumetur error,quam dilapidatio,& renuncia
12 tio est quædam dilapidatio Tib.Decian.cons.39.nu me.87.vol.2.& cons.52.num.18.vol.1,cum alijs addu ctis per Tiraquell.in l.si vnquam.in præfat.num.128. & 129.C.de reuocan.donat.
13 Hinc verba renunciationis diligenter esse ponderanda,scribit Franc.de Mar.cons.68.num.3.
Hinc habẽs plura remedia,seu priuilegia,vni renũ
14 cians,alteri ꝓ renunciare non præsumitur.l.si domus vbi Castren.ff.de seruit.vrb.prædio.
Hinc renuncians feudo ex vna causa non prohibe,
15 tur illud ex alia causa ꝓbi competenti habere,Bal.in l.1.q.50.ff.de rerum diuis.Card.cons.129.in 3.dub. Tiber.Decian.cons.29.num.59.vol.3.
16 Hinc renuncians ꝓpriuilegio,non censetur renunciasse iuri communi,Bur.in cap.1.per illum tex.in 2.not. de transact.
17 Hinc renuncians ꝓinstrumento debiti non ꝓsumit renunciare debito, sed tm probationi fidæ per illud instrumentum,Fel.in c.capitulum num.14.de rescri. Dec.cons.17.nu.3.Rol.à Vall.cons.43.nu. 16.vol.3.
18 Hinc renuncians ꝓ litteris non præsumitur renunciare contentis in eis,sed solum probationi per ipsas faciendæ,Tib.Decian.cons.29.num.76.vol.2.nam satis est quod aliquid operetur.Bar.in l.labeo.§.1.ff. de pact.& tunc nihil aliud amplius debet operari,Corn. cons.291.vol.4.Alex.cons.27.num.3.lib.3.Card. Paris.cons.12.num.94.vol.2.& cons.10.num.20.& 21. vol.4.Card.Alb.cons.38.num.8.Hier.Gab.cons.60.
* num.6.& cons.90.num.34.vol.1. & est communis * opinio,teste Burſat.cons.33.num.48.vol.1.
Hinc etiam alibi dicitur,ꝙ non censetur renũciatum, ꝓnisi quatenus expressum sit,Bar.cons.72. ex facto col.1.Dec.cons.43.col.2.& cons.47.col.etiam 2. Tib.Decian.cons.64.num.30.vol.3.Rol.a Vall.con-
20 sil.43.num.16.vol.3.Nisi ex signis certis & ꝓ coniecturis mens resignantis in contrarium colligatur, iuxta ea quæ scribit Bald.in l.labeo.§.1.ff.de pact. & sequitur* communiter Doctores,vt per Mascar. de prob. concl.1263.num.18. Et ideo qui promittit renun-
21 ciationem totius,illam ꝓ videtur promittere in partibus diuiduis.Purpur.cons.551.num.2.lib.2.
Hinc non censetur renunciare prælaturæ Prælatus
22 si absoluit ꝓ subditos ab obedientia,Butr.in cap.lectæ num.1.de renunc.
Hinc Prælatus non censetur renunciare prælaturę
23 propter ꝓ reuerentiæ præstationem,& obedientiæ exhibitionem,Butr.in c.3.nu.1. de his quæ fiunt a mai.
24 part.Et non renunciat iuri suo,qui committit se ꝓ gratiæ c.venienſ de renunc.
25 An vero renuncians ꝓ litteris videatur renunciare titulo,vide Maiol.lib.3.cap.6.& Dec.respons.29.num. 74.lib.2.An iste videatur renunciare causæ Guid. Papæ cons.6.num.5.

SVMMARIVM.

1 *An renunciatio beneficij debeat fieri in scriptis.*
2 *Collatio an requirat scripturam.*
3 *Renunciatio, quæ resultat ex facto, potẽtior est ea, quę ex verbis.*
4 *Vbi est opus facto non sufficiunt verba.*
5 *Renũciatio beneficij an possit probari testibus, et n.6.*
6 *Pariã sunt probare per scripturam, vel per testes.*
7 *Renunciatio probatur per litteras tantum.*
8 *Solo verbo Papæ perficitur gratia.*
9 *Verbum fiat.*
10 *Episcopus aliquis efficitur ex pronunciatione Papæ.*
11 *Gratia Principis ante confectionem litterarum dicitur informis.*
12 *Indices non possunt iudicare iuxta formam supplic.*
13 *Rationes reg.Cancellariæ de non iudiux.for.suppl.*
14 *Difficile est scire omnem continentiam gratiæ contentæ in supplicatione.*
15 *Officiales Cancellariæ ob appositionem manuum percipiunt emolumenta.*
16 *Officiales Cancellariæ ad quid sunt deputati.*
17 *Gratiæ Papæ habent tacitam conditionem, si per Cancellariam litteræ expediri possunt.*
18 *Litteræ dicuntur expeditæ cum sunt in plumbo.*
19 *Sumptũ de registro supplicationum fidem non facit.*
20 *Sumptum litterarum bullatarum fidem facit.*
21 *Collatio inferiorum potest testibus probari.*
22 *An probata amissione litterarum, gratia summi Pontificis possit testibus probari.*
23 *In Palatio adsunt duo registra.*
24 *In foro cõscientiæ quis est tutus ex sola supplicatione.*
25 *Circunstantiæ, & qualitates gratiæ possunt testibus probari.*
26 *Tenor gratiæ potest testibus probari cum litteræ sunt deperditæ.*
27 *Testibus potest probari resignationem non fuisse factam sponte.*
28 *Resignatio non præsumitur facta voluntarie.*
29 *An sint admittendi testes de metu in resignatione.*

QVAESTIO SECVNDA.

SEcundo quæro, an resignatio beneficij debeat fieri in scriptis negatiuam opinionem,non requiri scripturam tenuerunt Glos.in c.qualiter 7.q.1.Paul.quę refert & sequit Card.Zabar.in clem. 1. n.23.de renũc.Card.Ale.in c.sicut vir.§.ecce n.4.1 fi. 7.q.1.

7.q.1.& in dict.c.qualiter.nu.6.in fin.Bal.in c.2.nu.3. de restit.spol.Iaſ.in l.cum proponas nu. 4.C.de pact. idem Iaſ.in rub.ff.de acq.poſſ.num.17.ex c. ſollicitudinem de appel.c.ex ore de his quæ fi.à mai. par.ca.l. poſtquam.C.de pact.c.ſuper hoc de renunc. Contraria tamen opinio,vt requiratur hodie ſcriptura*cõ-
* munit er recipitur & approbatur ab omnibus ex*sty lo vulgari,& notorio in Romana Curia,& ex regula. Cancell.quam firmarunt Turrecrem.in d.c. ſicut vir. §.ecce num.1.7.q.1.vbi Archid.nu.4.& alij. Imol.in c.1.num.36.de rer.permu.Luc.de Penn. in l. curiales col.6.in princ.C.de pred.curial.lib.10.Gl.in c. qualiter in verb.data.7.q.1.Bellam.de permut.benef. pa.8. q.1.num.1.idq́ poteſt deduci ex d.§.ecce ca. ſicut vir.7.q.1.ibi,*eo petitionem ſcripto dante &c.* & ex d. c.qualiter ead.cauſ.& q.ibi *data in ſcriptis ſupplicatione nos petiit &c.*& ex c.quamuis ea.cauſ.q.ibi *ipſe data petitione &c.*& ex cap.Conſaldus 17.q.2.ibi *nec promiſſionem ſcripſit.*& poſſet etiam elici ex plu ribus textibus poſitis in tit.de renũ.extr.& in 6.quos
* breuitatis cauſa ſcribere prætermittam, eum hoc ſit* omnibus clarum & expeditum requiri ſcripturam tã in renunciatione,quæ fit coram ſummo Pontifice, q̃ in ea,quę fit coram ordinarijs.
2 Ita ꝓ quamuis in collatione non requiri ſcripturam voluerint Rot.deciſ.38.de prob.in antiq.Caſſad.deci. 8.num.4.de reſtit.ſpol.Bal.in c.1.n.3.eo.tit.Iaſ.in rub. ff.de acq.poſſ.n.17.tamen hodie ex*communi ſtylo requiritur tam in Curia,quàm extra,vt omnibus notum eſt.Et quidem tutius eſt renunciationem fieri in ſcriptis,ut volẽtibus pœnitere obſtet renunciatio ꝓpria aut aliena ſuo mandato,ſcriptura facta,ita egregie Ant.de But.in c.1.de renunc.in 6. & vt tollantur lites,& altercationes,quę poſſunt accidere, arg.prin. de vſucap.
Hinc dicitur potentior renunciatio, quæ reſultat
3 ex facto,& ſcriptura,ꝙ ea,quę ex verbis. Turrecrem.in c.ſunt qui arbitrantur nu.1.de pœnit.diſt.1. Petr.de Anch.in c.ex litteris nu.6.de vit.& hone.cleri.Et ideo dicimus,quod ubi eſt opus facto aut ſcriptura verba non ſufficiunt l.qui decem.§.1.verſ.idẽ reſponſum de ſolut.Gloſſ.per illum tex.in ca.1. de eo qui mitt.in poſſ.cum alijs,vt per Tiraq.in tract.de re-
* tract.§.1.Glo.16.num.9.circa fi.& eſt* commune dictum,ac prouerbium.
Ex quo infertur,quod quamuis plures Doctores
4 ex ſupradictis,& alij tenuerint renunciationem beneficij ꝓ poſſe probari teſtibus, vt ſcriptum reliquerunt Bal.in c.2.nu.3.de reſtitu.ſpol.Iaſ.in l.cum proponas nu.4.C.de pact.vbi dicit ita reſpondiſſe in facto, & in l.1.1.not.C.de bon.poſſ.contr.tab.Caſſad.deciſ.8.nu. 4.de reſtit.ſpol.Fr.Niconit.in c.quoniam.contra nu. 132.de prob.Ferret.conſ.283.n.25.Rot.dec.8.de ꝓba.in antiq.vbi dat rationem quia paria ſunt aliquid ꝓ
5 probari per ſcripturam,vel per teſtes.Dec.in l.nihil tã naturale nu.12.ff.de reg.iur.Gig.de penſ.q.45. Maſc. de proba.concluſ.1272.
Tamen contraria opinio*communiter eſt recepta
* 7 *de ſtylo,vt gratia Principis, & ſic reſignatio ꝓ non poſſit probari niſi per litteras.Bal.in l.humanum in fi. C.de legib.& in l.ſi qua per calumniam.C.de epiſco. & cler.idem Bal.per illũ tex.in l.idẽ Vlpianus.ff.de ex cuſ.tut.& in c.conſtitutus col.pe.in fi.de reſcr. Card. in pœtm.cle.ver.Nec ſanè in fi.Abb.in c.noſti in vl. no.de ele. vbi dicit q̃ hodie ñ ſufficit ꝓbare ꝓ teſtes Papã pronunciaſſe aliquẽ Prælatum,ſed ſunt neceſſariæ litteræ,idẽ Abb.in c.qualiter in prin.de elec. Fel. in rub.de cõſtit.col.3.Staph.de litte.grat.tit.qb.mod. expec.nu.10.Affli.dec.361.n.17.& 21.& dec.319.n. 10.Gig.in reſp.42.n.9.Rebuff.in cõcord.de manda.
* Apoſtolic.§.1.ver.ad probandum,& eſt* cõis & rece pta Doctorum ſnia,vt per Maſcard.de prob.conclu.
* 843.in prin.& ita obſeruare* Rom.curiam atteſtatur Bellamer.dec.746.
8 Namque verum eſt ſolo verbo Papæ perfici gram. c.inquiſitionis 25.q.1.clem.dudum.§.vlt.de ſepultu. Arch.& Io.And.in pœcm.6.Gem.conſ.106. col.3. poſt n.6.Fel.in c.in nra in fi.de reſcr.Cald.in c.quiſqs de elec.Iaſ.cõſ.146.col.5.poſt n.3.ver.5.facit li.2.Sar. de non ind.iux.for.ſuppl.q.1.n.2.Caſſad.dec.4.nu.2. de cauſ.poſſ.& propr.Gig.trac.penſ.q.34.n.1.Rebu.
9 in reg.34.Cancell.col.2.vbi exẽplificat inf verbo fiat, Arnulf.Rux.de iur.reg.priuile.4.nu.14.& 15.Burſat. conſ.393.n.4.& ideo ſcribunt Doct.ꝙ ſtatim qd Pa
10 pa pronũciat aliquem eſſe Epm ſtalicuius ciuitatis,ſtatim ille dr Eps,Bal.quem refert Dec.in rub.de conſt. 1.lect.n.38.cõis* opinio teſte Maſcard.de prob. cõcl. 843.nu.20.& id poſſe probari per teſtes veriſimum eſſe affirmant Gem.in pœm.6. §. vniuerſitati n.4.in fi.Frãc.n.2.Bonif.de Vitall. in clem. dudum. §.nos ẽt de ſepult.Dec.conſ.169.col.2.Io.Selu.de Benef.3.pa. q.22.hoc tñ procedit quantum ad validitatem, vt declarat Dec.in d.rub.de conſt.lect.1.n.42.quo verò ad
* probationem,regritur ſcriptura,vt eſt* cõis opinio omnium Doct.de qua ſuprà,& atteſtatur Sarn.de nõ iud.ſecun.for.ſuppl.q.1.n.2.vel hoc procedit de iure cõi,de ſtylo aũt* curiæ requiritur ſcriptura Curiæ in pœcm.clem.verſ.ſanè in fi.Fel.in c.ex diligenti in fi. de ſimo.Maſcar.de prob.concl.843.nu.10.ob id gra
11 tia Principis ante confectionem litterarum ꝓ informis & imperfecta, ſed per confectionem litterarum ad ſuum eſſe perfectum deducit.Rot.dec.20.in fi.de cõceſſ.ꝓb.Rot.dec.4.eo.ti.p Biſignet.Bella.dec.432. & dec.746.& oõl.34.n.5.Rot.dec.27.de reſc.in nou. Oldr.conſ.320.qd articuli n.8.Et iudicib. prohibitũ
12 eſt iudicare iux.for.ſuppl.& eis mandat, vt iudicent ſm formam litterarum expeditarum, vt hẽtur in reg. Cance.de nõ iud.iux.for.& ſup.& rõ duplex aſſignat,
13 vt tradit ibi Sarn.n.6.Prima,vt euitent falſitates quæ in ſupplicationib.facilius committerentur,quã in bul lis pp appoſitionẽ manuũ plurimorũ officialiũ: arg. l.vlt.C.de codic.& ſic ſi probarẽt teſtib.gratia, multa abſurda euenirẽt,qa difficillimũ, & quaſi impoſſibile
14 eſſet ſcire oẽm continentiã gratiæ,vt tradit Card.in pœcm.cle.verſ.nec ſanè Rebuf.in cõc.rub.de mand. Apoſt.§.1.Barb. in d.pœcm.Sed a rõ,ne,ſi ſola ſupplicatio abſq; litterarũ expeditione ſufficeret, officia
15 lib.Romanæ Curiæ pĩiudiciũ inferret,qui eã ob cã officia bona fide à ſede Apoſt.emerũt, vt aliqd emolumẽtũ capiãt ex appoſitione manuũ, & ſum. Pontif. deputauit dictos officiales ad lras ſup gratijs a ſe cõceſſis expediẽdas,qb.dedit regulas Cãcellariæ ꝓ ut lræ poſſint expediri vel denegari,& cũ qb.clauſulis,Sarn. in d.reg.de no iud.iux.for.ſuppl.n.2.q.1.& de mente ſum.Põtificis ſignãtis ſupplicationẽ vr eſſe,vt ſua gra
17 hẽat tacitã cõditionẽ ſi p Cãcellariã litterę ſup ꝓ dicta ſupplicatione potuerint expediri Mil.in repert. verb. gra Apoſtolica,Bella.d.cõſ.34.Supplicatio.n.poſtquã eſt ſignata à ſummo Pontifice ac reuiſa, datar à Datario,& poſtea mittit ad regiſtrũ,deinde fit minuta,q̃ re uidet p Summiſtã,poſtea ſcribuntur litteræ in quib. apponunt manus aliquorũ officialium in Cãcellaria ſolutis cõſuetis: Poſtremò in plũbo plumbant, & tũc
18 litteræ dr expeditæ cũ ſunt in plũbo ſiuxta c.licet de

crim.fal.fuit resolutum*in Rot.in vna Salamantin.parochialis de mense Nouemb.1539. coram Crescentio teste Sarn.d.q.1.nu.5.verſ.est tamen,regula de nō iud.iux.form.ſuppl, Et poſtq̄ ſunt plumbatæ regiſtrā tur,& dantur partibus, & ideo ſumptum de regiſtro
19 ſupplicationum†ſignatarum in iudicio fidem non facit.Bellam.deciſ.252.Sumptum aūt litterarum bullatarum
20 †fidem facit Put,dec.28.tit.de prob. in manuſ. Belencin.in trac.de charit.ſubſid. q.113. & approbatur id a* Rot.vt colligitur ex Sarn.d.q.1.num.4.

Primo limita in inferioribus,vt eius collatio poſſit
21 teſtibus probari†ita Franc.in progm.ſexti in verb. vniuerſitati circa ſi.Bal.in l.ſi qua per calumniam col.2. n.5.verſ.modo quæritur C.de epiſ.& cler.Rot. deciſ. 5.de off.vic.in nou.Maſcard.de prob.concl. 843.nu. 11.12.& n.33.Quod puto ꝓcedere q̄n litteræ eſſent amiſſæ,vt late explicat Maſcard.concl.173.n.10.& licet aliqui voluerint probata amiſſione litterarum ēt
22 †gram ſummi Pontificis teſtibus probari poſſe Abb. in c.ex diligenti in vlt.not.num.3.de ſimo.Fel.in rub. de conſt.col.vlt.poſt nu.6.verſ. tertius caſus vbi Mādoſ.nu.59.Rebuff.in concord.rub.de mand.Apoſto. §.1.cum alijs vt per Maſcard.d.concl.743.nu.24.25. 26.& 27.Tamen Rot.*contrariū obſeruat,vt ēt probata amiſſione litterarū, non admittatur probatio p teſtes, vt tradit Bellen.in tract.de chari.ſubſid.q.
* 110.nu.9.& id receptū eſt* ex ſtilo vulgari in quocū que tribunali Curiæ,& ratio eſt,qa in Palatio adſunt
23 †duo regiſtra,vnū ſupplicationū omniū expeditarū, alterū litterarū,vnde poterit quiſq; inuenire ſuā gratiā,& extrahere ſumptum ſupplicationū,vel litterarū, namq; facile inueniri pōt ēt ſi præcise non recordare tur de anno,propter peritiam,& methodum officialium ibi exiſtentium,& ita practicari* videmus quoti
* die,vt oībus notū eſt,namq; ſtilus* eſt vulgatiſſimus.

Secundo limita,in foro conſcientiæ,vt quis ſit tu-
24 tus in foro Poli ſola ſupplicationeſt ſignata abſq; quo expediantur litteræ.Abb.in clem.dudum.§. per illam in ſi.de ſepul.Fel.in rub.de cōſt.pen.col.poſt n.6.verſ. ſecundus caſus,& in c.ex diligenti in ſi.num.4.verſ.limita 1 de ſimon.Rebuff.in 34.reg.Cancell.col.3.verſ. ſecundus caſus,& in 4.rub.de mand.Apoſt.§.1.verſ. 4.in foro conſcientiæ,Maſcard.de concl.843. nu. 30.
* & * communiter Doctores paſſim hoc volunt.

Tertio declara ad probandum ſubſtantiā gratię re-
25 quiri ſcripturā,circumſtantiæ†tū & qualitates gratię poſſunt teſtibus ꝓbari Rot.deciſ.27.de reſcr.in nou. Abb.per illū text.in c.auditis in 2.not.num.3. verſ.itē nota de reſt.in integ.Fel.in Rub.de conſt.poſt nu.5. verſ.& concluſio eſt Sarn.in d.reg.de non iudic. iux. form.ſuppl.q.13.Marſil.in rub.C.de prob.n.26.Gig. reſponſ.9.num.5.& reſponſ.34.num.8.Mil. in reper. in verb.probatio grātiæ Papalis Silu.in trac.de benef. p.3.q.11.nu.57.Boer.de potēſt.leg.a later.n.78.& eſt
** magis**cōis opinio ſm quā iudicauit Rot.vt atteſtatur Hor.Mandoſ.in addi.ad Rom.conſ.327.ſub n.8. lit.H.Maſcard.de prob.d.concl.843.n.23.& hæc opinio ſequēda eſt q̄cquid voluerint plures Doctores &
26 tenor†gratię pōt teſtibus probari,ſi litterę ſunt deperditæ.Mandoſ.in rub.de conſt.nu.59.60.& 61.vbi diſtinguit q̄n litteræ ſunt deperditę,& q̄do ſupplicatiō.

Quarto declara,vt poſſit probari teſtibus qualitas reſignationis,primū exemplū, pōt probari teſtibus,
27 reſignationē non ſponte facta fuiſſe,quia licet videatur agi de probanda negatiua,& ſic improbabili,attamen quia habet affirmatiuam implicitam nempe,qa coacte facta fuit teſtes admittuntur.Abb.in c. ſuper hoc n.5.& 15.Butr.n.9 Imol.n.12.de renun.Io.And. ibid.col.2.late Maſcar.de ꝓb.conc.1272.n.2.cū ſeq. qualitas enim gratię teſtibus probari pōt. Fel.in rub. de cōſt.cōis opinio teſte Nic.Boer.de poteſt.leg.a la
* ter.in 1.q.ante nu.79.de * cōi ēt Mandoſ.in d.rub.de conſt.nu.54.& in reg.de nō iudic.iux.for.ſuppli.q.4.
28 quod comprobatur præſumptione,quia non ſumitur,reſignationem beneficij factam fuiſſe voluntarię. Abb.in d.c.ſuper hoc nu.12.Imol.n.12.Card. Paniſ. conſ.10.nu.64.vol.1.Maſcard.d.concl.1272. nu.12.
29 An autem ſint admittendi teſtes de libera volūtate,vel de metu Maſcard.late dict.cōcluſ.1272. col.2.

SVMMARIVM.

1 *Renunciatio Papatus facienda eſt in ſcriptis.*
2 *Papa renunciante,deuenitur ad electionē ſucceſſoris.*
3 *Schiſma vitandum.*
4 *Conſiliū generale congregatur ad tollendum ſchiſma.*
5 *Collegium Cardinalium congregat Cōſilium pro ſchiſmate ſedando.*
6 *Schiſma eſt cauſa multorum malorum.*
7 *Scriptura facit quid notorij.*
8 *Renunciatio Papæ debet fieri in Conſiſtorio.*
9 *Cyriacus, & Cœleſtinus Pontifices renunciarunt in Conſiſtorio.*

QVAESTIO TERTIA.

Væro tertio,contingente caſu,qūo facienda ſit renunciatio Papatus?
1 Reſponde eſſe faciendam in ſcriptis † per priuatam ſcripturam ipſius Papæ,vel publicam,nam id ex
2 pedire,vt poſtea poſſit deueniri † ad electionem ſucceſſoris, ſcribit Ant.de Butr.in c.1.num.4.verſ.tutum de renunc.lib. 6.vbi Franc.ſub num.2.ne poſtea ille negando renūciationem,aperiatur † via ſchiſmati. Io.And.in d.c.1. 3 Anch.num.5.Ant.de But.num.4.Gemi.nu.9. & cōiter* Doctores,ad quod tollendum congregatur Cō- * ciliumꝰ generale.Io.And.in c.licet deuitāda verſ. Car- 4 dinales de elect.Hug.in c.ſi duo dif.69.Barb. in c.qd tranſlationem 32.col.de off.deleg.per collegiū † Car- 5 dinalium Bal.in c.olim de reſcrip.& in c. quia ꝓpter de elect.cū alijs adductis per Cardinalem Iacobac. in tract.de concil.lib.3.art.1.nu.174.& 88. & multa 6 mala ſolent venire ſchiſmate,vt late Bal.in ſuo tract. ſchiſmatis. Poſt ſcripturam aūt ſuper renunciatiohē confectam ſi negaret,negatio ei non prodeſſet † cum 7 illa faciat quid notorij Io.Andr.in c. ex parte el 1.de verb.ſignif.in terminis Franc.d.c.1.ſub num.7.

Vide licet ſufficiat ſimplex declaratio ipſius Papæ,vt ſcripſit Vinc.in quod in dubijs de renunc.quē ſequuntur* communiter Doctores in dict.c. 1. teſte * Franc.num.3.tamen expedit † vt huiuſmodi declara- 8 tio fiat in Conſiſtorio coram Cardinalibus, vt legimus factum fuiſſe à Cyriaco, † & Cœleſtino ſummis Pontificibus,vt habetur per Aug.de Anch.de poteſt. 9 Pontif.q.4.& dixi ſupra lib.2.q.1.

SVMMARIVM.

1 *Cardinalatus renunciatio debet fieri in Conſiſtorio.*
2 *Cardinales creantur in Conſiſtorio.*
3 *Forma renunciationis Cardinalatus per magnum Ducem Etruriæ.*

4 *Oratio facta in Conſiſtorio in renunciatione Cardinalatus magni Ducis Etruriæ.*

QVAESTIO QVARTA.

Varto quæro quomodo facienda ſit renun
1 ciatio Cardinalatus? Reſponde in† Conſiſtorio,vt alias fuit ſeruatum tēpore Alexādri. VI. vt dixi li. 2.q. 1.facit quod in termi nis ſcribit Fran.in c.1. ſub n.5.de renunc.li. 6.& ratio eſt euidens quia Papa ſolet in Cō
2 ſiſtorio creare †Cardinales,vt omnibus notum eſt.Et ita factum vidimus anno 1588.namque Ferdinandus
3 Card.Medices†nunc ſereniſſimus magnus Dux Etruriæ conſtituit duos nominandos procuratores ad petendam admiſſionem renunciationis,qui cum Excellētiſſimo Dño Cęſare Marſilio I.C. Bononiēſi Ad uocato Conſiſtoriali meritiſſimo, admiſſi fuerunt in Cōſiſtorio ſecreto, in quo ꝓdictus D.Cæſar ita dixit Pater Beatiſſime, Admodū.R.P. Nicolaus Eps Ciuitatis Burgi S.Sepulchri,& Illuſtris Io.Nicolaus Ferdinādi Cardinalis magni Ducis apud Sanctitatē veſtrā Orator eiuſdē Cardinalis magni Ducis in ſolidū procuratores hoc legitimo ſuffulti mandato ad reſignandū in manibus S.V.Cardinalatus dignitatē,habēt ad S.V.& ad ſacrum Collegium litteras,quas humiliter ſupplicant,vt recipere dignetur,illiſq.lectis benigne audire,quæ habēt in mandatis. Poſtea fuerūt datæ litteræ,quibus lectis denuo dictus D.Cæſar.Marſ, orauit his verbis.

Beatiſſime Pater,Cardinales Ampliſſimi.

4 Poſtquam †ſuperiore anno D.O.M.omnium creatori viſum eſt claræm.Franciſcum Medicem magnū Etruriæ Ducem,ſine deſcendentibus maſculis legitimis & naturalibus,ex huius vitæ exilio ad cęleſtē patriā(vt pie credēdū eſt)euocare.Qđ in tā graui iactura maximè optāndū erat, Ferdinād' Cardinalis,ex duobus q ſuperāt germanis fratribus natu maior,iure ei dē Fracisco ſucceſſit,ac terti' Magnus Etrurię Dux ſumma populorum gratulatione,& lętitia conſtitutus eſt.Quamquam verō Ferdinādus Cardinalis magnus Dux Ampliſſimam hanc Cardinalatus dignitatē, tot nominibus inſignem, ac verè illuſtriſſimam, quamque ab adoleſcentia in ea verſatus tantopere coluit, ac ſummo cum honore,& ſplendore ſuſtinuit, ad vitæ exitum vſque retinere deſideraret,& certum ac cōſtitutum apud ſe haberet,in hoc ipſo tam magno, tāque graui euentu, rerum ſtatu magnopere commutato(id quod in rebus humanis accidere ſolet) aliud ſibi grauiſſimis, & maximè neceſſarijs de cauſis, ſtatuendum fuit,ac omnino proſpiciendum, vt tam amplæ latęque prouincię,ac ditioni,quibus præeſt,necnon familiæ ſuæ,legitima liberorum & poſterorum ſucceſſione conſuleret, atque propterea ſingulari prius S.V.& huius ſacri Collegij benignitate, admiſſa dignitatis Cardinalatus reſignatione ſacroſanctum matrimonium ob id ſubſtitutum, vt Chriſtianum & prudentem Principem decet,ritè rectèque contraheret. Dolet quidem Ferdinandus Cardinalis vicem ſuam,Pater Beatiſſime,quando certo etiam agnoſcit ſibi valde inæquali commutatione de Eccleſia ad ſæculum eſſe tranſeundum,ſed quia ipſis S.R. P. viſum eſt ſibi ſemper indulgere,ne ſacris vllis ordinibus initiaretur, qui prudentiſſime proſpiciebant poſſe aliquando quod accidit,euenire: Idcirco ita dolet,vt ali quam ex parte inde conſolationem capiat. Hancque animi ſui ſententiam S. V. vnà cum his ampliſſimis Patribus probaturam ſibi certo perſuadet. Immo verò,& gratam S.V. futuram hanc ſuam deliberationē ſperat,præter enim perpetuam quandam familiæ ſuæ, præcipuè verò præſtantiſſimorum Ducum in Romanam Eccleſiam fidem & obſeruantiam, quam re ipſa ſemper teſtati ſunt,Ferdinandus ipſe eiuſque ſucceſſores, quos diuinam benignitatem ſibi largituram ſperat,nouo quodam vinculo adſtrictum,hoc ſtudiū augebunt,nouiſque officijs & obſequijs cumulabunt ſemper.Nemo eſt præterea,qui ignoret, quantum ad huius ſanctæ Sedis amplitudinem, totiuſque Italiæ quietem & pacem pertineat,huiuſmodi vicinos Principes,terra mariſque potentes nancifci, a quibus perpetua hæc in eam ſtudia dimanent, præclariſſimamque familiam Medicem,quæ cum hac Apoſtolica ſede coniunctiſſima ſemper fuit(ex qua non ſolùm viri Principes,pietate,rerum geſtarum gloria, & heroicis virtutibus illuſtres:ſed tot Summi Pontifices de Catholica religione præclarè meriti prodierunt,)in poſterum,& florere, & quā diutiſſime conſeruari. Multa alia prętermitto, ne longus ſim, quæ copioſa aliquando oratione proſecutus eſt ſanctiſſim. memo. Pius V. in ea conſtitutione,qua Coſmum Ferdinandi patrem æterni nominis Principem,in magnum Etruriæ Ducem extulit. Cæterum, Pater Beatiſſime, Ferdinandus Cardinalis magnus Dux ſummopere cupiſſet ipſemet Romam aduenire,pedibus S.V. aduolui,& in hoc ſacro loco,in quo tot annis tam honorificè verſatus eſt,omni cum humilitate S. V. ſupplicare,ac corā in eius manibus,Cardinalatus dignitatem, non ſine animi ſenſu libere dimittere: ſed cum magnis curis & negotijs,in his præſertim exordijs, aſſiduè impediatur,quæ S.V.& ex ſacro Collegio non ignota ſunt,& probata eſſe ſperat:ob eas cauſas dedit in mandatis,admodum R.P. Nicolao Epiſcopo Ciuitatis Burgi S.Sepulchri,quem,huius tantum rei cōficiendæ cauſa,Nuncium & Procuratorem miſit,nec non Illuſtri Ioanni Nicolao,qui apud S.V.illius Orator exiſtit,vt dignitatem Cardinalatus ſui, purè, liberè,& ſimpliciter in manibus S.V.reſignent, cæteraque omnia ſuo nomine efficiant,quæ ad hanc rem neceſſaria quouiſmodo, & opportuna videbuntur, quemadmodum ex ipſo procurationis mandato copioſè conſtat.

Hi igitur hic præſentes proſtrati ad pedes S. V. & Ferdinandi Medices S.Mariæ in via lata S.R.E. Diaconi Cardinalis,magni Etruriæ Ducis procuratores,& eius nomine ea qua decet humilitate, in manibus S.V.dicti Cardinalatus dignitatem,vna cum omnibus præeminentijs,honoribus,priuilegijs, inſignibus quibuſcumque realiter,& cum effectu,purè,liberè,& ſimpliciter dimittunt,reſignant, & renunciant,: nec non regimini atque adminiſtrationi dictæ Eccleſiæ S.Mariæ in via lata,eodem nomine cedunt. S. V.humiliter & inſtantiſſime ſupplicant,ut dimiſſionem,reſignationem, renunciationem, & ceſſiones prædictas grato animo excipiendo, dignetur admittere,ſibique iuramenta quæcumque per eum pręſtita ratione dignitatis Cardinal. & præfatæ, aliarum-

que quarumcunq; Ecclesiarum, quibus ad hunc vsq; diem præfuit, relaxare, ac quacunq; magis opportuna ratione statui cõscientiæ, & securitati eiusdem Card. magni Ducis prouidere, prout S.V. ex summa sua prudentia, & benignitate censuerit expedire.

Quod vero reliquum est, Pater Beatissime, Ferdinandus Cardinalis Magnus Dux multis quidem nominibus Sanct. V. & huic Apostolicæ Sedi se adstrictum profitetur, sed ad vetera S.V. erga eum officia, & promerita magnus cumulus accedet, si S.V. his Reuerendissimis Dominis assistentibus, eum a Cardinalatus munere, (vt sperat) absoluerit, & vt in altera vocatione ad q̃ eũ Deus vocat, diu feliciterq; versari possit, suam sibi paternam benedictionem impertiuerit.

Summus Pontifex annuit, & admisit renunciationem Cardinalibus omnibus consentientibus: quare fuerunt vocati duo protonotarij participantes, vt de hoc actu se rogarent.

SVMMARIVM.

1 *In conferendis Episcopatibus alius modus obseruatur, quam in alijs beneficijs.*
2 *Episcopatus non conceduntur per supplicationem.*
3 *Episcopatus dantur mediãte promotione cõsistoriali.*
4 *In Episcopis requiritur ætas, morum grauitas, & litterarum scientia.*
5 *Episcopus debet esse Doctor, legitimus, & in sacris.*
6 *Qualitates promouendorum debent discuti in Consistorio.*
7 *Modus creandorum Episcoporum per Concilium Lateranense sub Leone X.*
8 *Promouendus debet adire Cardinales.*
9 *Paulus Quartus statuit vt promotiones consistorialium non absoluantur vno consistorio.*
10 *Forma Concilij Tridentini in creandis episcopis.*
11 *Processus fit in creatione Episcopi.*
12 *Modus conficiendi processum in creatione Episcopi.*
13 *Processus promouẽdorum à quibus fiat & corã quo.*
14 *Professio fidei fit per promouendos.*
15 *Cardinales proponunt consistorialia.*
16 *Episcopi aliquando fiunt absque processu.*
17 *Cardinalis Montis regalis habuit Episcopatum absq; processu.*
18 *Modus introductus per Concilium Tridentinum in promotionibus Episcoporum habet locum in cessionibus eorundem.*
19 *Cardinalis relaturus in Consistorio aliquam Ecclesiã mittit schedulam alijs Cardinalibus.*
20 *Forma schedulæ, quam mittit Cardinalis relaturus aliquam Ecclesiam.*
21 *Montis regalis Ecclesiæ situs, status, & valor.*
22 *Forma propositionis Cardinalis in Consistorio.*
23 *Forma schedulæ Cardinalis relatoris alicuius Ecclesiæ quam mittit Vicecancellario.*
24 *Vicecancellarius facit contra schedulam de prouisione Episcopatus.*
25 *Literæ Episcopatus expediuntur super contra schedula Vicecancellarij.*
26 *Contra schedulæ, & non schedulæ statur.*
27 *Vicecancellario statur de his, quæ concedit summus Pontifex in Consistorio.*
28 *Literæ nõ possunt expediri super schedula nisi habeatur expressa concessio.*
29 *Vicecancellarius norat gratias consistorij.*
30 *Scriptura Vicecancellarij dicitur matrix.*
31 *Papa proponente Ecclesiã, Vicecãcellarius attestat.*
32 *Forma attestationis officialis Viccancellarij, quando Papa proponit ecclesiam.*
33 *Episcopus potest administrare litteris expeditis.*
34 *Papa creat Episcopos solo verbo.*
35 *Forma litterarum expeditionis Episcopatus.*
36 *Ex quibus causis Episcopi renuncient.*
37 *Forma propositionis cessionis Episcopatus cum reservatione fructuum.*
38 *Narbonensis Ecclesiæ status.*
39 *Cæsenatensis Ecclesiæ status.*
40 *Forma propositionis cessionis Episcopatus cum reservatione pensionis.*
41 *Massan. Ecclesiæ status.*
42 *Melphiten. Ecclesiæ status.*
43 *Renunciatio Episcopatus fit dupliciter.*
44 *Episcopus renuncians loco quid renunciet.*
45 *Episcopo renuncianti loco conceditur denominatio.*
46 *Episcopus renunciat loco & dignitati propter crimen.*
47 *Archiepiscopi, & Patriarchæ comprenduntur sub dispositione loquente de episcopo.*
48 *Archiepiscopi non habent plusquam Episcopi in casibus à iure non expressis.*
49 *Regula Cancellariæ de consensib. in resign. non habet locum in prouisionibus Episcopatus.*
50 *Regula Cancellariæ de consensib. in resign. qua ratione fiat edita.*
51 *Consensus per correctionem supplicationis de iure cõmuni sufficit.*
52 *Factum coram Papa excludit fraudem.*
53 *Episcopatuum cessio expeditur absque expresso consensu.*
54 *Episcopi renunciantes consentiunt coram Cardinali.*
55 *Forma propositionis Episcopatus vacantis per obitum.*
56 *Astensis Ecclesiæ status.*
57 *Forma propositionis Episcopatus per translationem.*
58 *Lanclanen. Ecclesiæ status.*
59 *Ecclesiæ de Cuzco in Indijs status.*
60 *Nouocomen. Ecclesiæ status.*
61 *Tenor Constit. Greg. XIIII. circa processum promouendorum.*

QVAESTIO QVINTA.

1 Vinto quæro, quomodo facienda sit renũciatio Episcopatus, Archiepiscopatus? Respondeo in conferendis huiusmodi dignitatibus alium modũ obseruari quam in alijs beneficijs, vt scriptum reliquit Sarn. in reg. de infir. resig. q. 14. col. 1. in prin. & col. 2. namque Ecclesiæ cathedrales & Metropolitanę ex
2 * consuetudine & * stilo non † conceduntur per supplicationem, vt tradit idem Sarn. in regul. de non iudic. iux. form. supplic. q 9. col. 2. vers. & ista, sed dantur mediante promotione † consistoriali, vt Sarn. dictis locis
3 scribit, quem * communiter sequuntur Doctores. Ca
* putaq. decis. 298. par. 1. & tota die * experimur. Modus autem, qui in his seruatur, est infrascriptus. Nam cum ex constitutione Alexand. Papæ III. edita in Cõcilio Lateranen. quæ ponitur in c. cum in cunctis. de
4 elect. requiratur in promouendis in Episcopatum † ætas, morum grauitas, & litterarum scientia, ac vt sit legitimus,

1 legitimus, Doctor, & in sacro ordine antea † saltẽ sex mensium spatio constitutus, vt patet in decreto cõc. Trid. c. 2. sess. 22. de refor. per hæc verba. *Quicunque post hac ad Ecclesias cathedrales erit assumendus, is non solum natalibus, ætate, moribus, vita, atque alijs, quæ à sacris Canonibus requiruntur, plene sit præditus, verum etiam in sacro ordine antea saltem sex mẽsium spatio constitutus, &* c. subdit. *Scientia vero præterea eiusmodi polleat, vt muneris sibi iniungendi necessitati possit satisfacere. Ideo, qui antea in vniuersitate studiorum Magister, siue Doctor, aut Licentiatus in sacra Theologia, vel iure Canonico merito sit promotus, aut publico alicuius Academię testimonio idoneus ad alios docendos ostendatur, &* c. Ideo receptum fuit, vt qualitates promouendorum ad episco-
6 patus referantur, & † discutiantur in Consistorio secreto coram Sanctissimo D. N. ac S. R. E. Cardinalibus, & relatio fiat ab vno Cardinali, cum alijs circunstantijs, prout in concil. Lateranẽ. sub Iulio II. & Leone X. statutum esse comperimus, vt habetur in constitutione 9. Leonis X. supernæ de general. clericor. &
7 laicor. † ac Roman. Curiæ reformatione in princ. *Ibi vt ab his sumamus exordium, quæ pro nunc magis expedire videntur, & quæ sæpe per singulas ætates neglecta magnam Christianæ religioni attulere pernicię, & in Ecclesia Dei maxima scandala pepererunt, a promotionibus scilicet ad Ecclesiasticas dignitates cõstituimus exordiri: Cum piæ mem. Alex. Papa III. pr.ædecessor noster, etiam in Lateranen. Concilio decreverit, vt ætas, morum grauitas, ac litterarum scientia in personis promouendis in Episcopos, & Abbates diligenter inquirantur, nihilque magis Dei Ecclesiæ officiat, quam cum immeriti assumuntur Prælati ad regimen Ecclesiarum: propterea in promotionibus Prælatorum, quorum à Romano Pontifice magna ratio haberi debet, eo præsertim quod de promotis per eos ad Ecclesias, seu Monasteria in extremo iudicio Deo rationẽ reddituri sunt, Statuimus, & ordinamus, vt deinceps perpetuis futuris temporibus parochialibus, metropolitanis, ac cathedralibus Ecclesiis, & monasteriis pro tempore vacantibus de personis, iuxta præfati Alex. constitutionem, ætate matura, grauitate morum, litterarumque scientia præditis nõ ad alicuius instantiam per commendam, & administrationem, seu conseruationem, aut alio quouis modo prouideatur, nisi ratione vtilitatis Ecclesiarũ prudentię, nobilitatis, probitatis, experientiæ, atque curialitatis antiquæ, quam competenti litteratura, & in sede Apostolica meritorum, aliter visum fuerit faciendum. Idemque in electis, & postulatis, quorum electiones, & postulationes per sedem Apostolicam admitti consueuerunt, volumus obseruari, &* c. Quin immo, vt accuratius diligentiusque idoneæ personæ promoueantur, statuimus, vt Cardinalis cui electionis, postulationis, aut prouisionis Ecclesiæ seu monasterij relatio committetur, antequam in sacro Consistorio, vt moris est, referat commissionem examinis, ac relationis huiusmodi sibi datum vni cuilibet ordinis antiquioris Cardinali in ipso Consistorio per se ipsum, vel si ea die qua sibi commissionis onus iniunctum fuerit, Consistorium non fuerit, per Secretarium suum, aut alium quemlibet ex suis domesticis familiaribus notam facere debeat, qui tres priores alijs quam primum sui ordinis Card. cã significare teneantur, negotiumque electionis, administrationis, postulationis ve, aut promotionis summarie, & de plano per se ipsum dictus relator examinet, & si qui contra dixerint his vocatis idoneos, graues, & fide dignos testes, & si expediens opusque fuerit, alios ex officio assumere, processusque, & iura huiusmodi, vna cum dictis testium die faciendæ relationis secum ad Consistorium deferre debeat, neque vllo modo referat; si*
8 *præsens in Curia promouendus † maiorem Card. partem antea non adierit, vt quæ à referẽte collega sint Card. audituri occulta fide quantum promouendi attinet cognoscere possint.*

Et ita seruatum fuit paucis mutatis, vel additis vsq; ad tempus S. memor. Pauli IIII. qui omn. primus voluit & introduxit vt propositiones consistorialium
9 non eo consistorio, † vt hactenus fiebat, sed sequenti absoluerẽtur, vt interim S. R. E. Card. possint de qualitatibus præficiendi seu promouendi certiores reddi & plene instrui, pro vt attestatur Quint. Mandos. in reg. 24. Cancell. de mala. promot. q. 3. sub num. 12.

Superuenit postea concil. Trid. sub Pio IIII. anno 1563. in quo hoc idem fuit statutum, ac forma breuior, † vtilior, & facilior data fuit, quæ hodie est in vi
10 rid. * obseruantia, vt habetur in sess. 24. ca. 1. de refor. * prope fi. ibi. *Omnes vero inquisitiones, informationes testimonia ac probationes quæcunque de promouendi qualitatibus, & Ecclesiæ statu a quibuscunque et in Romana curia habitæ per Cardinalem, qui relationem facturus erit in Consistorio, & alios tres Cardinales diligenter examinentur, ac relatio ipsa Cardinalis relatoris, & trium Cardinalium subscriptione roboretur, in qua ipsi singuli quatuor Cardinales affirment se adhibita accurata diligentia inuenisse promouendos qualitatibus à iure, & ab hac sancta Synodo requisitis præditos, ac certo existimare sub periculo salutis æternæ idoneos esse, qui Ecclesiis præficiãtur ita vt relatione in uno Cõsistorio facta, quo maturius inter ea de ipsa inquisitione cognosci possit in aliud Consistorium iudicium differatur, nisi aliud Beatissi-*
11 *mo Pontifici videbitur expedire.* Ex quo patet quod in primis fit processus super quo examinantur testes fide digni, an sint de legitimo matrimonio, an sint triginta annorum, an sint Doctores, an sint bonæ famæ iuxta requisita à Canonibus, & ab œcumenicis concilijs, de quibus dictum est, & de qualitatibus Ec
* clesiæ, super existentia Ecclesiæ solent * communiter
12 fieri tres † articuli; primo vbi sit sita, sub cuius ditione, secundo sub cuius inuocatione sit Ecclesia Cathedralis, quot dignitates, & canonici sint in ea, & an sacristia sit decenter ad cultum diuinum instructa circa paramenta, tertio cuius valoris sit, & quam curam habeat: super vero idoneitate promouendi fiunt hi articuli primo, an testes cognoscant promouendum, & a quanto tempore citra illum cognouerint, & sint secum conuersati adeo vt possint super eius habilitate deponere. secundo, an sciant promouendum esse de legitimo matrimonio procreatum, & ex quibus parentibus: tertio an ætatem à sacris canonibus diffinitam attigerit, vt possit Cathedralem Ecclesiam consequi: quarto an vitam honestam, & laudabilem duxerit & ducat de præsenti, & honestæ fuerit, & sit conuersationis, bonisque & Christianis moribus præditus: quinto an sit V. I. D. Theologus seu licentiatus in publica vniuersitate. sexto an tali scientia polleat, vt cuiuscunque muneris temporalis, vel spiritualis sibi iniungendi possit necessitati satisfacere. septimo an sit habilis, idoneus, & sufficiens ad regendum, & gubernandum qualemcumque Episcopatum, & ad docendum Dominicum gregem necessaria ad salutem. octauo an secundum Chri-

stianam charitatem possit aliquam Ecclesiam Cathedralem defendere, ac fideliter diuina ministeria, & verbum Dei dispẽsare, nono an sit in sacris ordinibus cõstitutus, & a quanto tempore citra, & habeat cæteras qualitates, per sacros canones, & præsertim per concilii Tridentini decreta requisitas, & regulariter solent tres vel quatuor testes noti & fide digni examinari super existentia Ecclesię, & totidem super idoneitate. Et cum hæc imprimerentur Sanctiss. D. N. Gregorius .XIIII. hodie in Cõsistorio secreto die 15. Mai. 1591. promulgauit constitutionem circa examen faciendum in processu Episcoporum, cuius constitutionis tenorem infra ponam n. 60. in fine huius quæstionis.

Si promouẽdus est in curia, processus fit a Nota
33 rio deputando †a Cardinali, qui est relationem facturus, qui examinabit hos testes cum participatione & in præsentia Auditoris eiusdem Cardinalis. Postea vero promouendus emittit professionem fidei coram illo Cardinali. Si vero promouendus est extra curiã, & in vrbe non adsint testes q possint super articulis positis deponere, huiusmodi processus fit a legatis nũcijs vel ordinariis vt dicitur in die. c. 2. sess. 22. de refor. ibi *Quarum rerum instructio si eius notitia nulla aut recens in curia fuerit, a sedis Apostolicæ Legatis seu Nunciis prouinciarum, aut eius ordinario, eoque deficiente a vicinioribus ordinariis, sumaturque* subdit *prædicti autem omnes vnde instructio seu testificatio erit sumenda, hæc fideliter, & gratis referre teneantur, alioquin eorum conscientias grauiter oneratas esse scient, ac Deũ & superiores suos habebunt vltores.* Et in dict. cap. 1. sess. 24. de reform. circa eamdem materiam, decretum est his verbis. *Quoniam vero in sumendis de prædictis omnibus qualitatibus grauidoneoque honorum & doctorum virorum testimonio nõ vniformis ratio vbique ex nationum populorum ac morum varietate potest adhiberi, mandat sancta synodus, vt in prouinciali synodo per Metropolitanum habẽda præscribatur quibusque locis & prouinciis propria examinis seu inquisitionis aut institutionis faciendæ forma Sanctissimi Romani Pontificis arbitrio approbanda, quæ magis eisdem locis vtilis atque opportuna esse videbitur, ita tamen vt cum deinde hoc examen seu inquisitio de persona promouendæ perfecta fuerit, ea in instrumentum publicum redacta cum toto testimonio ac professione fidei ab eo facta quam primum ad sanctissimum Romanum Pontificem omnino transmittatur, vt ipse summus Pontifex plena totius negotij ac personarum notitia habita pro gregis dominici commodo de illis si idonei per examen seu inquisitionẽ factam reperti fuerint, Ecclesiis possit vtiliter prouidere.* Cõfecto igitur processu eo modo vt supra
34 dictum est, factaq; †professione fidei coram Cardinali relatore, processus subscribitur a Cardinali a quo cõficitur, & a capitibus ordinum, scilicet a primo Cardi-
35 nali Episcopo, a primo † Cardinali presbytero, a primo Cardinali diacono. Postea in vno consistorio fit
* præconizatio, in alio vero relatio & admissio: & ita *hodie obseruatur communiter, vt quotidie experimur.

Quandoque vero expeditur absque processu & ine supradictis qualitatibus, & hoc contigit in perso-
16 nis notis† & gratis Summo Pontifici: nam tunc ipse summus Pontifex refert & concedit approbantibus Cardinalibus, & hoc modo fuit promotus ad Ecclesiam Montis Regalis Illustrissimus, & Reuerendiss.
17 mus Dominus meus D. Vincentius Laurus† Cardinalis Montis Regalis nuncupatus; nam Sanctæ memo. Pius V. cum esset Cardinalis, erat Episcopus Montis Regalis, & statim post assumptionem suam ad Apostolatus apicem delegit illum. Vnde deueniendo ad rẽ nostram, postquam quis vult renunciare Episcopatũ vel Archiepiscopatum, agit per se vel per alium cum Summo Pontifice vt admittat renunciationem, qui si hoc velit concedere committet alicui Cadinali, vt cõficiat processum eo modo vt supra dictum est, namq; dictus modus est etiam seruandus in prouisionibus,
18 quæ fiunt per resignationem, cum ratio militet etiam hoc casu, & hoc in terminis videtur sentire Sarn. de in firm. resign. q. 14. col. 1. in prin. & col. 2. & in terminis hoc vult Mandos. in Rubr. de constit. num. 43. & non haber dubium, quia quocumque modo vacet, seu per translationem, seu presentationem, seu alias, seruatur hic modus, eoque confecto emissaque professione fidei, in vno Consistorio preconizat petendo licentiã a Sanctissimo, vt possit in proximo Consistorio referre talem Ecclesiam, in alio proponit & summus Pontifex concedit cum consensu Cardinalium. Verũ ante quam proponat in vigilia Consistorij vel per aliquos
19 dies antea Cardinalis relator mittit schedulam † omnibus Cardinalibus sequentis tenoris. Ego Cardinalis Alexandrinus in proximo Cõsistorio proponam Ec-
20 clesiam Montis Regalis † vacantem per libram resignationem Illustrissimi, & Reuerendissimi Cardinalis Montis Regalis in manibus S. D. N. pro persona Reu. P. C. Felicis Bertodani utriusque signaturæ Referendarij.

21 Sita est † Ecclesia in principatu Pedemontium sub ditione Serenissimi Ducis Sabaudię suffraganea Taurinen. Metropolis, quæ sub sancti Donati inuocatione eiusdem reliquijs, nec non sancti Bernusphi capite ornatur, habet campanile, chorum, & sacristiam variis ac necessarijs paramentis copiose refertam, Episcopalem domum non longe distantem ac congruam, sunt in eadem dignitates Archidiaconatus, Archipresbyteratus, præpositura & cantoria, sex etiam alij canonici, ex quibus pœnitentiarius & Theologus per Illustrissimum D. Resignantem creati fuerunt, a quo seminarium etiam institutum reperitur.

Fructus in libris Camerę taxantur ad Florent. 300. accedunt secundum communem ad bis mille & 800. auri.

Promouendus est ætatis annorum 30. & vltra, Illustribus parẽtibus & ex legitimo matrimonio procreatus, Iuris vtriusque Doctor, ac S. D. N. in vtraq. signatura Referendarius, in sacro presbyteratus ordine cõstitutus, in quo concurrunt omnes aliæ qualitates a sancta synodo requisitæ pro vt in processu super his confecto, sufficienter probatum cernitur ab Illustrissimis DD. meis Cardinalibus, Capitibus ordinum, & a me approbato & subscripto.

Emisit professionem fidei in manibus meis iuxta articulos a sancta sede Apostolica traditos, supplicatur pro expeditione. &c.

Postea in Consistorio secreto Cardinalis relator coram Summo Pontifice & Cardinalibus proponit
22 dicendo: Beatissime Pater. Vacat Ecclesia Montis † Regalis, & alijs verbis, quæ habentur in dict. schedula, & in fine dicit supplicatur pro expeditione. Tunc si est admissa in Consistorio propositio, Cardinalis relator domi signat manu propria & sigillo suo schedulam sequentis tenoris, quam mittit Cardinali Vicecancellario.

Reuerendissime D. Hodie sanctissimus in Christo Pater & D. N. Sixtus diuina prouidentia Papa V. in Consistorio suo secreto vt moris est ad relationem meam

meam Ecclesiam Montis Regalis prouinciæ Taurinen. ex eo quod Reuerendissimus Vincentius titu. S. Mariæ in via presbyter Montis Regalis nuncupatus regimini & administrationi dictæ Ecclesiæ, cui tunc ex dispensatione Apostolica præerat, in manibus Sanctitatis suæ sponte & libere cessit, ipsaque Sanctitas sua cessionem huiusmodi admittens pastoris solatio destituta de persona magistri Felicis Bertodani præpositi prepositure Sancti Christophori olim ordinis humiliatorum Vercellen. V. I. D. in utraque signatura eiusdem Sanctissimi D. N. Referendarij de nobili genere procreati & in ætate legitima & ꝓsbyteratus ordine constituti de Reuerendissimorum Dominorum meorum S. R. E. Cardinalium Consilio Apostolica auctoritate prouidit, ipsumque illi in Episcopum præfecit & pastorem, curam & administrationem eiusdẽ Ecclesię Montis Regalis sibi in ꝑspiritualibus & temporalibus plenarie committendo.

In quorum fidem præsentem schedulã mei soliti sigilli impressione muniri feci, eamque manu propria subscripsi. Datum Romæ in ædibus meę solitę residẽtiæ die 26. Octobris, anno à natiuitate Domini 1587 Pontificatus eiusdem S. D. N. Papæ, anno III. Eiusdẽ Reuerendissimæ D. V. Humillimus seruitor F. M. B. Card. Alexandrinus Vicecancellarius recepta hac
24 schedula Vicecan. facit aliam † contra schedulam dicẽs Hodie ad relationem Cardinalis Alexandrini. S. D. N. PP. &c. & hæc schedula est breuior, & super hac con-
25 tra † schedula expediuntur † litteræ, vt tradit Mandos. in rubr. extra de cõstit. num. 43. & 44. & communiter in praxi seruatur.

* Hinc alias fuit tentum in *Rot. coram D. Sarnen. in vna Brixian. fructuum. 9. Iunij 1542. quod non statur
26 † schedulæ Cardinalis, sed contra schedulæ, qa contra schedula fit a Vicecancellario officiali deputato, nã licet proponentes multa attestent in eorũ schedulis, ꝓpositionũ, tñ ttãdũ est cõtra schedulæ Vicecancellarij officialis ad hoc deputati ad ea, quę cõcedit summus
27 Pontifex in Consistorio, vt tattestatur Card. Put. dec. 328. lib. 1. idemque fuit resolutum * in alia Marianen
* & Accien. pensionis lunæ 7. Maij 1576. coram Cotta, in qua etiam fuit dictum quod volentes litteras ex
28 pedire super schedula debent habere expressam concessionem à sanctissimo. Ideo * communiter uidemus
* practicari ex contra schedula expediri litteras Apostolicas, ñaque licet contra schedula sit scripta ad relationem Cardinalis, qui proposuit, tamen ipse etiam Vicecancellarius vel alius eo impedito deputatus ab
29 eo † notat gratias quæ fiunt a Papa cum consilio Car-
30 dinalium in Consistorio, & ideo eius scriptura dicitur matrix, & illi standum est, Put. dict. consil. 328. lib. 1. & quando Papa proponit, Vicecancellarius, aut deputatus ab eo de hoc fidem facit, ut ex hoc exemplo
31 apparet.

Romæ apud Sanctum Petrum 30. Martij 1573. fuit Consistorium, in quo S. D. N. proponente sanctitate sua.

32 Absoluit R. P. D. Ferdinandum Farnesium Episcopũ Montis Flasconen. & Cornetan. à vinculo, quo ipsis Ecclesijs Montis Flasconen. & Cornetan. tenebatur cum transtulit ad Ecclesiam Parmen. uacantem per cessionem Reuerendissimi D. Alexandri Cardinalis Farnesij, ipsumque illi in Episcopum præfecit, & pastorem, curam, &c. committẽdo, cum reseruatione ꝑ Reuerendissimo cedente pensionis annuæ 3131. scutorum auri in aurꝰ etiam si fructuum dictæ Parmẽ. medietatem pensio ipsa excedat, & cum reseruatione beneficiorum, & alias pro vt in schedula de consensu ipsius Ferdinandi Episcopi & Reuerendiss. D. Alexandri S. R. E. Card. Farnesij cui ad ipsam Ecclesiam Parmen. per decessum vltimi Episcopi seu administratoris vel prælatis Parmen. regressus Apostolica auctoritate alias reseruatus existit, & saluo manẽte prædicto regressu & omni iure quod habet ipse Reuerendissimus Cardinalis Farnesius uigore regressus huiusmodi ad ipsam Ecclesiam Parmen. & cum reseruatione pro præfato Reuerendissimo Ferdinando compatibili, quæ obtinet & cum clausulis opportunis & consuetis absoluens præfatum Ferdinandum, &c. Ita est M. Massa.

Litteris expeditis potest Episcopus electus admini
33 strare, tantea verò non sub pœnis, de quibus in extrauag. inter. sanctæ sub tit. de elect. inter extrauag. comm. quę fuit innouata & confirmata per Alexand. VI. & alios
* Rom. Pontifices, ita quod hodie est in viridi * observantia teste Mandos. d. Rubr. de constit. num. 42. quod
34 est not. nam de iure communi ſolo † verbo, Papa creat Episcopos, Bal. in l. humanum in fine. de legib. Ange. in l. cum salutaros C. sent. pass. cum alijs adductis per Burs. at. consil. 393. nu. 4. vol. 4. continentia literarum
35 hæc est. Gregorius † Episcopus seruus seruorum Dei dilecto filio Francisco Guinesio electo Montis Flasconen. & Cornetan. sal. &c. & deinde Montis Flasconen. & Cornetan. Ecclesijs in vnum vnitis ex eo quod nos nuper venerabilem fratrem nostrum Ferdinandũ Episcopum Parmen. nuper Montis Flascon. & Cornetan. a vinculo quo dictis Ecclesijs, quibus tunc præerat tenebatur, de fratrum nostrorum consilio & Apostolicæ potestatis plenitudine absoluentes illum ad Ecclesiam Parmen. certo tunc expresso modo vacantẽ de pari consilio Apostolica auctoritate transtulimus, præficiendo ipsum illi in Episcopum & pastorem, pro vt in nostris inde confectis litteris plenius continetur apud sedem prædictam pastoris solatio destitutis, &c. Nos ad prouisionem dictarum vnitarum Ecclesiarũ felicem, &c. ne ipsæ vnitæ Ecclesiæ longe vacantes exponantur incommodis, &c. de eorumdẽ fratrum cõsilio dicta auctoritate prouidemus, teque illis in Episcopum præficimus & Pastorem curam & administrationem ipsarum vnitarum Ecclesiarum, &c. tibi in spiritualibus plenarie, &c. Dat. Romę apud S. Petrum anno Incarnationis Dominicæ 1573. VI. Idus Aprilis, Pontificatus N. anno. omnia verba hic non ponũtur breuitatis causa.

36 Aliquando huiusmodi resignatio Episcopatus fit, quia obtines Episcopatum vult viuere absque labore curæ animarum iuxta ea, quæ scripsi supra lib. 5. q. 3.

Quandoque quia transfertur ad aliam Ecclesiam.

Quandoque impetratur gratia vt cõcedatur nepoti vel consanguineo, vel alteri amico, & hæc fit vel cũ reseruatione fructuum, vel cum reseruatione pensionis, vt ex sequentibus schedulis propositis in Cõsistorio secreto coram Sanctiss. & Cardin. apparebit.

Beatissime Pater, Vacat Ecclesia Narbonen. p cessionem † Illustriss. & Reuerendiss. Cardinalis de Gioio
37 sa. & ad eam nominat Rex Christianiss. R. D. Ramundum Episcopum Hemausen. vt a vinculo quo Ecclesię Hemausen. tenetur absoluatur, & ad prædictam Ecclesiam transferatur.

38 Ecclesia Narbonen. † est Archiepiscopalis sub inuocatione Sanctorum Iusti & Pastoris, & habet quinq; dignitates, nempe tres Archidiaconatus, vnam cantoriam & vnam subcantoriam, & viginti canonicatus, cum ornamentis & aliis rebus ad diuinum cultum ne cessarijs,

cessarijs,dictus D.transferendus vt constat ex duobus processibus ab Illustrissimis,& Reuerendissimis DD meis capitibus ordinum & a me subscriptis,cum olim professus fuisset ordinem fratrum prædicatorum factus est postea Episcopus Hemausen.& est præditus omnibus qualitatibus quæ a sacris canonibus & a sacrosancta synodo Tridentina requiruntur, nempe natus in legitimo matrimonio, ætatis annorum .65. Catholicus nulla hæresis labe pollutus immo religionis Catholicæ acerrimus defensor,vitæ exemplatis,& egregius verbi Dei concionator, emisit professionē fidei iuxta articulos, fructus taxantur Florenis nouē millibus,& reducuntur.

Supplicatur pro translatione cum reseruatione fructuum pro dicto Illustriss.& Reuerendissimo D. Cardinali cedente,demptis scutis mille & quingentis pro eadem Domino transferendo.

Et hanc propositionem fecit Illustriss.& Reuerendiss.Cardinalis Consentinus.

Beatissime Pater, Vacat Ecclesia Cæsenaten.per resignationem in manibus Sanctitatis suæ factam a R. P.D.Odoardo vltimo eius Episcopo.

Eidem Ecclesiæ præficiendus est R.D. Camillus. Goalandrus Pisanus,qui eiusdem Ecclesiæ præpositus & Vicarius etiam fuit, qui vt constat ex processu coram me confecto,& a Reuerendiss.D D.meis Capitibus ordinum subscripto,Natalibus,morib.qualitib.a Trid.Conc.requisitis satis superq; est commendatus.Ecclesia† Cæsenaten.est in Romandiola sub inuocatione sancti Ioannis Baptistæ habet duas dignitates,præpositurā & Archidiaconatum cum quindecim Canonicis & triginta Capellanis,& latis instructa supellectili ad diuinum cultum necessaria, ædes Episcopales haud incommodas & diœcesim mediocrem.

Eius fructus in libris Camerę ad centum quinquaginta taxati sunt,tamen verum valorem annuum conficiunt summam 1600.scutorum illius monetę,supplicatur pro expeditione cum reseruatione fructuum p D.Resignante,deductis tamen mille pro Episcopo,& cum retentione compatibilium. Et hanc Ecclesiā in Consistorio proposuit Cardinalis Carafa.

Beatissime† Pater, Vacat Ecclesia Massan.per resignationem R.P.D.Vincentij Catalis, eiusdem vltimi possessoris in personam R.P.D. Achillis Sergardi, ætatis 50. annorum,ex legitimo matrimonio procreati,in quo etiam concurrunt omnes qualitates a sacris Canonibus,& Conc.Trid.requisitæ.

Dicta Ecclesia† sita est in prouincia Tusciæ status Sereniss.Magni Ducis sub Dominio & Metropoli. Senen.ac sub inuocatione B.Mariæ Virginis,& S.Cerbonij Episcopi,cuius corpus in eadem Ecclesia cum maxima veneratione asseruatur, in ea sunt dignitas Archipresbyteratus,septem Canonici,habitatio pro Episcopo,campanile cum campanis,chorus,& sacristia omnibus ad cultum diuinum necessariis satis ornata,diœcesis ampla in qua est præsertim insula Iluæ. Ciuitas est satis ampla,sed paucos habet habitatores ob prauum aerem,fructus Ecclesiæ in libris Cameræ taxati erāt Floreni 300.sed anno. 1570.in quo fuit de ea prouisus D.Antoninus de Angelis fuerunt reducti ad 200.ob dismembrationem factam a sanctissimo 2000.duc.redituum super Fodinis Aluminum, communiter dicti fructus ascendunt hodie ad 1200. aureos, super quibus reseruatur annua pensio 300. scut.auri pro expeditione cum reseruatione nominis denominationis,& Compatibilium.Et hanc propositionem fecit Cardinalis Asculanus nomine Cardinalis Alexandrini.Beatissime Pater,vacat Ecclesia Melphien.& Rapollen.illi vnita per regiminis cessionem a R.Patre Gaspare illius vltimo Episcopo factam vacantem in personam R.D. Horatij Celsi Canonici. Basilicæ S.Petri de vrbe ac commendatarij Monasterij S.Mariæ,ac S.Stephani de plano ordinis S. Benedicti Marsican. Diœcesis.

Ciuitas Melphien.est in regno Neapolitano in prouincia Basilicatę.In ea est Cathedralis Ecclesia in qua sunt quatuor dignitates videlicet Cātoratus, primicerius, Vicecantoratus,& Thesaureatus.XII. Canonicatus 25.portionarij,atque plurimi alij beneficiati. Dicta† Ecclesia nullam Metropo.cognoscit, sed est immediate subiecta in spiritualibus sanctæ Sedi Apostolicæ.Habet Ecclesia Cathedralis ad cultum diuinum necessaria. Diœcesis est,mediocris ampla, in qua sunt plura Oppida & Castra,fructus mēsę Episcopalis,vna cum vnitis in libris cameræ taxati reperiuntur ad florenos 500.& communiter dicuntur ascendere ad sex millia ducatorum monetæ illius regni super quibus pensio antiqua 500.ducatorum de Camera D. Vincētio Carafæ reseruata existit.

Reuerend. D.Promouendus est de nobili familia vrbis,ex legitimo matrimonio natus, annum agēs circiter.39.in sacris etiam presbyteratus ordinibus constitutus,in vtroque iure Doctor,vitæ ac morum probitate & idonietate ad regendam Ecclesiam fide dignorum testimonio commendatus,est que præditus cæteris qualitatibus à sacro Concilio Tridentino requisitis.

Emisit professionem fidei iuxta articulos a pdicta sede traditos,quæ quidem omnia constant ex processu coram me habito ac a Reuerendiss. D.D. meis capitibus ordinum subscripto. Quare supplicatur pro expeditione cum retentione denominationis dictę Ecclesiæ,ac reseruatione pensionis annuæ 2600.scutorum monetæ exemptæ ab omni impositione pro præfato R.D.Gaspare cedente. & hanc propositionem fecit Ampliss.Card.Cosentinus.

Aliquando autem fructus, aut pensio non reseruatur in Consistorio,sed fit motus proprius ad partem,qui incipit,Cum hodie,&c.

* Et ita de stilo* obseruatur multoties,&c.

Notandum tamen est,quod huiusmodi renunciatio fit dupliciter:nam quandoq. Episcopus renunciat loco & dignitati,c.1.vers.respondemus.de ordinatis ab Episcopo qui renunciauit Episcop. Renunciatur loco quoties renunciatur † ciuitas, nempe cura & administratio illius Ecclesiæ c.ad supplicationem.de renūnc.& hoc casu per talem renunciationem nō amittitur dignitas,quare renuncians potest appellari Episcopus,immo ex stilo* conceditur † etiam, denominatio,vt possit denominari Episcopus illius Ecclesiæ, quam renunciauit,vt quotidie de stylo in Curia videmus,& ita* communiter solent Episcopi renunciare.

Quandoq.vero fit renunciatio loci & dignitatis, quoties non solum renūcians amittit Ecclesiam, sed etiam dignitatem,& huiusmodi renunciatio fit propter crimen vt tradit Abb.* communiter receptus in dict.c.1.nu.8.de ordin.ab Episcop.qui renunc. Episc. Maiol.de irregularit.lib.3.cap.6.num.8.vt late dixi li. 1.q.17.

Et ea quæ diximus de Episcopis procedunt in Archiepiscopis, Patriarchis, & cætera, namque hi comprehenduntur sub dispositione eloquente de Episcopis ad not.in c.Cleros vbi Cardi. Alexan.colum.4. dist.

dist.21.Gl.in c.quia periculosum de sent. excomm.li. 6.vbi Gem.Franc.&* communiter alij, & nihil habent plus,quam Episcopi in casibus à iure non expressis,vt optime tradit Thom.de Tan. decis. vigesimo primo. in manuscr.

Ex his enim,quæ diximus,infertur Reg.Cance.40. sub tit.de consensu † in resignationibus, qua cauetur, vt non expediantur litteræ nisi resignantes coram Papa præsentent consensum in Cancellaria,non habere locum in prouisionibus Episcopatus.&c.

Primo quia hæc regula fuit facta ad uitandas fraudes,quæ possent † fieri,qa quis posset nomine alterius porrigere supplicationem resignationis & alium priuare beneficijs Sarn.de publ.resign.q.7.n.3. & 4.Put. dec.3.Alfonsi.li.3. nam consensus per † porrectionem supplicationis sufficiebat de iure cōmuni, C.ad fad.dec. 1.de reg.Moedan.decil.60.consensus Crescent. deci. 210.Consensus li.1.Put.dec.19.de renun. Guid.Bon. dec.92.in manuscr.sed hæc fraus nō potest cadere in renunciatione Episcopatuum,cum huiusmodi renunciationes fiant coram Papa † in Consistorio præsentibus Cardinalibus,arg.c. nobilissimus & ibi Præpositus. 97.distinct.

Secundo,quia regula per prædicta requirit expressum consensum,& tamen expediuntur litterę Episcopatuum vacantium per resignationem sine consensu expresso resignantium,† nam fiatur simplici uerbo vnius Cardinalis resignantis in Consistorio nomine Episcopi.

Tertio,quia regula disponit quod præsentes in curia debeant consentire personaliter per se ipsos,& tamen in resignationibus quę fiunt de Episcopatib.præsentes in Curia non consentiunt coram Papa,† sed vnus Card.&c.vt dictum est, & ita obseruat communis* stylus,quo fit,&c.

Quarto,quia regula loquitur de renunciatione beneficij & tamen Episcopatus non comprehendit sub hoc nomine regulariter,vt alias dicemus.

Et quod hic etiam modus seruetur in Ecclesijs vacantibus per obitum & translationem, subiiciam aliquas propositiones in eodem Consist.factas.

Beatissime † Pater. Vacat Ecclesia Cathedralis sub inuocatione S.Mariæ Ciuitatis Asten.per obitū quō dam fratris Dominici de Rouere illius vltimi possessoris:prouidendus est R.P.D.Fran.Panicarola,de cuius idoneitate, & sufficientia est publica vox & fama & vrbi & alibi notissima & alias, vt per processum factum in electione ad Episcopatum Grisopolita.& sic in eo concurrunt omnes illæ qualitates requisitæ a sacro Concilio Trident.

Ecclesia† habet amplam diœcesim & iurisdictionē temporalem & dignitates infrascriptas, videlicet Archipresbyteratum, Præposituram & Cantorias, & Canonicos tredecim,& alia requisita ad Ecclesiam Cathed.Quare,&c.& hanc propositionem fecit Cardin. Alexandrinus.

Beatissime† Pater; Vacat Ecclesia Metrop. Lancianen.per translationem R.D.Marij Bolognini ad Ecclesiam Crotonien.promouēdus est Pau. Tassus à Seren.Rege Cath.præsentatus.

Ciuitas† Lancianen.est in prouincia Aprutina citeriori sub ditione eiusdem Regis,eius Mætrop. Ecclesia sub inuocatione Annunciationis gloriosi.Virg.habet duas dignitates duodecim Canonicat',& duas Capellanias,ac omnia necessaria,nullos,tamen habet suffraganeos. Domus Archiepiscopi distat ab Ecclesia fere 400.passibus,quæ tamen satis commoda existit, sunt in ciuitate Lancianen. Parochiales octor.Monasteria sex regularium diuersorum ordinum,& vnum Monialium,angustam habet diœcesim, quæ quinque tantum oppida & totidem villas continet.

Eius fructus taxantur in libris Cameræ ad Floren. 200.valor annuus ascendit ad ducat.700. monetæ regni Neapolitan.

R.P.D.Paulus promouendus est Neapolitan.ex legitimo matrimonio,Catholicis parentibus procreatus,50.ætatis suæ annum excedit,à multis annis sacerdos,doctor in vtroque iure,Ecclesiæ Metropolitanæ Canonicus,per triennium fuit Vicarius Archiepiscopi Neapolitani,est ex iudicibus caularum appellationum,& est idoneus qui Ecclesiæ Lancianē. præficiatur.Emisit fidei professionē in manibus Nuntij Neapolit.coram quo fuit formatus processus a Reuerendiss.D.D.meis capitibus ordinū , & à me approbatus & subscriptus;Supplicatur pro expeditione cum retētione compatibilium & canonicatus ad duos mēses, & hanc Ecclesiam proposuit Illustr.& Reuer. D.Alfonsus Card.Gesualdus.B

Beatiss. Pater; Vacat Ecclesia del Cuzco in Indijs p obitum Sebastiani illius vltimi Episcopi,ad quam Sereniss.Hispaniarum Rex Catholicus,cui ius præsentādi ad eandem pertinet,nominauit & præsentauit ad illam R.D.Greg.de Mōtaluo Episcopum de Iucatam in eisdem Indijs.Ciuitas † del Cuzco est in Indijs subditione eiusdem Regis.Eius Ecclesia Cathedralis sub inuocatione assumptionis B.Mariæ habet dignitates, canonicatus,& diœcesim distinctam, & est suffraganea Ecclesiæ Ciuitatis Regum.Fructus reperiūtur taxati in libris Cameræ ad Floren.33.

Dictus R.D.Gregorius promouendus Episcopus de yucatan in eisdem Indijs de legitimo matrimonio procreatus annorū 50.maior,à multis annis in sacro presbyteratus ordine constitutus,Theologus,vita & moribus laudabilis,& habet denique omnia requisita à sacra Tridentina synodo.Et quia de præsenti reperitur in eisdem Indiis supplicamus receptionem professionis fidei ibidem cōmitti,cum decreto quod nō ante consecrationem & professionem illam emittere teneatur.

In reliquis formatus fuit processus coram R.D.Nūtio suæ Sanctitatis in Hispaniarum regnis degente, p Reuerendissimos DD. meos capita ordinum & me subscriptus.

Supplicatur pro expeditione.

Et hanc propositionem fecit Hippolytus Aldobrādinus Cardinalis amplissimus.

Beatissime Pater: Vacat Ecclesia Nouocomen. per obitum R.D.Ioannis Antonij Vlpij illius ultimi Episcopi.

Dicta† Ecclesia sub inuocatione assumptionis Beatæ Mariæ Virginis habet tres dignitates Archidiaconatum,Archipresbyteratum,& Præposituram, & decem supra septem Canonicatus cum totidem præbēdis,estque suffraganea Patriarchatus Aquilegiensis, ea insuper est tota pariete marmore elegantique forma constructa,vasis aureis & argenteis ac paramentis & ornamentis pretiosis omnibusque alijs ad diuinum cultum necessarijs refertain ea multa corpora & aliæ Sanctorum reliquiæ debita cum veneratione asseruātur;eius fructus taxati in libris Cameræ ad Flor. 800. sed secundum communem extimationem ascendunt ad circiter bis mille aureos monetæ Romanæ, grauatur annua pensione ducatorum ducentorum auri in auro,& alijs grauaminibus non paucis,videlicet elee-

molynarum

mo synarum à veteri cõsuetudine introductarũ, quæ non minoris sunt trecentorum aureorũ. Episcopi Comenses erant olim re ipsa Clauennæ Comites, nũc vero nomen tantum retinent. Promouendus ac transferendus est R.P. Felicianus Nenguarda Comen. diœcesis ord. Prædicatorum, sacræ Theologiæ magister, omnibus à sacris. Canonibus & Concil. Trident. requisitis abunde decoratus, pro vt notum est omnibus, & aliàs in eius promotione ad Scalen. & S. Agathę Gothorum Ecclesias, & nunc etiam per testes in curia examinatos probatum est, emisit in manibus meis fidei professionem iuxta articulos a S. Sede Apost. traditos

Supplicatur itaque pro translatione & expeditione cum reseruatione nouæ pensionis D. Francisco Lancellotto ciui Romano trecentorum aureorum monetæ Romanæ. quam propositionem fecit Amplis. Cardin. Asculanus.

Supra retulimus formam processus conficiendi in Curia vel extra promouendi ad aliquam Ecclesiam. Metropolitanam, aut Cathedralem vel monasterium, iuxta præscriptum Concilij Lateranẽ. sub Iulio II. & Leone X. sum. Pontificibus, & Cõcil. Tridẽt. sub Paulo III. & Pio IV. etiam summis Pontificibus, ac communem vsum, sed quia experientia docuit multos fuisse promotos, cum non haberent qualitates requisitas a iure Pontificio & Oecumenicis Conciliis deficiente vita, moribus, vel doctrina, aut prudentia, quod ẽ mali exempli sit nemo est qui ignoret, cum certum sit gregis salutem magnopere ex boni pastoris præstanti vita & doctrina; etiã in quibus suis Ecclesiæ gradibus & ministris curandum est tales eligi, qui religione, & sanctitate fideles ædificent, multo certe magis elaborandum est, ne in eius electione erretur, qui supra omnes gradus constituitur c. cum cap. 33. q. 5. c. vnico. §. ad exhibendum de sacr. vnct. cui tamquam seruo fideli & prudenti totius familiæ cura traditur, qui ad omnem virtutem & mandatorum Dei obseruantiam aliorũ forma esse debet D. Thom. 2. 2. q. 185. ar. 5. & ibi Caietan. Turr. Cremat. in c. puẽit in princ. 7. q. 1. Præpos. in c. accusatio 2. q. 7. Late Gig. de resid. Epis. c. 14. Ideo S. D. N. Greg. XIIII. volens huic rei remedium adhibere, negotium examinandum cõmisit sex Cardinalibus pietate, prudentia & doctrina insignib. qui omnibus circũstantiis examinatis, illisq. relatis sue Beatitudini, sãctitas sua die 15. Maij 1591. in suo Consistorio secreto publicauit super hoc constitutionẽ, quam extrauagantem, quia materia est exemplaris & vtilis, libenter hic ponerem, & interpetrer, si antea fuisset pulicata, sed quia dum hæc quæstio imprimeretur, emanauit, ideo eius tenorem tantũ, &
61 summarium subiicere placuit, eam diuidendo in capita pro maiori intelligentia.

1 Cum inquisitio extra Romanam Curiam facienda erit, a sedis Apostolicæ Legatis seu Nuntiis prouinciarum in locis, in quibus commorantur, aut Episcopo personæ promouendæ ordinario, eoq. deficiente ordinarij vicinioribus, put a sacro Cõc. Trid. statutũ fuit omnino fieri debeat, nec alij talem sibi arrogent facultatem, nisi Papa per speciale mandatum alteri de mandauerit.

2 Intercedente consanguinitate aut affinitate vsque ad tertium gradum inter eum, ad quem iuxta præscriptam formam inquisitio pertinet, & personam promouendam, tunc inquisitio dictę personæ promouendæ ad proxime sequentem ipso iure deuoluatur, vt omnis suspicio carnalis affectus a transacto negotio repellatur, hoc est, si legatus ob hanc causam excludendus erit, ad Nuntium facultas transit, si Nuncius, ad ordinarium, si ordinarius, ad viciniorem ordinariũ in quisitionis officium defertur.

3 In processu conficiendo in curia, facultas spectat vel ad eos Cardinales, qui a sum. Pontifice ad hoc eliguntur, vel ad Cardinales Protectores regnorum, in quibus Ecclesiæ ipsæ cõsistunt, si ad ipsorũ protectionem dictæ Ecclesiæ prouidendæ pertinebunt.

4 Si Episcopus vel Archiepiscopus extra Romanam Curiam existens transferendus erit ex aliqua graui & iusta causa, deficientibus Legato vel Nuntio, inquisitio spectabit ad Metropolitanũ, si Episcopus, ad suffraganeum ad suffraganeum vero antiquiorem residẽtem, si Metropolitanus, transferetur.

5 Legati, Cardinales, Nuntij, Archiepiscopi, Episcopi, qui processum debent conficere, per se ipsos hoc faciant, non tamen per Vicelegatos, Auditores, & Vicarios, aut alios ministros, possunt tamen ab huiusmodi personis, aliisque viris peritis adiuuari.

6 Si inquirens ob locorum distantiam super aliquo articulo testes examinare per se ipsum non poterit, licebit & alteri personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ articulum illum, non autem vniuersam inquisitionem subdelegare.

7 Inquisitor articulos & testes non a persona promouenda oblatos recipiat, sed illos testes ex officio vocet, & quos de qualitatibus promouẽdi syncerum ac fidele testimonium daturos etiam existimet, & illos super articulis ex suo officio cõponendis examinet.

8 Vt inquisitio facilius & plenius perfici queat, vtile erit vt inquisitor vel a promouẽdo vel ab alio cõfici curet schedulam, in qua sint ordine descripta, nomen promouendi, cognomen, patria, parẽtes, ordo, gradus professio, functio (si quam is forte exercuit) loca, in quibus aut Theologiæ, aut iuri canonico operam dedit, aut longo tempore versatus fuerit, denique amici familiares, qui tam ipsum, quam parentes eius intime norint.

9 Quod si promouendus iura aliqua exhibere voluerit, vnde ipsius ætas, gradus, dignitas, sacri ordines, aut aliquid eiusmodi comprobetur, admittantur, dictaq. iura in processu inferantur, modo iura huiusmodi sint publica seu authentica.

10 Ad perhibendum testimonium in negotio inquisitionis non quælibet persona indistincte recipiat, sed viri tantum graues, probi, prudẽtes, docti, qui de qualitatibus promouendorum iudicium ferre queant, ac syncerum & fidele testimonium dare velint, proinde tam cognati ac nimium familiares, quam inimici, atq; emuli excludendi erunt.

11 Testes seorsim & sigillatim examinandi erunt, etsi si expediens aliquando erit, reducetur eis per inquirẽtem ad memoriam ius iuramenti, ac grauitas periurij.

12 Qualitates testium inquirens cognoscere studebit & potissimum quam sint ad promouendos affecti, ac dabit operam, vt, quo ad eius fieri poterit, exprimantur ea omnia, quæ ad inquisitionem facere videbuntur.

13 Quod licet qualitates omnes promouendorum in canonibus & decretis conciliorum contentæ, probe cognitę esse debent ijs quibus inquisitio demandata est, quales sunt natum esse ex legitimo matrimonio, & parentibus catholicis, annum trigesimum expleuisse, sacris ordinibus saltem ante sex menses initiatum esse, gradũ doctoratus, aut licentiæ in Theologia vel iure canonico, aut publicæ alicuius Academiæ testimonium obtinuisse, quo ad alios docendos idoneum esse de-

clarentur, in Ecclesiasticis functionibus diu esse versatum præditum esse fidei puritate, innocentia vitæ, prudentia, vsu rerum, integra fama, tamen circa doctrinam peculiaris diligentia adhibenda erit.

14 Priuilegium doctoratus aut licentiaturæ, vel publicæ Academię testimonium nemini suffragetur, sed de eorum etiam doctrina diligenter inquiratur, nisi ex aliqua publica functione notorium esset.

15 Inquisitio de doctrina ita facienda erit, vt quibus in locis, quanto tempore, & quo fructu Theologiæ vel iuri canonico promouendus operam dederit, cognoscatur.

16 In illis vero prouincijs in quibus nulla sint studia generalia, neque vllæ publicæ scholæ, neque vsus hẽt vt qui studijs operam nauant vllis doctoratus, aut licẽtię insignibus decorentur, declarat sufficere, si testimonio virorum grauium, & sacræ Theologiæ, vel iuris canonici peritorum constet promouendos, altera dictarum scientiarum pollere, vt idonei sint ad ea docenda, quæ populum Christianũ scire oportet, ac muneri sibi iniuncto valeant satisfacere.

17 Testes verò eiusmodi deponere teneantur de certa causa scientiæ ex eo quod dictos promouendos specimen, seu doctrinæ publicè vel priuatim dedisse cognouerint.

18 Quo verò ad regulares ad Cathedrales promouendos, in quibus Concilium Tridentinũ statuit, vt à suis superioribus sufficientis doctrinæ testimonium habeant, declarat nomine superiorum eos dumtaxat intelligendos esse qui supremam in ordinibus regularib. potestatem habent, siue ij generales magistri, aut ministri, aut præpositi, siue definitores, aut visitatores capitulum generale repræsentantes, siue alij quocumque vocabulo nominentur, & in eorum absentia ipsorum Vicarij, seu commissarij generales, vel in Romana Curia Procuratores generales succedere. Et nihilominus præter dictorum superiorum testimoniũ, qui fidem facient eiusmodi regulares ad alios docẽdos idoneos esse, mandat ea seruari quę de ijs proximè dictum fuit qui publicum suæ doctrinæ ab aliqua Academia testimonium habeant.

19 Post inquisitionem de vita & moribus alijsque necessarijs qualitatibus, professionem fidei fieri mãdat, quæ ab eo dumtaxat recipiatur, ad quem de iure inquisitio pertinebit coram Notario publico, ac testibus, ab eam sic admissam propriæ manus subscriptione testabitur.

20 Is quoque qui professionem huiusmodi fecerit in eo lõco, vbi proprium nomen profitentis exprimi solet, nomen suum manu propria adscribet, & de his omnibus Notarius publicus præsentibus testibus rogeꝰ, & instrumentum cum omnibus solemnitatibus requisitis conficiatur, quod una cum processu examinis, & inquisitionis in authenticam formam redactũ, ad sanctam sedem, vt concilium statuit, quam primum clausum & obsignatum transmittatur.

21 Professio fidei ijsdem omnino verbis ac sententijs descripta sit ut in constitutione fel. recor. Pij IIII. continetur.

22 Prælatus qui inquisitionem extra Curiam fecit per litteras separatas, simul tamen cum processu mittendas, vel per subscriptionem processus, significet quanta fides testibus ac scripturis productis suo iudicio habenda sit.

23 Processus ad Curiam transmissi à Cardinali cui ꝓponendi munus incumbit, & à capitibus in quolibet ordine antiquioribus Cardinalibus, vt moris est iuxta formam Concilij Trident. subscribentur & expedientur.

24 Promouendus præsens in Curia omnes Cardinales siue maiorem partem collegij adire debet, vt oculata fide quantum ad eius personam attinet cognoscere possint, iuxta formam Concilij Lateranen.

25 Hæc omnia, quæ de promouendus ad Cathedrales dicta sunt, in eorum etiam promotione seruari dẽant qui nominati, præsentati, aut electi fuerint ad Abbatias, Prioratus, monasteria, aut aliorum regulariũ præfecturas, de quibus consistorialiter prouideri solet, atque ijs præsertim quibus annexa est in populum iurisdictio spiritualis uel temporalis, excepta tamen ætate, circa quam nihil innouat.

26 Inquisitio facienda erit de doctrina nominatorũ ad Abbatias & monasteria, vt supra, ad hoc, vt summ. Pontifex habita informatione per processum, qui ab inquirente transmittetur, certo statuere possit, an persona promouenda sit talis, qualem dignitas illa exigit & requirit.

27 Hortatur postea in fine Sum. Pontifex in dicta constitutione ac monet omnes, qui in sancta sede Apostolica ius nominandi, præsentandi, vel eligendi Episcopos habent, vt serio apud se cogitent, quanti momenti sit hoc negocium, & ideo non precibus aut humano affectu vel ambientium cupiditatibus se moueãt, Ac hortatur vt eligendi ad præfecturas regulares eundem ordinem sint antea professi & in eo satis diu laudabiliter versati. Et insuper admonet omnes, qui vel examinando, vel inquirendo, vel testimonium ferendo operam suam præstabunt, ut in hoc negocio versentur ea fide & diligentia, vt à Deo & à Rom. Pontif. laudem expectare ualeant, alioquin iciant non eua iuros Apostolicæ sedis censuram.

Quapropter necessarium erit hanc formam seruare tam in processis conficiendis in curia, quam extra.

SVMMARIVM.

1 *Beneficia consistorialia quæ.*
2 *Beneficia scripta in libris cameræ sunt consistorialia.*
3 *Beneficia quæ prouidentur in Consistorio sunt consistorialia.*
4 *In prouisionibus, quæ fiunt in Cõsistorio de beneficijs consistorialibus formatur processus.*
5 *Vbi adest eadem ratio dicitur comprẽhensio.*
6 *Forma schedulæ propositionis beneficij consistoralis per cessionem.*
7 *Forma schedulæ propositionis beneficij consistorialis per obitum.*
8 *De consistoralibus, vt plurimum, Papa prouidet extra Consistorium.*

QVAERTIO SEXTA.

EXto quæro, quomodo debeat fieri renunciatio beneficiorum consistorialium? quæ sint beneficia cõsistorialia? supra declaradi lib. 2. q. 2. nam reperiũtur in duplici genere: quædam quæ appellantur consistorialia, quæ reperiuntur scripta & annotata in libris Cameræ inter consistorialia, sed de illis ex consuetudi-

ne

no nõ prouidetur consistorialiter,vt tradit Caputaq. decis.17.& decis.19.lib.1.in manuscri.& de his fit idē iudicium,quod de ceteris alijs beneficijs de quibus dicetur infra seqq.

Alia sunt consistorialia,de quibus. Papa disponit
3 in Consistorio secreto presentibus Cardinalibus,Rebuff.super concordant.ad Prelat.nomine facien. vers. consistorialiter,Petr.Gregor.Syntag.iur.li.15.c.4.n. 25.Mandos.de annat.q.16.nu.2.vt sunt abbatię & mo
4 nasteria,& in his etiam requiritur,vt formetur processus super qualitatibus promouendi iuxta dispositionem editam in Concil.Lateranen.sub Leone X.vt patet in constitutione 11.incip. supnæ eiusdem Leonis de qua supra,quæ constitutio,vt ex verbis patet,loquitur etiam de Abbatibus,seu monasteriis, & licet tex.in cap.1.Concil.Tridentini sess.24. de reform. nõ loquatur in his consistorialibus,sed tantum de episcopatibus,tamen ratio,ex qua illud ibi statutum est,vi-
5 get etiam hoc casu,vnde videtur huiusmodi casus cõprehensus ibi l.his soli.C.de reuocan.donat.Dec.in c. at si clerici§.de adulteriis num.18.de iudic.& in cap. 2 requiris n.2.de appell.& cons.284.col.2.Card.Paris. cons.85.nu.21.vol.3.& cons.69.n.etiam 3.vol.4. Cra uet.cons.118.num.15.Et ita seruatur*de stilo, adeo quod omnia fere requisita in promotionibus ad Episcopatum per translationem,priuationem,& mortē, ac cessionem habent locum in promotionibus ad Cõsistorialia,ideoquè eodem modo formatur processus & fit expeditio,& ita intelligendus est Staphil.de litte.grat.§.dicendum num.67.vers.quia,dum scribit beneficia consistorialia esse in Consistorio renunciandā,idque etiam ex Constitutione S.D.N. Gregorij. XIII. de qua in fine præcedentis quæst. probatur expresse,& qualitates ibi posite sunt seruandæ.Et forma schedulæ hæc est.

6 . Beatissime Pater,Vacat monasterium Beatæ Mariæ de Soiaco Cistercin.ordinis Senonen.diœcesis p cessionem commendæ D.Gamberti Geubrum.

Ad illud nominat Rex Christianissimus D. Palamedem Fondriam clericum Antisiodoren. diœcesis, cui dictum monasterium commendetur.

Dictus D.Palamedes,vt ex processu coram Vicario Episcopi Parisien.formato, est ex nobili genere ex legitimo matrimonio natus, ætate 35. annorum, catholicus,nulla hæresis labe pollutus.bene moratus, litterarum Græcarum & Latinarum peritus,& Regis Christiani in Curia Parlamenti Parisien.Consiliarius emisit ꝓfessionem fidei iuxta articulos a sede Apost. traditos.

Fructus taxantur floren.500.& reducuntur.supplicatur pro expeditione.

Et hoc monasterium fuit in Consistorio propositum per Illustriss.& Reuerendiss.D.Franciscum Cardinalem de Gioiosa amplissimum protectorem Gallię,& ita seruatur in vacantibus per obitum,vt ex hoc exemplo apprehendi potest.Exemplum.

7 Beatissime Pater, Vacat monasterium sanctorum Petri & Pauli dell'Itala ordinis sancti Basilij diœcesis Messanen.cessante commenda per obitum Antonij. Cardinalis Granuellani in personam Reuerendiss.D. Ioannis Vincentij S.R.E.Cardinalis Gonzagæ,& ordinis Hierosolymit.professi,a Seren iss. Rege Catholico,de cuius iure patronatus ex priuilegio Apostolico existit,præsentati.

Monasterium est egregie constructum,& adest habitatio pro Abbate,& conuentus, in quo degũt circiter decẽ Monachi eiusdem ordinis, inter quos vnus est Prior,quibus Abbas victum subministrat,Ecclesia habet omnia paramenta ad cultum diutnum necessaria,& Abbas pro tẽpore existens,exercet iurisdictionem etiam temporalem tam in dicto loco della Itala,qui facit focularia circiter 250.quam etiam in alio oppido nuncupato Ali,qui facit circiter.500.focularia.

Monasterium est taxatum ad floren.150.in libris. Cameræ,valor annuus ascendit ad ducat.auri circiter 280.cum reseruatione pensionis mille scutorum pro personis nominandis.Et hoc monasterium proposuit Illustriss.& Reuerendiss.D.Gabriel Palæotus Cardinalis amplissimus.

Verum etiam horum consistorialium,quæ solent & debent prouideri in Consistorio,Sũmus Pontifex
8 vt plurimum quoties admittit renunciationem illorũ de eis prouidet,vt de alijs beneficijs extra Consistorium,vt multoties*vidi seruari,ac practicari, & ita au
* diui*communiter seruari a practicis expeditoribus, cum clausula tamen,ac si consistorialiter &c.

SVMMARIVM.

1 *Beneficia non consistorialia possunt resignari coram Papa,& ordinarijs.*
2 *Papa potest recipere renunciationem omnium beneficiorum existentium vbique.*
3 *Resignationes recipere est iurisdictionis.*
4 *Papa dominus & ordinarius cunctorum.*
5 *Papa est Episcopus vniuersalis Ecclesiæ.*
6 *Papa est vicarius Dei.*
7 *Papa est successor Petri.*
8 *Papa in beneficialibus liberam habet potestatem.*
9 *Ordinarius recipit resignationes beneficiorum existẽtium in sua diœcesi.*
10 *Papa potest recipere resignationes omnium etiam hac bentium dignitatem.*
11 *Papa admittit resignationes in fauorem, & cum reservationibus.*
12 *Resignatio ad fauorem non potest fieri coram ordinario,*
13 *Resignatio reseruatis fructibus non potest fieri coram ordinario.*
14 *Resignatio reseruata pensione non potest fieri coram ordinario.*
15 *Ordinarius non potest admittere resignationes limitate ad tempus.*
16 *Resignationes coram Papa fiunt per supplicationem.*
17 *Renunciatio est illa,quæ in supplicatione continetur.*
18 *Litteræ expediuntur super supplicatione extenso consensu a tergo.*
19 *Supplicatio fit a copistis in medietate folij.*
20 *Supplicatio porrigitur Datario,& reuidetur &c.*
21 *Papa signat supplicationes,fiat vt petitur,cum litteræ nominis proprij.*
22 *Supplicatio per quas manus transeat.*
23 *Cardinalis cum est Datarius subscribit pro Dat.*
24 *Consensus vbi præstetur & notetur.*
25 *Supplicatio resignationis aliquando signatur a Cardinali Præfecto Signaturæ gratiæ.*
26 *Cardinalis Prefectus Signaturæ gratiæ quomodo signet.*
27 *Cardinalis Parisius fuit Præfectus Signaturę gratiæ*
28 *Forma supplicationis renunciationis in fauorem, & num.31.*
29 *Forma supplicationis resignationis signatæ per Cardinalem Præfectum Signaturæ gratiæ.*

30 *Forma supplicationis resignationis signatæ per Prælatum deputatum.*
32 *Supplicatio fit in papyro.*
33 *Diœcesis ponitur in supplicatione in medio capitis.*
34 *Diœcesis,vbi situm est beneficium ponitur in supplicatione resignationis.*
35 *Diœcesis resignantis & resignatarij ponitur in corpore supplicationis.*
36 *Tempore Gregorij XIII.cœpit non poni in supplicatione verbum in fauorem.*
37 *Papa confert beneficiũ resignatario ad preces ipsius.*
38 *Resignatarius habet ius a Papa & non a resignante, & nu.92.*
39 *In supplicatione licet dicatur, quod renunciat simpliciter,tamen videtur in fauorem.*
40 *Resignatio conditionalis,in qua vnus renunciat,alter supplicat,licet non dicatur in fauorem.*
41 *Papa vocatur Beatissimus.*
42 *Papa pater omnium.*
43 *Supplicatio debet esse deuota.*
44 *Nomen supplicantis exprimendum.*
45 *In impetrationibus exprimendus clericatus.*
46 *Diœcesis supplicantis exprimenda.*
47 *Resignatio illius qui non habet vnde viuere,nõ admittitur,nisi sit simplex clericus.*
48 *Beneficium,ad cuius titulum quis est ordinatus,necessario exprimendum.*
49 *Qualitas beneficij exprimenda in supplicatione.*
50 *Nomen Sancti beneficij exprimendum in supplicatione.*
51 *Locus,vbi situm est beneficium debet, exprimi in supplicatione.*
52 *Diœcesis,vbi situm est beneficium, exprimenda in supplicatione.*
53 *Non potest fieri resignatio de beneficio,quod non habetur.*
54 *Priuatio præsupponit habitum.*
55 *Resignatio in Curia fit in manibus Papæ.*
56 *Resignatio debet fieri sponte & libere.*
57 *Resignatio debet fieri deliberate.*
58 *Resignatio fit de præsenti.*
59 *Supplicatio debet esse humilis.*
60 *Supplicatio debet fieri vt petenti prosit.*
61 *Resignatarius in supplicatione petit admissionem, & collationem.*
62 *Alio tempore resignans supplicabat procollatione.*
63 *Valor beneficij exprimi debet in supplicatione.*
64 *Per clausulam,sine alio quouis modo,venit omnis vocandi modus.*
65 *Verba aut ex alterius persona quid comprehendant.*
66 *Verba apponi solita in supplicatione,seu per liberam resignationem,quid importent.*
67 *Verba posita in supplicatione per assecutionem,quid importent.*
68 *Verba etiam si deuol.posita in supplicatione resignationis,quid significent.*
69 *In resignatione aliquando datur clausula cum,extinctione litis.*
70 *In conclusione supplicationis quid petatur.*
71 *Clausula in fine posita refertur ad omnia præcedentia.*
72 *Papa signat gratias per,fiat,exemplo Dei.*
73 *Verbum fieri significat gratiam de præsenti.*
74 *Gratia est perfecta cum est signata.*
75 *Solus Papa signat verbum fiat.*
76 *Signatura per fiat dicitur latior & fauorabilior.*
77 *Signatura per fiat præfertur signaturæ per concessum & num 82.*
78 *Papa signat supplicationes in camera præsente Datario.*
79 *Cardinalis præfectus signaturę signat supplicationes uel concessum.*
80 *Cardinalis cur signet supplicationes & dicat in præsentia Papæ:*
81 *In præsentia Papæ dicitur fieri quod fit in palatio.*
83 *Regula de signatura per fiat habet locum in supplicatione resignationis.*
84 *Verba super quocumque sunt admodum generalia:*
85 *Regulæ de signatura per fiat exempla.*
86 *In resignatione conditionali attenditur supplicatio, super qua præstitus est consensus.*
87 *Resignans potest præstare consensum secundæ supplicationi.*
88 *Secundus resignatarius præfertur primo, cum in suæ gratia fiat præstitus consensus.*
89 *Licita est pœnitentia donec extendatur consensus.*
90 *Semel resignans non potest amplius resignare.*
91 *Resignans bis tenetur crimine stellionatus, & quomodo procedat.*
93 *Resignans potest simpliciter consentire,quamuis supplicatio sit signata reseruatis fructibus.*
94 *Verba secundæ partis supplicationis explicantur remissiue.*
95 *Forma supplicationis resignationis cum reseruatione pensionis.*
96 *Forma supplicationis resignationis cum reseruatione fructuum.*
97 *Clausula & non aliàs &c.apponitur in resignatione cum reseruatione.*
98 *Clausula & non aliàs &c.inducit conditionem.*
99 *Renuncians cum reseruatione non dicitur ius abdicare,nisi cum illa reseruatione.*
100 *In supplicatione resignationis vterque supplicat.*
101 *Verbum supplicant positum in supplicatione resignationis stat distributiue.*
102 *Promoti ad incompatibilia renunciant simpliciter.*
103 *Forma supplicationis resignationis simplicis absque prouisione.*
104 *Resignatio simplex de raro fit in manibus Papæ:*
105 *Ex sola supplicatione possessio capi non potest.*
106 *Litteræ oriuntur a supplicatione.*
107 *Instrumentum oritur ex protocollo.*
108 *Litteræ regulariter interpretantur secundum ius.*
109 *Forma litterarum prouisionis per resignationem.*
110 *Papa est Episcopus vniuersalis Ecclesiæ,& Episcopus Episcoporum.*
111 *Papa dicitur, seruus seruorum.*
112 *Gregorius fuit primus qui se inscripsit seruus seruorum.*
113 *Bulla absque inscriptione seruus seruorum de facto potest redargui.*
114 *Papa omnes vocat filios præter Episcopos.*
115 *Thomas Anatos laudatur.*
116 *Papa salutat eum,cui confert.*
117 *Beneficium vacat per resignationem.*
118 *Consensus retrotrahitur ad tempus datæ.*
119 *In litteris dicitur hodie in manibus nostris.*
120 *Clausula teque absoluentes &c. posita in litteris quid importet.*
121 *Clausula teque absoluentes posita in literis non suffragatur insordescentibus.*
122 *Clausula teque absoluentes posita in litteris non suffragatur irregularibus ob notoriam fornicationem.*

123 *Papa non dispensat super irregularitate, nisi expresse dicat.*
124 *Clausula teque absoluentes posita in litteris non prodest hæreticis.*
125 *Clausula teque absoluentes posita in litteris non suffragatur committentibus falsum super litteris Apostolicis.*
126 *Clausula teque absoluentes & c. non suffragatur incendiarijs.*
127 *Ingerens se in diuinis post clausulam positam in litteris teque absoluentes fit irregularis.*
128 *Clausula teque absoluentes nascitur ex ven tre signaturæ in secunda parte.*
129 *Clausula quouis modo, & c. cur apponatur in bullis.*
130 *Quod non potest fieri directe, neque indirecte.*
131 *Collatio per resignationem non comprehendit vacationem per mortem.*
132 *Expresso vno modo vacationis non venit aliud.*
133 *Resignatarius vigore clausulæ, quouis non & c. capit beneficium ex morte veri rectoris, quāuis resignās nullum habuerit ius.*
134 *Clausulæ quouis modo & c. latissima significatio.*
135 *Resignatarius potest capere beneficium sibi resignatū etiam si vacet per obitum stante clausula quouis, modo & c.*
136 *Per clausulā, siue alio quouis modo ex alterius persona venit vacatio etiam per extrancarum.*
137 *Verba debent aliquid operari.*
138 *In litteris Apostolicis nihil frustra ponitur.*
139 *Tot videntur concessiones, quot clausulæ.*
140 *Papæ concessio ad omnes clausulas refertur.*
141 *Clausula, siue alio quouis modo, capit etiā beneficium vacans per obitum in Curia.*
142 *Verba quæ apta comprehendere maiora expressis.*
143 *Clausula quouis modo posita in supplicatione capit beneficium quod iam vacat de præsenti, non autem de futuro.*
144 *Clausula, siue alio quouis modo, non se extendit ad personam non expressam.*
145 *Valet argumentum de persona ad tempus.*
146 *Promissio Papæ super beneficio vacante, non se extendit ad vacaturum*
147 *Vacatio tempore datæ verificari debet.*
148 *Beneficia antequam vacent non sunt conferenda.*
149 *Beneficia viuorum non licet impetrare.*
150 *Impetratio beneficii viuentis est nulla, quamuis ille postea moriatur.*
151 *Nulla non præstant impedimentum.*
152 *Resignatio nulla non debet tollere collationem facie dam.*
153 *Beneficia non sunt acquirenda per piscationis modum*
154 *De beneficiis non debet disponi per vltimam voluntatem.*
155 *Regula de mense quando habeat locū in resignatione.*
156 *Clausula siue quouis modo & c. capit etiam vacationem per priuationem.*
157 *Clausula & coram Notario & testibus apponi solita in litteris, quos effectus producat.*
158 *Per clausulam & coram Notario & c. Papa admittit resignationem factam coram quocunque.*
159 *Papa potest conferre beneficium renunciatum corā non habente hanc facultatem.*
160 *Per clausulam & coram Notario & c. Papa videtur legitime priuare.*
161 *Clausula & coram Notario & c. apponi solita in litteris, capit etiam renunciationem factam coram duobus Notariis.*
162 *Promissio facienda est in Consistorio de beneficio consistoriali.*
163 *Resignatio non expressa lite nulla.*
164 *Litteræ Papæ non operantur cum alteri est ius quæsitum.*
165 *Resignatarius non potest capere possessionem beneficii resignati propria auctoritate.*
166 *Executio litterarum Apostolicarum duobus, vel tribus solet committi; vnus tamen sufficit & c.*
167 *Executor potest subdelegare.*
168 *Executores possunt excommunicare contradictores.*
169 *Contradicentes & se opponentes litteris Apostolici cadunt a iure quod habent in beneficiis.*
170 *Non obstante clausula posita in litteris contradictores & c. possunt aliqui contradicere de iure.*
171 *Delegatus habet iurisdictionem inter partes & impedientes.*
172 *Executor habet iurisdictionem contra contra dicentes.*
173 *Clausula appellatione postposita posita in litteris operatur vt executio nō veniat per viam attentati reuocanda.*
174 *Clausula appellatione postposita nihil operatur cum quis notorie grauatur.*
175 *Clausula non obstantibus & c. posita in litteris quid operetur.*
176 *Clausula non obstantibus non derogat regulis Cancellariæ.*
177 *Clausula non obstantibus posita in litteris non operatur derogationem beneficij iurispatronatus.*
178 *Verba posita in litteris expresso accedente consensu stant distributine, & non conditionaliter.*
179 *Litteræ expediuntur viso consensu resignantis.*
180 *Verba posita in supplicatione expresso accedente consensu, stant conditionaliter.*
181 *In resignationibus quādoque derogatur indultis Cardinalium.*
182 *In resignatione quandoque datur suspensio vnionum & c.*
183 *Clausula quorum tenores non operatur indiuiduam mentionem.*
184 *Decretum irritans positum in litteris operatur nullitatem actus.*
185 *Decretum irritans operatur aduenientе conditione.*
186 *Decretum irritans ligat ignorantes.*
187 *Clausulæ generales sunt dependentes a renunciatione.*
188 *Clausulæ generales videntur positæ de consensu resignatarij.*
189 *Super eadem supplicatione possunt plures litteræ expediri.*
190 *Litteræ remittuntur ad corrigendum quoties discordant a supplicatione.*
191 *Expeditores non possunt alterare gratiam.*
192 *Recurritur ad protocollum cum de instrumento dubitatur.*
193 *In correctione litterarum non requiritur partis citatio.*
194 *Parte inuita possunt litteræ corrigi cum discordant.*
195 *Consensu discordante a mandato, an sit locus correctioni.*
196 *Supplicatio potest lacerari antequam sit registrata.*
197 *Forma resignationis, quę committitur ordinario in forma dignum.*
198 *Ordinarius, cui committitur in forma dignum, cōferē auctoritate Apostolica.*

QVAESTIO

QVAESTIO SEPTIMA.

SEPTIMO quæro, quomodo debeat fieri renunciatio aliorū beneficiorum? Distinguenda sunt duo capita, & de duobus videndum est, scilicet quomodo sit facienda in Curia corā summo Pontifice, & quomodo extra Curiam coram ordinarijs. Nā que horum beneficiorum resignatio potest, nō solū
1 coram † Papa fieri, sed etiam coram ordinarijs, vt est
* communiter * per omnes receptum, & fieri videmus * tota die; summus Pontifex potest omnium beneficio
2 rum † existentium in quacunque parte mundi resigna-
* tiones recipere, vt stilus * notorius obseruat, recipere
3 enim resignationes est iurisdictionis, vt scriptum reliquit Oldrad. consil. 324. nom. 4. & ipse vbique habet
4 iurisdictionem, cum sit dominus & ordinarius cunctorum, Host. in c. dilecti filij nu. 5. de for. compet. & in cap. Ecclesia sanctæ Mariæ num. 1. vt lit. non conte sta. & in cap. cum Ecclesia num. 4. de appe. & in ca. 1. num. 8. de reliqu. & vener. sanct. Caputaq. decis. 282. n.
5 3. par. 1. & Episcopus † vniuersalis Ecclesiæ, Card. Alex. per illum tex. in cap. suspectus, & in cap. sicut num. 3.
6 2. q. 1. & in c. cum redemptor. 12. qu. 2. quia est Vicarius Dei, Hostien. in procem. decretal. nume. 3. & in
7 cap. litteris num. 3. de reser. & successor † Petri principis Apostolorum, Card. Ale. in cap. quoties num. 5. 1. quæst. 5. Abb. in cap. per venerabilem num. 28. qui filij
8 sint legit. Host. in cap. quod super num. 14. de vot. & † in beneficialibus liberani ac plenissimam habet potestatem, cap. 2. de præbend. lib. 6. clemen. 2. vt lite pendēn. Gemin. in cap. 1. gratioſe de rescrip. lib. 6. Dec. cō silio 173. in princ. & consil. 224. Roman. consil. 29. &
* communiter * Doctores. Ordinarius verò nō potest recipere resignationes beneficiorum, nisi existētium
9 tin sua diœcesi, vt omnes sciunt, & quotidie * practica tur, & hæc est prima differentia. Secunda verò est, qa
10 Summus Pontifex potest admittere resignationes † omnium beneficiorum, etiam habentium dignitatē quantumuis maximam, vt ex allegatis liquet. Ordinarius verò non omnium, vt latè dixi lib. 2. & lib. 5. q. 6.
11 Tertia differentia, quia summus Pontifex potest † admittere resignationes beneficiorum ad fauorem, & cum reseruatione fructuum pensionis regressus &c.
* vt quotidie * videmus, teste Redoan. de simon. par. 1. cap. 25. num. 7. Ordinarius verò non potest admittere nisi simpliciter, iuxta const. Pij V. relatam & interpretatā li. 5. q. 6. vnde coram ordinario non potest fie
12 ri † resignatio ad fauorē, Card. Paris. consi. 15. n. 16. vol. 4. Rolfin. de benef. c. 14. n. 19. 22. & 23. Mandos. in regu. de infir. resign. q. 16. n. 11. & de annal. q. 46. n. 2. Ca
* putaq. decis. 225. li. 1. in manuscr. * cōis opinio, dequa attestatus fum li. 1. q. 3. in prin. neq; ēt pōt fieri reser-
13 uatis † fructib. vt rndit Ferret. consi. 95. n. 27. & est * cōis
* & recepta in * praxi sñia, neque ēt † reseruata pēsione,
14 Redoan. de simon. pa. 2. c. 13. nu. 27 & co. 21. nu. 35. &
* * communiter alij, & stilus * obseruat; neque † limitate, Purpurat. consi. 585. nu. 4. lib. 2. neque ad tempus. Car dim. Zabar. in c. sicut nu. 3. de reser.

Tractaturus igitur primò de modo faciendi resi-
15 gnationes coram summo Pontifice, Quæro quomo-
* do fiant? cōis * responsio omnium † est fieri per supplt
16 cationem, & ita fieri videmus * tota die, vt omnibus est
* notum, & ideo dicimus quod renunciatio † est illa, q
17 in supplicatione continetur, vt tradit Mandos. reg. 19 Cance. q. 9. n. 2. Namque supplicatio continet actum
18 renunciationis, & super ea litteræ † expediuntur exten so consensu à tergo in ipsa supplicatione & litteris, Ant. Aug. dec. 256. li. 3. Pelegr. dec. 69. li. 1. Moedan. dec. 111. in ead. Crescen. dec. 209. li. 1. omnes in manu
19 scri. Supplicatio enim † resignationis fit à Copistis in medietate vnius folij papyri, & postea porrigitur R.
20 P. D. Datario, quæ reuidetur † a quibusdam officialibus deputatis, a quibus in calce supplicationis apponitur summarium contentorum in ea, quod solet legi, vel referri p Datarium sanctissimo D. N. q signat
21 † supplicationem, fiat vt petitur, cum littera nominis proprij ante Pontificatum, fiat vt petitur A. tempore Pauli III. fiat vt petitur I. tempore Iulij III. fiat ut petitur M. tempore Marcelli II. fiat vt petitur P. tempore Pauli IIII. fiat vt petit tpe Pij IIII. fiat ut petit M. tempore Pij V. fiat vt petitur V. tpe Gregorij XIII. fiat vt petitur F. hoc tempore Sixti Quinti cum vocatur antea Felix, in margine clausularum & signat. fiat
22 F. Postquam signatata est supplicatio iterum reuf ab officialibus, & hi solent apponere in calce, componat si est referuata pensio, aut fructus, & transmittit ad offi ciū datæ partis, cui officio præpositus in calce ponit datam diei & mensis ac annum Pōtificatus, & postea datur officialib. prepositis super compositionib. & ibi soluitur compositio, si materia hoc exigit, quæ soluta supplicatio mittitur substitutis R. P. Datarij, qui illa porrigūt ipsi Datario, vt apponat datam: nam scribit datū Romæ apud sanctum Petrum, Idibus, &c. ann. 6. & postea consignatur officiali de missis, a quo apponitur in calce missa die tali, cum manu Datarij M. Dat. tempore Gregorij XIII. E. Pro dat. hoc tempore,
23 nam est Cardinalis, ideo subscribit Pro datar. & iste officialis de missis aufert datam paruā, & summariū, & supplicatio mittitur ad registrum, & postquam est registrata, auscultatur a magistris registri, qui illam mittunt in Cancellariam ad Notarium regentis Cancellariæ, vt eam distribuat inter Abbreuiatores, & Abbreuiator cui contigit, illam dat partibus solutis quibusdam, & tunc pars vel partes faciunt conficere minutam litterarum, & procurant, vt pro perfectione resignationis præfatę præstetur consensus in Camera vel Cancellaria p principalē, vel per procuratorē legi
24 timū, & hi Notarij † notāt dictum cōsensum in libris Camerę vel Cancellariæ, & a tergo supplicationis, & postea expediuntur litteræ solutis consuetis, a tergo quarum etiam notatur consensus, & illæ litteræ plumbantur, & registrantē, & harum vigore capitur possessio, & fit publicatio resignationis, & ita regulariter obseruatur. aliqñ tñ supplicatio resignationis simplicis signata Cardinali Præfecto. † Signaturæ gratię nā
25 postq aliqs Referendarius apposuit manū in capite ipsius supplicationis, ipse Cardinalis signat ī loco vbi
26 solet signare Papa † his verbis, concessum, vt petitur,
27 in præsentia D. N. Papæ P. Pau. † Cardinalis Parisius, & in margine clausularū, cōcessū P. P. Card. Parisius, vel apponit manū Prelatus deputatus, vt infra dicet, & hæ ēt supplicationes ita signatæ expediunt eo mō, vt supra dictū est, & quia materia nedū est vtilis, sed frequēs, nō ab re erit ponere formā supplicationū, & primo supplicationis resignationis in fauorē, postea resignationis, cū reseruatione fructuū aut pensionis.

Resignatio *Tropien.*

28 BEatissimet Pater.Cum deuotus vester F.M. Rector parochialis Ecclesiæ S.Mariæ de Bello Monte Tropien. diœcesis,cui aliàs de canonicatu & præbenda Ecclesiæ Tropienensi,certo tunc expresso modo vacantibus auctoritate Apostolica per S.V.cum hoc,quod ipse dictam parochialem Ecclesiam per eum iam tunc obtentam infra certum eidem tunc expressum,& hodie nondum elapsum tempus dimittere omnino teneretur,prouisum, seu prouideri mandatum extitit;propterea,& ex certis alijs causis animum suum mouentibus dictam parochialem Ecclesiam in Sanctitatis Vestræ vel alterius ad id potestatem habentis manibus sponte & liberè resignare proponat, & ex nunc resignet.Supplicat humiliter S.V.deuotus illius orator L.M.clericus Tropien.vtriusque Iuris Doctor,quatenus resignationem huiusmodi admittentes,ac specialem sibi gratiam facientes parochialem Ecclesiam prædictam, cuius & illi forsan annexorum fructus &c.24.ducatorum auri de Camera, secundum communem extimationem valorem annuum non excedunt,siue præmisso,siue alio quouis modo,aut ex alterius cuiuscumque persona,seu per similem dicti Fabij,vel cuiuuis alterius resignationem de illa in Romana Curia,vel extra eam, etiam coram Notario publico,& testibus sponte factam,vnionis &c.dissolutionem aut constitutionem execrabilis vel assecutionem &c.vacet,etiam si deuoluta affecta specialiter vel alias ex quauis causa in litteris etiam dispositiue exprimenda generaliter reseruati,litigiosi.cuius litis status &c.existat eidem oratori conferre,& de illa etiam prouidere dignemini de gratia speciali.Non obstan.constitutionibus & ordinationibus Apost. cæterisque contrarijs quibuscumque cum clausulis opportunis.

Fiat vt petitur.

ET cum absolutione a censuris ad effectum &c.& eiusdem oratoris dispensationes vtriusque & vltimus dictæ Parochialis Ecclesiæ vacationis modus,etiamsi ex illo quæuis generalis reseruatio, etiam in corpore iuris clausa resultet,nec non litis & causæ si quæ sint status & merita nominaque & cognomina Iudicum & collitigantium,ac ius & tituli illorum,ac concessiones,& prouisiones dicti Fabij aliorumque quorumcumque,etiam causæ annullatiuæ,& infectiuæ,etiam proprij tituli, ac litis habeantur pro expressis,seu in toto,vel parte exprimi possint in litteris,& cum clausula generalem reseruationem importante ex quauis causa in litteris,etiam dispositiue exprimenda,& de admissione resignationi huiusmodi,ac prouisione dictæ Parochialis Ecclesiæ pro præfato oratore, quatenus illi locus sit. Ita quod litteræ desuper in forma gratiosæ subrogationis,etiam quoad possessionem gratiæ, si neutri, si nulli,si alteri perinde,& etiam valere simplicis prouisionis simul, vel ad partem expediri possint, & cum derogatione regularum de non subrogantibus,non collitigantibus,quia non in potentiorem, ac de annali possessore &c.quoad primam eius partem,necnon Iurispatronatus quatenus de illo existat, quod dispositiue In litteris exprimi possit,videlicet si laicorum tantum,etiam nobilium,ac illustrium,eisque ex fundatione,seu dotatione competat pro medietate,alias seu si litigiosa,vel deuoluta sit in totum latissime extendendum,& cum suspensione quarumcumque specialium, vel generalium, etiam mentalium reseruationum,vnionum,suppressionum mandatorum,etiam de prouidendo expectatiu.& aliarum quarumcumque gratiarum,præuentionum,facultatum,& indultorum,quibusuis etiam sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalibus,ac eis etiam in nullius fauorem quomodolibet concessorum &c.cum decreto de super opportuno,quod se ad præmissa minime extendant in litteris latissime extendendum, citra tamen accessum,& regressum,ac de consensu coadiutorias,& quod præmissorum omnium,& singulorum,etiã fructuum &c.augendo,vel minuendo inuocationum,denominationum,annexorum, qualitatum, nuncupationum aliorumque necessariorum maior,& verior specificatio,& expressio fieri possit in litteris, Fiat V.

Et committatur in forma dignum nouissima viciniori.

Datum Romæ apud Sanctum Marcum,Kalendis Iunij,Anno duodecimo.

Missa VI.Iunij M.Pro.Dat.fol.168.

R. A. Iacobatius pro Reuerendissimo D.Vicec.B. Amerinus.

Resignatio

Resignatio simplex *Auximan.*

29 BEatissimet Pater Cum deuotus vester P.C,prebyter Auximan.diœcesis aliunde habens, vnde se commode sustentare possit,certis ex causis animum suum mouentibus Canonicatum,& præbendam collegiatę Ecclesiæ S.Donati terræ Montisfani dictæ diœcesis,quos certiratis vestræ,vel alterius ad id potestatem habentis manibus sponte & libere resignare proponat,prout resignat de præsenti.Supplicat igitur humiliter Sanctitati vestræ deuotus illius orator C.C. Clericus dictæ diœcesis ipsius P.frater Germanus,quatenus resignationem huiusmodi admittentes,sibique specialé gratiam facientes Canonicatum, & Præbendam præfatos quorum & illis forsan annexorum fructus &c.xxiiij.ducatorum auri de Camera secundum communem æxtimationem valorem annuum non excedunt,siue præmisso,siue alio quouis modo,aut ex alterius cuiuscumque persona,seu per similem dicti Popilij,vel cuiuuis alterius de illis in Romana Curia,vel extra eam,etiam coram Notario publico,& testibus sponte factam resignationem vnionis &c.dissolutionem,aut assecutionem &c.vacent, etiam si deuoluti effecti,sacerdotales specialiter,vel aliàs ex quauis causa in litteris etiam dispositiue exprimenda generaliter reseruati,litigiosi, cuius litis status &c.existant eidem oratori conferre,& de illis etiam prouidere. Non obstantibus cõstitutionibus,& ordinationibus Apostolicis, ac dictæ Ecclesiæ statutis &c.etiam de optando maiores præbendas,etiam iuramento &c.roboratis priuilegijs quoque indultis, & litteris Apostolicis eidẽ Ecclesiæ,illiusque capitulo,Canonicis,& quibusuis alijs personis,sub quibuscunque tenoribus ac formis,ac cũ quibusuis clausulis & decretis in contrarium quomodolibet cõcessis,&c. Quibus omnibus etiam si de illis, &c. latissime,&c. derogare placeat cæterisque contrarijs quibuscumque,cum clausulis opportunis.

Concessum vt petitur in præsentia Domini nostri P.Pau.Cardin.Parisius.

ET cum absolutione a censuris ad effectum,&c.Et quod verus & vltimus dictorum canonicatus & præbendæ vacationis modus,etiam si ex illo quæuis generalis reseruatio, etiam in corpore iuris clausa resultet,nec non litium & causæ si quæ sint status & merita nominaque & cognomina iudicum & collitigantium,ac ius & tituli illorum ac concessiones & prouisiones dicti Pompilij aliorũq; quorumcumque,etiam causæ,etiam proprij tituli ac litis habeantur pro expressis,seu in toto vel parte exprimi possunt in litteris.Et cum clausula generalem reseruationem importante ex quauis causa in litteris etiam dispositiue exprimenda,& de admissione resignationis huiusmodi ac prouisione dictorum canonicatus & præbendæ pro eodem oratore cum opportuna gratificatione quatenus illi locus sit.Ita quod litteræ desuper per viam gratiosæ vel alterius subrogationis,etiam quoad possessionem gratiæ,si neutri,si nulli,si alteri perinde & etiam valere simplicis prouisionis,prout melius videbitur simul vel ad partem expediri possint.Et cum derogatione regularum de non subrogandis nõ collitigantibus,quia nõ in potentiorem,ac de annali possessore,quoad primam eius partem ac statutorũ &c.etiam de optando,&c.ac priuilegiorum nec non iurispatronatus,quatenus de illo existant,quod dispositiue in litteris regula contraria non obstante exprimi possit,citra tamen illius approbationem videlicet si laicorum tantum,etiam nobiliũ ac Illustrium,eisque ex fundatione seu dotatione cõpetat pro medietate,alias seu si ipsorum & clericorum mixtim seu clericorum tantum aut litigiosi vel deuoluti sint in totum in litteris latissime extendendis,& cum suspensione quarumcumqe specialium vel generalium etiam mentalium reseruationum vnionum,suppressionum,mandatorum etiam de prouidendo expectatiuarum & aliarum gratiarum,præuentionum, facultatum, quibusuis etiam Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalibus,ac eis etiam in nullius fauorem quomodolibet concessorum, cum decreto desuper opportuno,quod se ad præmissa minime extendant in litteris latissime extendendis, citra tamen accessum & regressum ac de consensu coadiutorias,& Seminariis Ecclesiasticis, factas vniones,&c.Et quod præmissorum omnium & singulorum etiam fructus,&c.augendo vel minuendo cognominum,inuocationum,denominationum,qualitatum,aliorumque circa præmissa necessariorum,maior & verior specificatio & expressio fieri possit in litteris. Et committatur in forma dignum nouissima. Concessum P. Pau.Cardin. Parisius.

Datum Romæ V.Idus Octobris,Anno IX.

Missa XVIII.Nouembris.A.Dat.

R.Felix.Al.pro Reuerendissimo D.V.

G.A.

30 BEatissime pater, Cum deuotus vester P.B. Ciuitatis Castelli diœcesis aliunde habens vnde commode sustẽtari possit, certis ex causis animum suum mouentibus vnam Sancti Donati de Feruento de Montorio, & alteram rurales & sine cura Ecclesias seu Capellas Sancti Blasij de Castro veteri dictę diœcesis quas obtinet in Sanctitatis Vestræ, vel alterius ad id potestatem habentis manibus sponte & libere resignare proponat, prout resignat de præsenti. Supplicat igitur humiliter Sanctitati vestræ deuotus illius orator C.P. Clericus Cortonensis diœcesis quatenus resignationem huiusmodi admittentes, seu admitti mandantes, sibique specialem gratiam facientes Ecclesias seu capellas præfatas, quæ personalem residentiam non requirunt, ac quarum & illis forsan annexorum fructus insimul viginti quator ducatorum auri de Camera secundum communem æxtimationem valorem annuum non excedunt. Siue præmisso siue alio quouis modo, aut ex alterius cuiuscumque persona seu per similem vel liberam dicti Pompilij, vel cuiuslibet alterius de illis in Romana Curia vel extra eam etiam coram Notario publico & testibus sponte factam resignationem vnionis &c. dissolutionem aut assecutionem, &c. vacet etiam si deuolutæ affectæ specialiter vel alias ex quauis causa in litteris etiam dispositiue exprimenda generaliter reseruate litigiose cuius litis status, &c. existat eidem oratori conferre & de illis etiam prouidere dignemini de gratia speciali. Non obstantibus constitutionibus & ordinationibus Apostolicis ceterilque contrariis quibuscumque cum clausulis opportunis.

Concessum, vt petitur, in præsentia domini nostri Papæ G. Bastonus.

ET cum absolutione a censuris ad effectum, &c. Et quod eiusdem oratoris dispensationes, veruſque & vltimus dictarum Ecclesiarum seu capellarum vacationis modus, etiam si ex illo quæuis generalis reseruatio etiam in corpore iuris clausula resultet, nec non litis & causæ si quæ sint status & merita nominaque & cognomina iudicum & collitigantium, ac ius & tituli illorum ac concessiones & prouisiones dicti Pompilij aliorumque quorumcumque etiam proprij tituli ac litis habeantur pro expressis, seu in toto vel parte exprimi possint in litteris. Et cum clausula generalem reseruationem importante ex quauis causa in litteris etiam dispositiue exprimenda, & de admissione resignationis huiusmodi ac prouisione dictarum Ecclesiarum seu capellarum pro eodem oratore cum opportuna gratificatione, quatenus illi locus fit in litteris latissime extenden. & quod litteræ in forma simplicis prouisionis gratiosæ subrogationis etiam quoad possessionem cum derogatione regularum de non subrogandis non collitigantibus, quia nõ in potentiorem ac de annali possessore &c. &c. quo ad primam eius partem gratiæ, si nulli, si alteri perinde & etiam valere simul vel ad partem expediri possint. Et cum suspensione quarumcumque specialium vel generalium etiam mentalium reseruationum, vnionum, supprssionum mandatorum, etiam de prouidendo expectatiuarum, & aliarum gratiarum præuentionum, facultatum, indultorum, quibusuis etiã Sanctę Romanæ Ecclesiæ Cardinalibus ac eis etiam in nullius fauorem quomodolibet non tamen Seminariis Ecclesiasticis concessis, &c. Cum decreto desuper opportuno quod sead premissa minime extendat in litteris latissime extenden. citra tamen accessum & recessum ac de consensu coadiutorias. Et quod pmissorum omnium & singulorum etiam fructus augendo, vel minuendo ac diuidendo inuocationum denominationum aliorumque circa præmissa necessariorum maior, & verior specificatio, & expressio fieri possit in litteris simul vel ad partem expedien. & committatur in forma dignum nouissima. Concessum G. Baston.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum, Idibus Iunij, Anno Secundo,

Missa XIX. Iunij E. pro Dat.

I. Maffeus pro Reuerendissimo D. Vic.

B. Amerinus.

A tergo postea adest signum registri, & nota præstiti consensus.

Resignatio

31 BEatissime ꝑ Pater. Cum deuotus S.V.N. clericus Ianuensis, qui aliunde etiam in redditibus Ecclesiasticis habet unde commode sustentari potest, ex certis causis animum suum mouẽtibus parochialem Ecclesiam sancti Angeli terræ murris vallium Firmanen. diœcesis, quam obtinet, in manibus S. V. sponte & libere resignare proponat, prout resignat de ꝑsenti, supplicat humiliter idem S.V. deuotus illius orator A. Clericus Consentiñ. quatenus resignationem huiusmodi admitteñ. sibique specialem gratiam facieñ. Ecclesiam prædictam, cuius & illi forsan annexorum fructus 80. ducat. aur. de Cam secundum communem æstimationem vel. ann. non excedunt, siue præmisso, siue quouis alio modo, aut ex alterius cuiuscumque persona seu per liberam resignationem dicti N. vel cuiusuis alterius de illo in Romana Curia vel extra eam, etiam coram Notario publico, & testibus sponte factam aut assecutionem, &c. aut dissolutionẽ, &c. vacet, &c. etiam si deuoluta, affecta, specialiter vel alias ex quauis causa in litteris etiam dispositi, exponenda generaliter reseruat. litig. cuius litter. status existat eidem oratori conferre & de illa etiam prouidere dignemini de gratia speciali, non obstantibus constitutionibus & ordinationibus Apostolicis certisque contrarijs quibuscumque, &c. cum clausulis opportunis.

Fiat, vt petitur.

ET cum absolutione à censuris ad effectum, &c. & quod dicti oratoris dispen. veruſque vltimus Parochialis Ecclesiæ Sancti Angeli vacationis modus, etiam si ex illo quæuis generalis reseruatio & in corpore iuris clausa resultet nec non litis & causæ si quę sint status & merita nominaque & cognomina iudicum & collitigan. ac ius & tituli illorum ac concessionem & promissionem dicti N. aliorumque quorumcumque annullat, & infect. causęque etiam annullatæ & infectæ etiam proprij tituli ac litis habeantur pro expressis, seu in toto vel in parte exprimi possint in litteris & cum clausula generalem reseruationem importan. ex quauis causa in litteris etiam dispensatione expedienda & de admissione resignationis ac prouisionę parochialis huiusmodi pro eodem oratore vt supra. Ita quod litteræ desuper in forma gratiosa subrogationis etiam quo ad possessionem gratiæ, si neutri, si nulli si alteri, perinde etiam valere simplicis prouisionis simul, vel ad partem ex pat. possit. Et cum derogatione de annali possessore quo ad eius primam partem, & de non subrogan. collitigand. quatenus, &c. Nec non iuris patronatus quatenus de illo, existat & opus sit, etiam si Laicorum tantum, etiam nobilium & illustrium, eisque ex fundatione dotatione competat pro medietate, alias seu si litig. vel deuoluta sit in totum latissime extenden. Et cum suspensione quarumcumque specialium vel generalium etiam mentalium reseruation. vnion. &c. suspension. &c. suppression. &c. mandator. &c. etiam de prouiden. & aliarum quarumcumque gratiarum, &c. quibusuis, &c. etiam Cardinalibus, aut alias quomodolibet concessis & cum decreto, &c. Datum Romæ, apud Sãctum Petrum Kalen. Decembris Ann. VI. Missa VI. Decembris E. pro. Dat. & R. N. Masseus pro Reuerendissimo D. Vic. B. Amot.

Hæc est forma supplicationis resignationis factæ
* in manibus Papæ ad fauorem alicuius vt omnes* cu-
* riales sciunt, est stilus* vulgatissimus, & tradit Mãdos.
32 de infir. relign. q. 9. num. 2. & q. 17. num. 9. & sit in papyro, vt omnibus notũ est, & tradit Rebuff. in prax.
tit. bull. declar. num. 12. ponitur, q. in capite, & in me-
33 dio Diœcesis, vbi situm est beneficium Firman. Mediolanen. Bononien. Neapolitan. & ita communiter*
practicatur, ex quo collige quod quamuis resignans
vel resignatarius sint alterius Diœcesis, nihil ominus
34 ponitur in prædicto loco diœcesis, in qua situm est
beneficium, & non illa resignantis, vel resignatarij, q̃
35 ponitur in corpore vt infra dicetur. in capite etiam,
* in dextera parte, ponitur resignatio, & in hoc* stilus
modernus est diuersus ab antiquo, nam antefanct. me
36 mo. Gregori. XIII. ibi ponebatur resignatio in fauorem presbyteri aut Clerici diœcesani aut alterius loci
& ita practicabatur tempore Pauli III. Iulij. III. Pauli
IIII. & Pij IIII. ac Pij V. vt omnes solicitatores sciũt,
& hoc modo vidi plures supplicationes. Matthæus
Contarellus Cardinalis Sancti Stephani vir eruditissimus & in hisce materijs excellẽtissimus pro Datarius
in Pontificatu D. Gregorij XIII. mandauit vt non ap-
ponerent illa verba in fauorem, tanquam non necessaria & suspecta, ut ostendi li. 1. q. 3. neq; in capite neq;
* in corpore, & tunc cœpit * practicari vt apponatur
dũtaxat resignatio, & ita vidi infinitas supplicationes,
postea autem compositores supplicationum addide-
* runt simplex, ita ut hodie * communiter soleat poni,
resignatio simplex, namque ille renunciat simpliciter
in manibus Papæ, qui postea ad preces resignatarij ei
37 dictum beneficium resignatum cõfert Feder. de Sen.
in tract. de permut. benef. q. 29. nam Papa non habet
respectum ad mentem resignantis, sed ad supplicatio
nem humiliter sibi factã à resignatario, Boer. in tract.
de auct. leg. a lat. n. 127. Redoan. de Simon. par. 1. c. 27.
38 n. 17. & ab eo dictus resignatarius habet ius & tnon à
resignante, Cassad. dec. 15. sub n. 1. de preben. Mando.
regul. 33. de signa. per siat. quæstio. 7. numero octauo
39 & quamuis ita dicatur, videtur de* stylo facta in fauorem, Cassad. decis. 10. numero 10. de concess. præb.
propter correspectiuitatem, quia vnus renunciat, alter supplicat, ad no. per Fel. in capitu. pastoralis de rescr. & dixi li. 1. q. 3. col. vlt. & licet Copistæ & compositores supplicationum apponãt hmõi verbum simplex
nõ tamen hæc erit simplex resignatio eo modo, vt fit
coram ordinario vel coram Papa absque prouisione,
vt dixi in principio dictę q. 3. lib. 1. & infra dicetur, sed

potius in fauorē,vt supra dictū est,& hoc est de mēte
* Rota.*vt audiui à pluribus excellentissimis Aduocatis,ac dicitur conditionalis resignatio attento quod
40 vnus renunciat alteri supplicat pro†collatione, quamuis in capite vel in corpore non dicatur in fauorē vel
* alias nec alio modo &c.vt fuit resolutum*in vna Tranen.in una Vicentin.Cantoriæ,in alia Firmana Prioratuum corā Cardinali sanctæ Crucis.28.Iunij.1547. vt ipse attestatur decis.150.alias 156.in manuscr.& attestatur etiam Put.decis.523.libro secundo,& in alia Gebbenen.de ann.1534.teste Sarn.decisi.quarta libro primo in manuscript. Crescent.in recollectis,
* manuscri.decis.78.& in vna*Tuden.beneficij coram R.P.D.Blanchetto,vt late dixi dict. q.3. Et quando reseruatur pensio,aut fructus resignati dicitur,vt infra patebit.Et incipit supplicatio, *Beatissime*, quia Pa
41 pa Beatissimus appellatur,Gomes.in cap.1. nu.22. de const.lib.6.Troil.Maluet.de canoniza.sanct.q.1.nu.
17.ac etiā sanctissimus,vt omnibus est notum,*Pater*
42 quia Papa est Pater†omnium,cum vices Dei gerat, c. Lotharius Rex 31.q,2.c.quam graui.de crimine fals. cap.si eo tempore de elect.lib.6.Curt.iun.cons. 157.
43 nu.11.*Deuotus*,quia deuota debet esse†supplicatio.c. 25.exod.*Orator*,quia supplex rogat, M. nomen resignātis supplicātis pro admissione resignationis,opor
44 tet enim vt exprimatur is qui petit,sicuti † dicimus in libello cap.1.vbi Glos.& Doctores de libel. oblat. & in l.1.ff.de eden.*Clericus*,hoc enim exprimi debet in
45 impetrationibus,cap.cum adeo de reseri.vbi Doctores cap.ex litteris transact.*Ianuen.*nam exprimi debet
46 * Diœcesis,†vt communiter de stilo practicatur,& ra
47 tiones tradit Rebuff.in prax.form.signat.colu.4.vers. Megalinen.*Qui aliunde vnde viuere &c.* nam alias † non admitteretur resignatio,ne postea cum dedecore ordinis clericalis mendicet, nisi esset simplex clericus.vt late dixi lib.2.q.6.& lib.3.q.13.& lib.5.q.6.Et
48 si fuerit ordinatus ad titulum illius beneficij,hoc necessario est exprimendum, iuxta decretum Concil. Trident.'& resolutionem Rot. vt dixi dict.lib.2. q.6. *Ex certis causis animum suum mouentibus &c.* Hæc verba apponuntur,quia in resignatione beneficiorū
* requiritur causa,vt late dixi lib.5.Stilus*fuit diuersus nam vsque ad hoc tempus obseruauit,vt in resignationibus,quæ fiunt coram Papa causa non exprimatur,nunc autem apponitur eo modo,vt dictum est supra,lib.5.q.5.n.5.Et quoties apponitur debet verificari,vt dicam lib.10.*Parochialem Ecclesiam,&c.* neces
49 se est enim exprimere qualitatem beneficij,†an sit simplex,vel curatum,cap.cum illis de præb.lib.6.Io.Selu.
* de benef.3.par.q.52.&*communiter alij,ac nomen.
50 Sancti,in cuius†honorem Ecclesia fundata est, cap. quamuis primo,vbi Glos.& Doctor.de præbend.lib.
51 6.& locus†vbi situm est beneficium,alias incertitudo vitiaret prouisionem,cap.2.de elect.lib.6,& Diœcesis
52 * †vbi situm est beneficium,vt communis stilus *obseruat,*Quam obtinet*.nam non potest fieri resignatio de
53 beneficio,quod quis non habet†Roffiniac.de benef. cap.20.nu.7.quia non entium nullæ sunt qualitates l.
54 eius qui prouinciam.ff.si cert.petat.& priuatio†præsupponit habitum l.qui decem.ff.de verb.obligation. neque prætendit ius,Rot.dec.5. de re iudic. per Bisi-
* gnett.Beor.decis.205.nu.8.&*communiter Doctores,vt dixi lib.3.q.1.Nauarr.cons.1.in princ.de reseri
55 pt.*In manibus S.V.*.Nam†quādo resignatio fit in Curia fit in manibus Papæ,& ipse admittit,vt late dixi li.
56 7.*Sponte & libere*, quia†fita debet fieri renunciatio, Host.in summ.tit.de renunc.§.qualiter,Rot. decis.5.
* num.2.eod.tit.communis*opinio,vt dixi supra lib. 1.quæst.1.num.43.renunciatio enim beneficij debet libenter fieri,Card.Zabarell.in cap.dilecti nu.2.de pben.*Resignare proponat*.nāque resignatio†debet fieri de libertate,Bar.Brixien.suis quæst.Dominic. quæ. 6.Imol.in cap.2.de renune.lib.6.& ibi Gemin. num.
* 12.Boer.decis.150.num.5.communis*opinio,vt optime declarauit lib.1.q.13.nume.39.*Prout resignat de
58 præsenti*.Hæc verba sunt†verba præsentis temporis, vt patet ad sensum,& scribit Mandos.de infir. quæst. 9.num.3.*Supplicat humiliter*,quia humiliter preca-
59 tur,†& cum reuerentia,Rebuff.in tract. suppl. in pri-
60 mo tom. constitut. Supplicatio †enim debet petenti prodesse l.rescripta.C.de precib.Impe.offeren.& supplicans humiliter facile obtinet,quæ petit, ad not.in capitu.cum contingat.§.primo de rescript. *Eidem S. V.deuotus illius orator A. &c.* Hic enim est resi-
61 gnatarius,qui petit pro admissione†resignationis, & collatione sibi facienda de beneficio resignato,Cre-†scent.decisi.173.libro primo in manuscr.aliàs autem conficiebatur supplicatio diuersa forma, nam vter-
62 que hoc petebat in narratiua,dicebatur† quod resignās non resignabat,nisi vt admittatur in fauorem talis.& non alias, nec alio modo. teste Mandos. de sign.per fiat.quæstio.7.numero.3.hodie autem illa forma abiit in desuetudinem, & illa clausula fuit sublata, vt dixi libro primo quæstio.3.colum.penult.*Cuius & illi forsan annexorum fructus &c.* regulare enim est,
63 in impetrationibus vt valor annuus†secundum communem extimationem exprimi debeat, vt est nul-
* la, vt fuit pluries resolutum* in Rota, & late de huiusmodi materia dicam infra libro. 10. *Sine præmisso, siue alio quouis modo*. Huiusmodi clausula
64 †operatur,vt veniat omnis vacandi modus,capitu.susceptum vbi communiter DD.de rescrip.libro sexto. vnde stante huiusmodi clausula poterit resignatarius consequi beneficium non solum ex vacatione expressa per resignationem sed etiam vacatione per obitum,& contractum matrimonij, ingressum religionis,&c.Rot.decis.1.de rescript.Soccin.Sen.consil.32. colum.5.lib.1.Bellam.decis.610.Lap.alleg.79.nume. 2.Cassad.decis.5.de præben.Card.consil.30. nume.3. Gemin.consil.79.Cardin.Parisiens.consil.33.numer. 29.vol.3.Crauett.consil.87.num.20.*Aut ex alterius*
65 *cuiusuis persona*.hæc †verba apponi de*stylo Curiæ attestatur Bursat.consilio 394.sub nume.3.& comprehendunt omnem modum vacationis non tantum ex
* persona expressa in litteris, sed etiam ex alia persona quantumuis extranea,Franc.in d.cap.susceptum,Cassan.consil.10.num.11.cum alijs cumulatis per Bursat. dict.consil.394.colum.2.ex* stylo tamen palatij alia
* persona non venit,teste Rebuff.in prax.form.signat. col.12.& fuisse*pluries resolutum attestatur Bursatt. dict.consil.394.num.18.col.4. quod an sit verum, & quomodo procedat infra dicetur.*Seu per liberam re-*
66 *signationem dicti N.vel cuiusuis alterius in Romana curia vel extra etiam coram Notario publico & testibus sponte factam.* † Hæc verba apponuntur, vt si forte resignauerit in Curia vel extra coram Notario & testibus aut alias inualide Papa decernat vacare beneficium,& sic admittit resignationem factam quantumuis inualide,vt sustineatur prouisio facienda in fauorem resignatarij,ita fuerunt huiusmodi verba interpretata in vna * Leodien. canonicatus coram
* Antonio Augustin.24.Februarij 1548. teste Put. decis.duodecimo.de renunc.in manuscr. & dicta verba declarantur per Rebuff.in prax.tit.form. sign. col.13.

folio

folio mihi 100. *Aut affectionem &c.* Hæc verba
67 †capiunt beneficium vacans iam per affectionem alterius,iuxta nota.in cap.de multa,de præben. *etiam si*
68 *deuol.affect.&a.*quid hæc verba significent†ostendit
* pluribus uerbis Rebuff.d.tit.form.signat.fol.101.*cōmunis stylus est,vt prouiso illius beneficij sit valida, etiam si sit deuolutum iuxta terminos c.2.de concess. præben. & reseruatum reseruatione generali vel speciali,non obstante quod hoc non fuerit expressum *litigios.&c.*hoc ponitur ob c.si hi contra vt lit.pendē. in 6.vnde stante hac clausula nihil obstat d.c.& datur
69 clausula cum extinctione†litis quo ad cedentem Put. decis.142.li.1.& 393.li.3.quid hæc verba tunc operētur declarat Put.ex mente Rot.loco cit.*prouidere di gnemini de gratia speciali non obstantibus , &c.* hæc
79 est conclusio in qua petitur†derogatio constitutionū generalium vel specialium vt non obstent iuxta c. cū aliquibus de resct.li.6.Franc.de Marc.decis. Delphin. 1105.par.1.Bursat.cons.406.nu.24.vol.4.& in fine po
71 sita†refertur ex sui propria natura ad omnia præcedē tia,Bart.in l.si idem.ff.de iurisd.omn.Iudic.& in l.talis scriptura in fine ff.de leg.1.Bursat.cons.444.num. 10.
* vol.4.& est*communis opinio omnium DD. & alia in supplicatione exprimuntur,pro ut qualitas beneficij& personarum requirit,de quibus late dicendū erit infra lib.10.

Et hanc primam partē supplicationis Papa signat, fiat,vt petitur,F.& hoc modo signādi supplicationes
* Papam vti,omnes sciunt,nam ita obseruatum * est ab antiquo tempore,vti etiam Deus Optimus Maximus in mundi creatione dixit,fiat lux,& facta est, Gene.1.
72 ita cius Vicarius suam gratiam signat†per fiat, ita Rebuff.in prax in 2.par.signat.num.14.vbi num.16.dicit
73 hoc verbum fiat†significare gratiam fieri de præsenti iuxta illud Euangelij,fiat mihi secundum uerbū tuū, & tradit in Rege Afflict.decis.253.ideo †tatim per se
74 ēta†est gratia, Cald.communiter*receptus in c.quisquis de elect.Felin.in rubr.de const.col.3.Selu.de benef.par.3.q.12.post nu.6.Rebuff in concor.tit.de mā
75 da.apost.§.1.in verbo item dispensatio, & ita signat† solus Papa,vt tradit Mandos.reg.33.de signat.per fiat
76 q.2.num.3.& ideo dicitur latior,fauorabilior,†& potentior signatura, Alc.cons.195.Assumo.post nu.10. vers.ad idem li.2.Sarn.in compend.vtriusq.signat.num.
77 70.& præfertur alijs,vt dicitur in d. reg.de non Iudi. & Papa vt plurimum signat supplicationes in sua camera præsente† Datario,nam princeps leges etiam potest facere in suo cubiculo,Cyn.in l.humanum C.de leg.Bonif.de Vitall.in procem.Clem.§.hęc sanè num. 36.aliquando in plena signatura cōuocatis & præsentibus quibusdam Cardinalibus,& Referendarijs statuta die Martis vel Sabbati.Aliquando verò supplicationes signantur per signaturam per concessum,qua vti
79 tur Cardinalis præfectus signaturæ†gratię, vel alius prælatus deputatus à Papa hoc modo, concessum vt petitur in præsentia D.N.Papę P.Paulus Parisius, concessum ut petitur in præsentia D.N. Papæ B. Cardinalis Trancēsis.vel processum,vt petitur.in præsentia D.N. Papæ V.Boncompagnus,concessum, vt petitur in presentia D.N.Papæ G.Bastonus,& licet hi signent extra
80 præsentiam Papæ,tamen†dicunt, in præsentia,vt tradit Mandos.in d.compend.vtriusque Signa.Staph. de sign.grat.& iust.fol.171.iuxta primam impressionē, & hoc potest sustineri duabus rationibus,vt tradit Mādos.dict.regul.33.Signat.per fiat.q.2.col. 2. vt dicant in presentia,quia signant in Palatio Papæ,vel in vrbe
81 †vbi est Papa leg.præsens & l.sequent.ff.de procura.l. absentem ff.de verb.significor.vel intelligant de presentia ficta circa;quam Princeps fingere potest l.si is qui pro emptore.ff.de vsucap.Cardinal.Paris.consilio 44. numero 8.volum.4.vel quia hoc faciunt de mandato Papæ, vel quia ita a principio faciebant, licet postea vsus aliud obtinuit.Et in his supplicationibus,quæ signantur per Cardinalem Præfectum Signaturæ gratiæ,aut per Prælatum prius apponit manum vnus Referendarius gratiæ in capite in latere sinistro,huc modo A.Glorierius C.Burghesius I.Papius.

Et quia,vt dictum est supra,Signatura per fiat præfertur Signaturæ per concessum,vt dicitur in reg. 29. cancell.de signat.per fiat his verbis.*Item voluit idem Dominus noster,quod cōcurrentibus eadem die super quocunque beneficio per fiat,& cōcessum signaturis. ex eis per fiat,etiam vt petitur habens, alteri per concessum etiam motu proprio habenti præferatur,etiam si in illa per concessum prægnātiores , & quātumlibet priuilegiatiæ essent clausulæ.*An hoc procedat in beneficijs vacantibus per resignationem? & sic an hoc
83 casu habeat locum dicta regula?affirmatiuè †concludendum est,ut etiam firmat Mandos.d.reg.q.7.num. 3.versicu.pro parte & numero 5. & hoc ex verbis dictæ regulæ,& ex ratione,ex uerbis,quia dicit sup quo
84 cunque beneficio;quæ verba sunt admodum generalia leg.1.§.generaliter.ff.de leg.præstan.Calderin.consilio primo de consangu.& affinit.ex ratione;nam ratio hæc est,quod potentia verbi fiat præponitur cuicunque alio verbo præceptiuo, seu demonstratiuo, aut inductiuo,& voluntatem magis deliberatam ostēdit,ac præcisam,quæ ratio comprehendit etiam vacātia per resignationem,& quouis alio modo, vnde nō remanet dubium,accedit.quia in dicta regula subintelligitur verbum vacante, quod si expressum fuisset, omnem modum vacandi comprehenderet, Gemini. numero decimo.Franc.numero tertio. in capitul.susceptum de rescript.libro sexto. & contraria pluribus verbis remouet Mandos.loc.citat.& huiusmodi conclusio exemplificari posset, quoties duæ supplicatio-
85 nes reperirentur signatæ, quarum vna esset per fiat altera per concessum, vt late per eundem Mandos.in prima quęstione.columna secunda. dic.regula. Posset eadem conclusio procedere in impetrationæ,quę fieret de beneficio vacante per renunciationem simplicem,seu liberam dimissionem.In resignatione autem conditionali,etiam si essent decem supplicationes si-
86 gnatæ,illa attenditur,& præfertur, super qua est præstitus consensus à resignante, etiam si esset præstitus super ea,quę fuerit vltimo loco signata, aut super ea, quæ fuerit signata per concessum, vt * communiter omnes DD.concludunt,& ita seruatur de stylo:namque consensus est formalis,& attenditur, vt late concludit Sarnen. de infirmat. quæstio. trigesima prima.
* columna secunda.& est communis opinio. Ex quo
87 infertur resignantem posse,impune †consentire, & prestare consensum secundæ supplicationi signatæ, & non primæ;nam hoc residet in eius arbitrio, ita si-
* gnante. Caslador. * communiter receptus in prax. decisio.prima.numero sexto.in vltim. columna .de
88 renunciat. & ille † secundus resignatarius prefertur
* primo,vt fuit* resolutum in Rota.teste Mocedan.de cisio. centesimaseptuagesimanona . in manuscript. die 23.Ianuarij 1544.& in vna Placentin. Canonicatus octauo Octobris 1548. & in vna Salamantin. etiam Canonicatus 29.Ianuarij 1543.teste Put.decisio.79.titul.de renunciat.in manuscript.Accorambo. decisio.48.Cotta.decis.161. nam licita est pœnitentia

89 tdonec extendatur consensus in Camera vel Cancel-
* laria,vt*pluries fuit resolutum per Rot.ut per Anto.
Aug.decis.250.lib .3.Sarn.decis.20.lib.1.Cott.dec.16.
Accoramb.decis.48.Put.decis.29.de renun.omnes in
manuscr.& late dixi li.1.q.12.nu. 16. Ex quo secundo
* infertur,quod illa conclusio* communiter recepta,
90 vt semel resignans non†possit rursus resignare,vt per
Rebuff.cons.4.& dixi late li.1.q.15.procedit post præ
stitum consensum in Camera,vel Cancellaria,ut dict.
q.15.num.35.ostendi.Tertio infertur,quod alia con
91 clusio,ut resignans†bis,teneatur crimine stellionatus,
Rebuff.cons.90.num.9.& cons.93.num.14.& sit per
iurus,Mandos.de reg.de signat.per fiat.q.7.nu. 2. est
intelligenda post consensum præstitum in grima, &
* ita resident*communiter Doctores. Quarto infero
* verum esse,quod alias dixi,ex*communi sententia,re
92 signatarium†ius habere a Papa,& non a resignãte,Ab
ba.in c.2.de præscr.Cassad.decis.15. post numer. 1.de
præben.namque resignans consentit,vt abdicetur a se
ius,quod habet ex collatione in beneficio resignato,
ius tamen acquiritur resignatario ex prouisione Pa-
93 pæ,mediante consensu ipsius.Quinto inferotquod si
supplicatio fuit resignata ad fauorem resignantis re-
seruatis fructibus,aut pensione, ipse potest simplici-
* ter consentire,ut fuit alias resolutum*in Rota; nam-
24 que quisque potest renunciare fauori suo.Alia uerot
verba secundæ partis supplicationis,& cum absolutio
ne &c.habes latissime explicata per Rebuff.in sua pra
xi.tit.3.pars signat.fol.mihi 107. vsque ad folium 13.
ideo ad illum te remitto,ne videar simplex relator.

Et quia resignanti aliquando reseruantur fructus, aliquando pensio,ideo vtilissimum esse putaui, ponere formas harum supplicationum.

Resignatio cum pensione *Casertan.* *Io.Lambertinus.*

75 BEatissime†Pater:Cum deuotus Sanctitatis vestræ orator Marcellus Viglionus presbyter Neapolitanus, qui senio confectus existit,& nonnulla beneficia Ecclesiastica in Ciuitate,& Diœcesi Neapolit.canonice obtinet, quorũ. inuocationes,situationes,qualitates,& diœceses in literis exprimi,seu pro expressis haberi possint, & ex quorum fructibus &c.& infrascripta pensione annua se commode sustentare potest obtinet certis ex causis ad id animum tuum mouentibus Ecclesiam sine cura Rectoriam,aut alias nuncupatam B.Mariæ de Capella alias Vallefreda in territorio terræ Magdaloni Casertanæ diœcesis,quam obtinet,in Sanctitatis vestræ,vel alterius ad id potestatem habentis manibus sponte & libere reseruatis sibi nihilominus valide infrascriptis,& non alias aliter nec alio modo resignare proponat,prout resignat de præsenti.Supplicat igitur humiliter Sanctitati vestræ tam idem Marcellus, quam deuotus etiã illius orator Ioannes Vincentius de Marinis Clericus Neapolitanus eiusdem Marcelli ex sorore nepos, quatenus resignationem huiusmodi admittentes,seu admitti mandantes,eisque specialem gratiam facientes Ecclesiam prædictã, cuius & illi forsan annexorum fructus &c.sexaginta ducatorum auri de Camera secundum communem extimationẽ valorem annuum non excedunt,siue præmisso,siue alio quouismodo,aut ex alterius cuiuscumque persona, seu per similem dicti Marcelli *vel cuiustuis alterius de illa* in Romana Curia,vel extra eam etiam coram notario publico, & testibus sponte factam resignationem vnionis &c.dissolutionem aut assecutionem &c.vacet etiamsi deuoluta, affecta, electiua,sacerdotalis specialiter,vel alias ex quauis causa in litteris etiam dispositiue exprimenda generaliter reseruata litigiosa,cuius litis status &c.existat Ioanni Vincentio conferre,& de illa etiam prouidere,seu conferri, & prouideri mandare Marcello vero oratoribus prefatis,ne ex resignatione sua huiusmodi nimium dispendium patiatur de alicuius subuentionis auxilio prouidentes pensionem annuam ab omni decima populi,charitatiuoque subsidio ordinario, & extraordinario,& quocumque alio onere quauis etiam apostolica auctoritate, & ex quacumque etiam quãtumuis vrgentissima,& hic necessario exprimenda causa,etiam pro fabrica Basilicæ Principis Apostolorum de vrbe, Cruciata sancta,& tam offensiua quam defensiua expeditione contra Turcas,& alios infideles sanctæ Catholicæ Fidei, etiã ad Imperatoris,Regum,Ducum,& aliorum quorumcunque instantiam Canonice,vel de facto nunc & pro tempore impositis,& imponendis etiamsi in impositionibus huiusmodi pro tempore caueatur expresse,quod pensionarij pro rata pensionum suarum quantumuis exemptarum contribuere teneantur,ac etiam belli, pestis,grandinis, & incendij, siccitatis,tempestatis,alundinis,inundationis,depræ dationis,& cuiusuis alterius amissionis fructuum, & ab omni incursu militum,& a quibusuis alijs inexcogitabilibus,& insolitis casibus,& euentibus pro tempore contingentibus liberam,immunem,& exemptam triginta ducatorum monetæ Regni Neapolitan.super dictæ Ecclesiæ fructibus,reditibus,& prouentibus,quorum medietatem non excedit eidem Marcello quoad vixerit, vel procuratori suo legitimo per dictum Ioannem Vincentium,cuius ad hoc expressus accedit assensus,& successores suos Ecclesiam prædictam pro tempore,quomodolibet obtinentes annis singulis in Ciuitate Neapolitan.vnica solutione videlicet assumptionis B.Mariæ Virginis festiuitate a proxime ventura incipiendo,sub sententijs censuris & pœnis in similibus apponi solitis & consuetis integre persoluendam,vigore litterarum desuper conficiendarum reseruare,constituere, & assignare.Sibique quod dicto Ioanne Vincentio,seu aliquo ex successoribus præfatis in solutione dictæ pensionis in toto uel parte cessante, seu deficientẽ vel illam ad minorem summam reduci,annullari,seu inualidari petente, vel procurante,aut pensione ipsa ex quauis causa nulla & inualida,vel reducibili,seu male,aut nulliter assignata existente, seu dicente,vel allegante,liceat eidem Marcello ad Ecclesiam huiusmodi liberos habere regressum ac accessum & ingressum,illiusque corporalem &c.possessionem per se vel alium,seu alios eius nomine propria auctoritate libere apprehendere,ac tam sui prioris tituli quam super præsentibus conficiendarum litterarum vigore, quas vim validæ,& efficacis prouisionis sibi de illa etiam ex nunc prout ex tunc,& econtra apostolica auctoritate facte habere decernere placeat,absque alia sibi desuper de nouo facienda prouisione,vt prius retinere,concedere, & indulgere digneminí de gratia speciali.Non obstantibus constitutionibus,& ordinationibus apostolicis,cæterisque contrarijs quibuscumque,cum clausulis opportunis.

Concessum,vt petitur,in præsentia domini nostri Papæ P. Pau. Card. Parisius.

ET cum absolutione a censuris ad effectum, &c.Et quod dictorum oratorum dispensationes,ve rusque,& vltimus dictæ sine cura Ecclesiæ vacationis modus etiamsi ex illo quouis generalis reseruatio,etiam in corpore iuris clausa resultet,necnon litis & causæ si quæ sint status, & merita nominaque,& cognomina graduum,& qualitatum Iudicum,& collitigãtium,ac ius & tituli illorum,ac concessiones &c.seu prouisiones dicti Marcelli aliorumque quorumcunq; etiam causæ proprij tituli,ac litis habeantur pro expressis,seu in toto vel parte exprimi possint in litteris,& cum clausula generalem reseruationem importante ex quauis causa in litteris etiam dispositiue exprimenda,&de ad missione resignationis huiusmodi,ac prouisione dictæ sine cura Ecclesiæ pro Ioanne Vincentio cũ opportuna gratificatione,quatenus illi locus fit,necnon reseruatione pensionis annuæ triginta ducatorum monetæ prædictæ libere &c.quæ transeat ad successores,& solui debeat in loco & terminis supradictis,ac cum decreto,quod dicta pensio ex quauis causa quantumuis vrgentissima ad minorẽ summam reduci,annullari,seu inualidari etiam ad eorumdem successorum instantiam nullatenus possit,neque debeat,necnon regressu &c.præfato in euentum non solutionis &c.dictæ pensionis, & alias prout supra pro Marcello oratoribus præfatis modo & forma præmissis, quæ hic pro sufficienter repetitis ad partem habeantur pro Marcello oratoribus præfatis,modo & forma præmissis, quæ hic pro sufficienter repetitis ad partem habeantur in litteris latissime extendendis, & quod litteræ in forma simplicis prouisionis gratiosæ subrogationis etiam quoad possessionem cum derogatione regularum de non surrogandis non collitigantibus,quia non in potentiorem, ac de annali possessore, &c.quoad primam eius partem gratiæ si neutri si nulli si alteri perinde,& etiam valere,aut alia vtiliore via fatendo,etiamsi opus fuerit sibi ius competere,& causas propter quas simul, vel separatim expediri possint,& cum derogatione Iurispatronatus,quatenus de illo existat,quod dispositiue in litteris si videbitur si laicorum tantum etiamsi nobilium,ac illustrium eisq; ex fundatione,vel dotatione competat pro medietate alias,seu si litigiosa,vel deuoluta sit in totum pro dictis oratoribus in litteris latissime extendenda.Et cum suspensione quarumcunque specialium , vel generalium etiam mẽtaliũ reseruationum vnionum,suppressionum,mandatorum,etiam de prouidendo expectatiuarũ,& aliarum quarumcunque gratiarum,præuentionum,facultatum,& indultorum , quibusuis etiam sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalibus,ac eis etiam in nullius fauorem quomodolibet,non tamen Ecclesia sticis Seminarijs concessorum.Cum decreto desuper opportuno,quod se ad præmissa minime extendant in litteris latissime extendenda citra tamen accessum,& regressum,ac de consensu coadiutorias, quod præmissorum omnium & singulorum etiam fructus &c. augendo inuocationum,denominationum,annexorum,qualitatum,nuncupationum, aliorumque circa præmissa necessariorum maior & verior specificatio,& expressio fieri possit in litteris simul vel ad partem expediendis &c.Et quoad prouisionem in forma dignum nouissima. Concessum P. Pau. Cardin. Parisius.

Datum Romæ apud S.Petrum Idibus Februarij anno octauo.

Missa XXIII.Februarij A.Dat.XV.fol.168.

B. A.

Cessio cum reseruatione fructuum pro Cardinale. *Gebennen.*

76 BEatissime † Pater.Cum deuota Creatura vestra Vincentius tituli sancti Clementis præsbyter Cardinalis Montis Regalis nuncupatus,qui Prioratum Sanctæ Mariæ de Contamina Cluniacensis ordinis Gebennensis diœcesis in part.Sabaudiæ in commendam ad eius vitam ex concessione, & dispẽsatione Apostolica obtinet,ex certis causis animum suum mouentibus commendæ huiusmodi necnon omni,& cuicunque iuri sibi in dicto prioratu,vel ad illum quomodolibet competenti in manibus Sanctitatis vestræ,reseruatis sibi nihilominus valide infrascriptis,& non alias aliter,nec alio modo,sponte,& alias libere cedere proponat,& ex nũc cedat ; Supplicat igitur humiliter Sanctitati vestræ, tam dicta creatura,quam etiam deuotus eiusdem Sanctitatis vestræ orator Philibertus Millietus Clericus Grationopolitanæ diœcesis Magister in Theologia, quatenus cessionem huiusmodi admittentes,dictoque Philiberto,vt commodius sustentari valeat de alicuius subuentionis auxilio prouidentes,ac specialem gratiam facientes,Prioratum præfatum,qui forsan conuentualis existit,cuique cura Parochianorum non imminet animarum,ac cuius & illi forsan annexorum fructus &c. CM. ducatorũ auri de Camera secundum communem extimationem valorem annuum non excedunt. Quouismodo & ex cuiuscunque persona,seu per liberam cuiusuis resignationem de illo in Romana Curia,vel extra eam etiam coram Notario publico,& testibus sponte factam,aut constitutionem execrabilis,vel assecutionem, &c.vacet etiamsi deuolutus affectus specialiter,vel alius ex quauis causa etiam dispositiue exprimenda generaliter reseruatus, electiuus,curatus,cura iurisdictionali litigiosus,cuius litis status &c.existat Philiberto,qui monasterium,abbatiam forsan nuncupatum Sanctæ Mariæ vallis Alpium Cistercien.cuius fructus &c. ad quinquaginta florenos auri in libris cameræ Apostolicæ taxati reperiuntur,necnon Prioratum Conuentualem sancti Petri de Lemenco sancti Benedicti ordinum,eiusdem Gebennensis diœcesis,cuius fructus &c.CC.ducatorum auri de Camera secundum extimationem eandem valorem annuum non excedunt,& quibus cura parochianorum etiam non imminet animarum ex simili concessione,seu dispensatione in eandem commendam ad vitam obtinet per cum quoadduxerit etiam vna cum Monasterio,& Prioratu obtentis huiusmodi tenendum,&c.Ita quod liceat sibi de fructibus,&c.disponere alienatione,&c.Interdicta commendare, Creaturæ vero prælatis ne ex cessione sua nimium dispendium patiatur,sed vt statum suum iuxta Cardinalatus sublimitatem decẽtius tenere valeat de alicuius sub-

ius subuentionis auxilio prouidētes sibi omnia & singula fructus,&c.iura,census,decimas,obuētiones,oblationes,& emolumenta ordinaria,& extraordinaria in quibuscunq; rebus consistentia dicti Prioratus de Contamina,ac illi annexorum membrorum,& pertinentiarum quorumcunq; per eandem creaturam, quoad vixerit, etiā vna cum sancti Clementis,quæ titulus sui Cardinalatus existit,ac omnibus & singulis alijs cathedralibus, etiam metropolitanis,& patriarchalibus Ecclesijs ac monasterijs,etiam consistorialibus,Prioratibus,Preposituris præceptorijs etiam Conuentualibus Generalibus,& electiuis,dignitatibus,etiam maioribus, & principalibus personatibus,administrationibus,& officijs,cæterisque beneficijs Ecclesiasticis cum cura,& sine cura sæcularibus, ac dictorum,& quorumuis aliorum ordinum,ac etiam militiarum,ac hospitalium,etiam sancti Ioannis Hierosolymitani regularibus,quæ ex quibusuis concessionibus,& dispensationibus Apostolicis in titulum commendam,administrationem,ac alias quomodolibet obtinet,& imposterum obtinebit quæcunq;,quotcunq;,& qualiacunque sint,ac fructibus &c.Ecclesiasticis etiam loco pensionum annuarum,necnon pensionibus annuis super similibus fructibus &c.sibi reseruatis,& assignatis,reseruandisq;,& assignandis,quos & quas ex similibus cōcessionibus,& dispensationibus percipit,& percipiet in futurum per se,vel alium,seu alios eius nomine propria auctoritate libere percipienda, colligenda, leuanda,exigenda,recipienda,recuperanda,arrendanda,locāda, dislocanda,ac in suos vsus & vtilitatem conuertenda,loco pensionis annuæ,excepta tamen summa quinquaginta scutorum aureorum per eandem creaturam ipsi Philiberto quoad vixerit,& quibuscunq; successoribus suis eiusdē Prioratus de Contamina Prioribus,seu perpetuis commendatarijs annis singulis præfata reseruatione durante pro vna,videlicet in B.Ioannis Baptistæ a proxime futura incipiendo , & altera medietatibus summæ quinquaginta scutorum huiusmodi in Domini nostri Iesu Christi natiuitatum festiuitatibus præstanda,& persoluenda, qua contenti esse debeant,nec quicquam aliud,siue alimentorum,siue alia quantumcunque graui causa petere possint,necnon collationem,prouisionem,præsentationem,electionem,institutionem, & quamuis aliam dispositionem omnium,& singulorum beneficiorum,& officiorum Ecclesiasticorum cum cura,& sine cura sæcularium,& dicti,ac etiam aliorum quorumuis ordinum regularium ad collationem,prouisionem,præsentationem, electionem,institutionem,& quamuis aliam dispositionem abbatis, seu perpetui Commendatarij pro tempore existentis,Prioratus de Contamina huiusmodi de iure,consuetudine,priuilegio,ac alias quomodolibet pertinētes illarum vacatione pro tempore occurrente per eandem creaturam,etiam quoad vixerit, aut Vicarium , seu Vicarios ad id per eam pro tempore deputandum,seu deputandos in omnibus & per omnia,prout ipsa creatura ante cessionem huiusmodi tam sua ordinaria auctoritate,quam vigore indulti apostolici sibi desuper concessi poterat,& alias iuxta eiusdem indulti formam,& tenorem faciendas,ac destitutionem,& deputationem quorumcunque Vicariorum,officialium, & ministrorum dicti Prioratus de Contamina illiusque omnimodam iurisdictionem,& auctoritatem.Ita quod ipsa creatura super præmissis omnibus & singulis,seu eorum aliquo per dictum Philibertum,& eius successores præfatos,aut alium,seu alios quoscunque Prioratum de Contamina huiusmodi,in titulum,vel commendam,aut alias quomodolibet pro tempore obtinentes nullatenus molestari, perturbari,vel inquietari valeat ipsius Philiberti expresso ad hoc accedente consensu,reseruare,cōcedere,& assignare sibique,quod Philiberto,aut aliquo ex successoribus præfatis per se,vel per alium,seu alios directe, vel indirecte eandem creaturam super perceptione,&c.ac collatione,&c.& alijs præmissis quacunque occasione,vel causa,seu prætextu,vel quæsito colore molestante,perturbante,vel impediente , seu quicquam aliud vltra quinquaginta scuta præfata,quocunq; prætextu,siue occasione,vel causa,aut alias quomodocunq; exigere,&c. intense, aut alias reseruationem,concessionem,& assignationem præfatas quomodolibet impugnante,vel inualidari,procurante,aut contra eas aliquid dicente,vel allegante,&c.seu reseruatione,&c.ipsa nulla inualida,aut irrita ex quauis causa existente liceat eidem creaturæ ad dictum Prioratum de contamina liberum habere regressum , illiusque corporalem,&c.possessionem per se,vel alium,seu alios eius nomine propria auctoritate libere apprehendere,ac vigore prioris commendæ sibi de illo facto absque alia sibi desuper de nouo facienda commenda,vt prius etiam vna cum sancti Clementis,ac omnibus & singulis alijs Ecclesijs , &c. Monasteriis &c.beneficijs,&c.per eum obtentis,& obtinendis,&c.ac fructibus,&c.& pensionibus,&c.sibi reseruatis, & reseruandis præfatis retinere in omnibus,& per omnia perinde,ac si cessionem huiusmodi minime fecisset,indulgere irritumque decernere dignemini de gratia speciali.Non obstantibus præmissis,ac quibusuis Apostolicis, ac in prouincialibus , synodalibus,& generalibus Concilijs editis,generalibus,vel specialibus constitutionibus,& ordinationibus,nec non Cluniacen.Ordinis,& Prioratus de contamina præfatorum,ac Monasterij,vel alterius regularis loci,a quo ipse Prioratus forsan dependet etiam iuramento,&c.roboratis statutis,&c.priuilegijs quoque indultis, & litteris Apostolicis illis,eorumque Abbatibus,superioribus,Conuentibus , & personis , sub quibuscunque tenoribus , & formis, ac cum quibusuis etiam derogatoriarum derogatorijs,alijsque efficacioribus , & insolitis clausulis,necnon irritantibus,& alijs decretis , etiam motu proprio , &c.& consistorialiter etiam contra commendas,aut alias in contrarium singulorum præmissorum quomodolibet concessis, &cætera,& viribus omnibus, etiamsi de illis,&c.eorum tenores,&c.latissime derogare placeat,cæterisque contrarijs quibuscunque cum clausulis opportunis.

Fiat vt petitur F.

Et cum absolutione a censuris ad effectum,&c.& quòd creaturæ obstantiæ, & beneficiales illiusque,ac non tamen super defectu natalium Philiberti præfatorum dispensationes, veruscq; & vltimus dicti Prioratus de Contamina vacationis modus , etiamsi ex illo quæuis generalis reseruatio,etiam in corpore iuris clausa resultet,necnon litis & causæ si quæ sint status,& merita nominaque,& cognomina Iudicum,& collitigantium,eorumque,ac dictæ creaturæ,necnon quorumcunque

cunque aliorum collationes,prouisiones,commendæ,concessiones,aliaque iura,& tituli,etiam nulli,& infectiui causæque etiam illorum annullatiuæ,& infectiuæ,ac litis,& possessionis habeantur pro expressis,seu in toto,vel parte exprimi possint.Et cum clausula generalem reseruationem importante ex quauis causa,etiam dispositione exprimenda.Et de admissione cessionis, ac commenda Prioratus de Contamina huiusmodi ad vitam præfati Philiberti , quatenus ita commendari consueuerit , etiam vna cum Monasterio,& Prioratu de Lemenco præfatis teneren.&c.Ita quod liceat sibi de fructibus, &c. disponere,vt supra pro eodem Philiberto latissime extendendis.Et quod litteræ desuper etiam in forma similis commendæ gratiosæ surrogationis,etiam quoad possessionem gratiæ,si neutri , si nulli,si alteri, perinde,& etiam valere cum gratificatione opportuna,quatenus illi locus sit,simul, vel separatim expediri possint.Et de reseruatione,&c.omnium & quorumcunque fructuum,&c.propria auctoritate percipiendorum,&c.ac collationis,&c.beneficiorum,&c.cum regressu in molestationis, &c.& singulos alios euentus præmissos,ac decreto,& alijs præmissis pro dicta creatura latissime extendendis, & derogatione,de subrogandis collitigantibus,attento,quod non in potentiorem,ac de annali possessore,&cæt. quoad primam eius partem regularum Sanctitatis vestræ,necnon constitutionum,statutorum,&c. priuilegiorum,indultorum,& litterarum præfatorum, aliorumque quomodolibet contrariorum latissime extendenda,quorum tenores,&c.ac Iurispatronatus si quod sit,citrà tamen illius approbationem, videlicet si laicorum tantum etiam nobilium,& Illustrium,eisque ex fundatione , vel dotatione competat pro medietate alias,seu si litigiosus,vel deuolutus sit in totum etiam latissime extendenda . Et cum suspentione quarumcunque,tam generalium,quam specialium reseruationum,etiam mentalium vnionū, &c.perpetuarum suppressionum,nominationum,facultatum,indultorum,mandatorum,expectatiuarū & aliarum gratiarum quibusuis,etiam Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalibus, eorumque etiam antiquis,& descriptis familiaribus continuis commensalibus in genere,vel in specie, & alias quomodolibet concessorum,&c.cum decreto desuper opportuno,quod se ad præmissa non extendant latissime extendenda citra tamen accessum & regressum,ac de consensu coadiutorias.Et quod præmissorum omnū & singulorum,etiam qualitatum,inuocationum,denominationum,nuncupationum, annexorum fructus &c.agendo,vel minuendo cognominum ordinum dependentium,aliorumque necessariorum maior & verior specificatio,& expressio fieri possit in litteris simul,vel ad partem, etiam in vna non facta mentione de alia,vel alijs expediendis.

Fiat F.

Datum Romæ,in Monte Quirinali,Idibus Augusti,Anno quinto.

Missa XIX.Octobris E.pro Dat.

R.G.Albertonius pro Reuerendiss.D.Vicec.Io.Barengus.

Quarto Secretorum.fol.199.

Ex quibus vltra supradicta.Primo nota, quod clausula,& non alias nec † alio modo in his apponitur vt
97 plurimum,& non cassatur à reuisoribus,nam respicit fructus reseruandos,ac pensionem itidem reseruandā,vt colligitur ex Cassad.decis.2.de simon.Rebdoan. de simon.p.2.cap.12.& c.13.num.3.Mandos.in prax. Signat.grat.tit.regressus,& accessus,col. 2. & inducit
98 † conditionem,Bald.in l.li quidem C.de excep.Alex. cons.3.num.5.lib.primo,Card.Paris.cons.19. nume.
99 18.vol. 1. vt non aliter † censeatur ius abdicatum,ac renunciatum,nisi reseruatis fructibus,aut pensione;
* vt fuit* resolutum in Rot.teste Crescen.decis.64. libro 1.in manuscr.Caputaq.decis.86.lib.3.in manusc. & in vna Aucnionen.Canonicatus coram Io.Paulo, teste Crescent.decis.231.in manuscr.vt late deduxi libro 1.q.3.fuit enim huiusmodi clausula sublata quatenus dicebatur in supplicatione , resignantem resignare in fauorem N. & non alias, nec alio modo, vt dixi supra.

100 Secundo nota, † quod non dicitur supplicat , sed supplicant,namque resignans supplicat pro reseruatione fructuum,& pensionis,Resignatarius verò pro admissione, & prouisione, nam huiusmodi verbum
101 † stat distributiue,non copulatiue , vt fuit resolutum
* * in vna Tissen.Abbatissatus coram Camillo, teste. Crescent.decis.173.Mocdan.decis.112.Ambrosius, in manuscr.vnde sufficit , quod vnusquisq; supplicet pro his,quæ spectant ad ipsum.

Tertio nota clausulam,vt propria auctoritate,&c. & exceptionem,de quibus,& alijs dicetur infra libro 10.latissime.

Et quia aliquando fit resignatio absque prouisio-
102 ne , quod † contingit in promotis ad incompatibilia , qui in litteris habuerant decretum , vt debeant renunciare libere, & simpliciter in manibus Papæ infra duos menses , ideo hic ponam formam , quæ est talis .

Resignatio simplex absque prouisione. *Hieracen.*

103 Beatissime † Pater.Cum deuotus Sanctitatis vestræ orator Tiberius Sirletus Canonicus Hieracē. cui alias a Romana Curia absenti,ac Canonicatum,& præbendam dictæ Ecclesiæ , ac vna cum illis ante decreta Concilij Tridentini,seu ex dispensatione Apostolica parochialem Ecclesiam sanctæ Catherinæ,etiam Hieracen.inter alia tunc obtinenti de cantoria ipsius Ecclesiæ Hieracen,quæ inibi dignitas non tamen maior post pontificalem existit,tunc

stit, tũc per obitum quondam Antonini de Candida ipsius Ecclesiæ dum viueret Cantoris extra Romanam Curiã de Mense Augusti proxime præterito defuncti vacante Apostolica auctoritate sub datum Romę apud sanctũ Marcum, Septimo Kalendas Septẽbris, Põtificatus vestri anno tertio, prouideri mandari concessum extitit cum decreto, quod idẽ orator infra duos mẽses a die habitæ per eum dictæ Cantoriæ possessionis, seu qua per eum staret quo minus illam assequeretur computãdos Canonicatum, & præbendam, ac Parochialem Eccleham, per eum obtentos huiusmodi in manibus Romani Pontificis tantũ dimittere omnino teneretur alioquin tam Canonicatus, & Præbẽda, ac Parochialis Ecclesia, quã cantoria prædicti vacarent eo ipso, ita quod de illis per Sedem Apostolicam dũtaxat disponi posset ex eo, quòd ipse orator cõcessioni gratiæ huiusmodi, quæ eo inscio impetrata fuit, nequaquam vti immo illi renunciare, ac Canonicatum, & Præbẽdam, necnõ Parochialem Ecclesiam prędictos, vt prius retinere intendit, propterea, & ex certis causis animum suũ mouentibus concessioni gratiæ dictæ Cantoriæ prouisionis, seu ad illam mandato huiusmodi, ac õmni, & cuicunq; iuri actioniq; sibi in eadem cantoria, vel ad illam quomodolibet cõpetenti in manibus Sanctitatis vestræ sponte & libere cedere proponat, prout cedit de psenti. Supplicat igitur humiliter Sanctitati vestræ dictus orator, quatenus eũ specialibus fauoribus, & gratijs prosequẽtes cessionem huiusmodi Apostolica auctoritate admittere, ac admissam esse, necnõ per admissionẽ huiusmodi dictam Cantoriam vacare, ipsumq; oratorem prætextu decreti præfati ad dimittendum Canonicatum, & Prębendã, ac Parochialem Ecclesiã huiusmodi minime teneri decernere dignemini de gratia speciali. Non obstantibus constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, dictoq; decreto cæterisque contrarijs quibuscunque, cum clausulis opportunis.

Fiat vt petitur F.

ET cum absolutione a censuris ad effectũ, &c. Et quod mandati prouisionis huiusmodi tenores, &c. ac data &c. cũ inde secutis hâbeantur pro expressis, seu in toto, vel parte exprimi possint. Et de admissione, & decreto prædictis, vt supra in forma gratiosa, & quod præmissorum omnium, & singulorũ, etiam fructus &c. Inuocationum, denominationum, annexorum, qualitatum, nuncupationum, aliorum que necessariorum maior & verior specificatio, & expressio fieri possit in litteris. Fiat F.

Datum Romæ apud Sanctum Marcum, Kalendis Martij, Anno Tertio.

Missa IIII. Martij. E. pro Dat.

XVI. fol. 198.

R.L. Mutius pro Reuerendissimo D. Vicec. B. Amerinus.

Resignatio absque prouisione. *Veronen.*

BEatissime Pater. Cum deuotus Sanctitatis vestrę orator Ioannes Paulus Bronzius Rector Prepositus nuncupatus Parochialis Ecclesiæ præpositurę nuncupatæ Sanctorum Mariæ, & Erasmi Castri Guffridij Brixiensis diœcesis, cui nuper parochialem Ecclesiam Sanctæ Cęciliæ Veronen. etiam tunc obtinenti de primo dicta Ecclesia Præpositura nuncupata certo tunc modo vacante Apostolica auctoritate prouisum, seu prouideri mãdatum extitit, cum decretõ, quod infra certum tunc expressum tempus secundo dictam Ecclesiam in manibus Romani Pontificis dimittere teneretur, propterea decreto huiusmodi parendo, secũdo dictam Ecclesiam in manibus Sanctitatis vestræ sponte & libere resignare proponat, prout resignat de præsenti; Supplicat humiliter Sanctitati vestræ dictus orator, quatenus specialem sibi gratiam facientes resignationem huiusmodi admittere, ac per illius admissionem dictam Ecclesiam sanctæ Cæciliæ vacare, necnon decreto præfato satisfactum esse irritumque, &c. decernere dignemini de gratia speciali. Non obstantibus constitutiõuibus, & ordinationibus Apostolicis, cæterisque contrarijs quibuscunque, cum clausulis opportunis.

Fiat vt petitur F.

ET cum absolutione à censuris ad effectum, &c. & de admissione resignationis, ac decreto præfatis, vt supra. Ità quod sola præsentis supplicationis Signatura, cum consensu, à tergo annotato suf ficiat, & vbique fidem faciat in iudicio, & extra, regula contraria non obstante. Fiat F.

Et huiusmodi cessio fit ob causam prædictam, nã
104 resignatio† simplex in manibus Papæ de raro fit, * vt
* * omnes sciunt, & fuit dictum in vna Cremo.* pensionis 18. Maij 1584. coram R.P.D. Cantuccio, quæ decisio est impressa Venetijs p. 1. decis. 791. num. 3.
105 Et quiá ex † sola supplicatione possessio beneficij non potest capi, vt grauissimis penis statuit Iul. III. in
* sua extrauaganti, quæ est* in viridi obseruantia. Ideo registrata supplicatione, & præstito consensu in Camera, vel Cancellaria expediuntur litteræ pro compli
106 mẽto resignationis, quas ta Signatura oriri scribit Rebuff. in prax. tit. Bull. nou. prouis. num. 1. fol. mihi 131.
107 secuti † instrumentum, & protocollo. §. 1. & seq. Auth. de tabell. coll. 4. Quare nõ ab re erit formam dictarũ literarum ponere, & cõscribere aliquas interpretatio
108 nes iuri, & praxi conuenientes, regulariter † tamen secundum ius interpretantur c. causam de rescri. Card. Paris. cons. 109. col. vlt. vol. 1. Rebuff. loc. cit. num. 2.

SIXTVS

SIXTVS EPISCOPVS SERVVS SERVORVM DEI.

109 DIlecto Filio Thomæ Auolo Clerico Isolan. salutem & Apostolicam benedictionem. Romani Pontificis prouidentia circumspecta, Ecclesijs, & Monasterijs singulis, quæ vacationis incommoda deplorare noscuntur, vt Gubernatorum vtilium fulciantur præsidio, prospicit diligenter, & personis Ecclesiasticis, quibuslibet, vt in suis opportunitatibus congruum suscipiant releuamen de subuentionis auxilio, prout decens est, prouidet opportuno. Cum itaque Monasterium, Abbatia nuncupatum Sancti Viti delo Pizzo, Sancti Benedicti, vel alterius Ordinis Tarentin. Ciuitatis, seu Diœcesis, quod venerabilis frater noster Innicus Episcopus Sabinen. Cardinalis de Aragona nuncupatus in commendam ad sui vitam ex concessione & dispensatione Apostolica nuper obtinebat commenda ipsa ex eò, quod dictus Innicus Episcopus & Cardinalis illi, necnon omni & cuicumque iuri & actioni sibi in regimine, & administratione dicti Monasterij, vel ad illa qũolibet competenti, hodie in manibus nostris sponte & libere cessit. Nos que cessionem huiusmodi duximus admittendam cessante adhuc eo quo ante commẽdã ipsam vacabat, modo vacare noscatur ad præsens. Nos tñ eidem Monasterio de Gubernatore vtili & idoneo per quem circumspectè regi & salubriter dirigi valeat, quam tibi asserenti te in 26. tuę ætatis anno constitutum, & eiusdem Innici Episcopi & Cardinalis ex fratre Germano Nepotem existere, vt commodius sustentari valeas de alicuius subuentionis auxilio prouidere volentes. Teque à quibusuis excommunicationis, suspensionis, & interdictis, alijsque Ecclesiasticis sententijs, censuris, & pœnis à iure, vel ab homine quauis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existis ad effectum præsentium dumtaxat consequendum harum serie absoluentes & absolutum fore censentes, Necnon verum, & vltimum dicti Monasterij vacationis modum etiamsi ex illo, quæuis generalis reseruatio, etiam in corpore iuris clausa resultet, præsentibus pro expresso habentes Monasterium prædictum, quod cura & conuentu caret, ac cuius & illi forsan annexorum fructus redditus & prouentus ad octuaginta florenos auri cum vno tertio alterius similis floreni in libris Cameræ Apostolicæ taxati reperiuntur. Quouis modo, & ex cuiuscumque persona, seu per liberam cessionem cuiusuis de prædictis regimine, & administratione in Romana Curia, vel extra eam etiam coram Notario publico, & testibus sponte factam vacet, etiamsi tanto tempore vacauerit, quod eius prouisio iuxta Lateranen. statuta Concilij, aut alias canonicas sanctiones ad Sedem Apostolicam legitime deuoluta existat, & illa ex quauis causa ad sedem eandem specialiter, vel generaliter pertineat, & de ipso Monasterio Consistoriali disponi consueuerit, seu debeat, & super eiidem regimine & administratione inter aliquos lis, seu illorum possessio, vel quasi molestia, cuius statum & merita, causę, nominaque & cognomina Iudicum, & collitigantium eorumque, ac eiusdem Innici Episcopi & Cardinalis, aliorumque, quorumcumque, cõcessiones, prouisiones, commendas, aliaque iura & titulos. Causasque etiam proprij tituli, ac litis & possessionis, etiam presentibus haberi volumus pro expressis, pendeat indecisa, dummodo tempore Datæ earundem præsentium prædicto Monasterio de Abbate prouisum, aut illud alteri commendatum Canonice non existat, tibi per te, quoad vixeris tenendum, regendum, & gubernandum. Ita quod liceat tibi debitis & consuetis ipsius Monasterij supportatis oneribus, ac tertia parte omnium fructuum, reddituum, & prouentuum ipsius Monasterij in restaurationem illius fabricę, seu ornamentorum emptionem, vel fulcimentum, aut pauperum alimoniam, prout maior exegerit, & suaserit necessitas, omnibus alijs deductis oneribus annis singulis impertita de residuis illius fructibus, redditibus, & prouentib. disponere & ordinare, sicuti ipsius Monasterij Abbates, qui pro tempore fuerunt de illis disponere, & ordinare potuerunt, seu etiam debuerunt, alienatione tamen quorumcumque illius bonorum immobilium & pretiosorũ mobilium tibi penitus interdicta, Apostolica auctoritate commendamus, curam ipsium Monasterij, ac huiusmodi regimen & administrationem tibi in spiritualibus, & temporalibus plenariè committendo. Quocirca venerabilibus fratribus nostris Archiepiscopo Tarentin. & Episcopo Amerin. ac Dilecto filio causarum Curię Cameræ Apostolicæ generali Auditori per Apostolica scripta mandamus, quatenus ipse vel duos, aut vnus eorum per se vel aliũm, seu alios tibi in adipiscenda possessione, seu quasi regiminis, & administrationis prædictorum, ac bonorum ipsius Monasterij auctoritate nostra assistentes faciant tibi à dilectis filijs, vassallis, & alijs subditis eiusdem Monasterij consueta seruitia, & iura tibi ab eis debita integrè exhiberi. Contradictores per censuram Ecclesiasticam appellatione postposita compescendo. Non obstantibus felicis recordationis Bonifacij Papę VIII. prædecessoris nostri, & alijs Apostolicis constitutionibus, ac Monasterij, & ordinis cuius existit, etiam iuramento, confirmatione Apostolica, vel quauis firmitate alias roboratis, statutis, & consuetudinibus, priuilegijs quoque, indultis, & litteris Apostolicis eisdem Monasterio, & ordini eorumque Abbatibus, Conuentibus, alijsque superioribus, & personis sub quibuscumque tenoribus & formis, ac cum quibusuis etiam derogatoriarum derogatorijs alijsque efficacioribus, ac insolitis clausulis, & decretis etiam irritantibus per quoscumque Romanos Pontifices prædecessores nostros, ac forsan nos, & dictam sedem, etiam motu proprio, & consistorialiter aliàs in genere seu specie quomodolibet concessis approbatis, & innouatis, etiamsi in eis, ac statutis prædictis inter alia caueatur expresse, quod prædictum, & alia ipsius ordinis Monasteria nullatenus, aut non nisi de ipsorum Abbatum consensu, ac personis certo in ibi expresso modo qualificatis, conferri, seu commendari possint, & aliter de illis pro tempore, factæ collationes, prouisiones, vel commendæ viribus careant. Quodque eisdem priuilegijs, indultis, & litteris non nisi sub certis modo & forma, inibi contentis derogari possint, & si illis aliàs derogari contingat, derogationes huiusmodi nemini suffragentur. Quibus omnibus, etiamsi aliàs pro illorum sufficienti derogatione de illis eorumque totis tenoribus specialis specifica expressa & individua, ac de verbo ad verbum non autem per clausulas generales idem importantes mentio, seu quęuis alia expressio, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc seruanda foret, illis alias in suo robore permansuris, hac vice duntaxat harum serie specialiter & expresse derogamus contrarijs quibuscumque aut si vassallis, & subditis prędictis, vel quibusuis alijs communiter, vel diuisim ab eadem sit sede indultum, quod interdici, suspendi, vel excõmunicari

nicari non possint per litteras Apostolicas non facientes plenam & expressam,ac de verbo ad verbũ de indulto huiusmodi mentionem.Volumus autem quod propter nostram huiusmodi commendam, Monasterium prædictum in spiritualibus non lædatur,& in temporalibus detrimenta non sustineat,sed eius congrue supportentur onera,iuxta dicta.Nos enim ex nunc irritum decernimus,& inane si secus super his a quoquam quauis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum,Anno Incarnationis Domini 1588.Duodecimo Kalendas Maij,Pontificatus Nostri Anno Tertio.

Gratis pro Nepote Cardinalis *Hieronym.Auila.* *P.Par.pro &c.* *A.Iustus.*
A.R. *P.S.* *A.Be.pro &c.* *Franciscus Contugius pro communi.*
E.Helenus *A.Roccheta.* *I.pro &c.*
I.pro &c.

A.Baldinus pro communi grossos octo &c.
Pep.

A.T.pro communi &c.

Gratis pro Nepote Cardinalis Be.Remondus.

A tergo autem ponitur nota præstiti consensus,& fit mentio litteras fuisse regiſtratas in Camera,& postea fuit in his litteris etiam a tergo scriptum, quod tali die fuit capta possessio,& facta publicatio,cum extensione instrumẽti publicationis,Pro maiori declaratione verba harum litterarum erunt declaranda.

100 *Sixtus* nomen Sanctissimi Domini N. *Episcopus*, scilicet vniuersalis†Ecclesiæ, & Episcopus Episcoporum c.Nouatianus 7.q.1.c.loquitur 24.q.1.*Seruus seruorum*,vt †habetur in c.saluator. 1.q.3.c. vlt. de consuet.& habetur in prooem.decret.& Sext.ac Clemen. nam Papa vtilitatibus,& commoditatibus seruorum Dei se ingerit,vt tradit Mandos.qui plura huius generis explicat in Glos.facultate.§.superscriptio, & Gregorius Primus†Pontificum, ita se inscripsit Archid.
101 in prooem.6.Alberic.de Rosat.in verb.Gregorius, &
* ita stylus* hodie obseruat, adeo vt si appareret bulla
102 absq; huiusmodi inscriptione,de falso esset suspecta,
103 tanquam†contra stylum.l.sacri afflatus, & ibi Bal. in princi.C.de diuers.rescr.c.porrecta,vbi Glos. magna de confirm.vtil.vel inutil.Abb.in c.ex parte 2.num.7. de off.deleg.late Fel.in c.ex parte 1.num.16.de rescr.
104 *Dilecto filio*.nã Papa omnes vocat filios,præter†Episcopos, Archiepiscopos,& Patriarchas.c.quam graui
* de crimine fals.& hunc etiam*stylum Curiæ attestatur Rebuff.in Prax.tit.form.nou.prouis.col.3.vers.&
105 filius,& cum prouideat dignis ca. cum in cunctis de elect.vere illi sunt dilecti.*Thom.Analos*. hic est resignatarius qui generis † nobilitate, præstantia,ac doctrina,& castissimis moribus pollet *Clerc.Iselã. diœc.*
106 sin qua natus est,ipse resignatarius.*Salutẽ,& Apostolicam benedictionem*:Papa enim salutat eum, cui prouidendo†confert,ad not.in Clem.vlt. de sent. excommun.late Rebuff.in form.mand.in principio *Romani Pontificis prouidentia,&c.*ex his verbis colligitur,cum quanta circumspectione sint cõferenda Monasteria,& quibus personis,& quid solet Sedes Apostolica obseruare,in prouisionibus vero aliorum beneficiorum solet poni vitæ,ac morum honestas,quæ verba declarant rationes,quæ mouerint eum ad concedendum.*Cum itaque Monasterium Abbatia nuncupatum,&c.*regitur hoc ab illis verbis modo vacare nosc antur.*Ad præsens ex eo,quod venerabilis frater noster Innicus Episcopus Sabinen. Cardinalis de Aragona nuncupatus,hodie in manibus nostris sponte,& libere cessit*,& sic per resignationem vacat beneficium,† vt late ostendi lib.1.q.5. & est communis
107 *opinio vacat.inquam ex persona resignantis:*Hodie*
108 *in manibus nostris*.nam consensus † retrotrahitur ad
* diem datæ,vt pluries*fuit decisum in Rot.& præsertim in vna Zamoren.Parochialis coram Paleotto 13. Maij 1558.reste Caputaq.decis.71.lib.1.qui attestatur hunc esse communem,* & notum stylum omnibus Io.Paul.decis.38.Cassad.decis.2.de renunc.Sarn.
* q.21.de infir.& in*stylo regulare est,vt in litteris ap-
109 ponatur† hodie in manibus nostris.Caputaq.d.decis. 71.Gammar.decis.19.in manuscr.*Nos tum eidẽ monasterio,&c.* ex his verbis colligitur causa prouisionis,vt prouideatur Monasterio de gubernatore vtili,
110 vt prouisus commodius sustentari valeat. † *Teque a quibuscunque excommunicationis,&c.*per hanc clausulam Papa absoluet prouisum,si eget, a sententia ex communicationis,etiam maioris,& suspensionis, ac interdicti,& eum habilitat,vt non obstãte excommunicatione,suspensione,& interdicto possit consequi beneficium resignatum:nam aliàs non posset, vt dixi late lib.4.q.3.num.44. & hoc siue fuerit excommunicatus a iure,siue ab homine, & ex quacunque causa,
111 & occasione:huiusmodi autem absolutio non† suffragatur in fordescentibus,vt fuit aliàs iudicatum,*teste
* Boer.decis.290.duo permutauerunt, & fuit resolutũ
112 in Rot.vt dixi in d.lib.4.Nec etiam † irregulariter ob notoriam fornicationem, vt respondit Nauar.cons.
113 66.num.1.de sent.excommun.quia† nunquam videtur Papa dispensare super irregularitate,nisi expresse
* dicat Nauar.in Manual.c.77.nu.253.& est cõis*opi-
114 nio.Nec hæreticis c.excommunicamus.§.credentes de hæret.Fel.in c.Apostolicæ col.1.de except.& fuit
* aliàs dictum in*Rot. Nec committentibus † falsum
115 in litteris Apostolicis ad not.in ca.ad falsariorum de crim.fals.Rebuff.in prax.in form.nou.prouis.fol. mihi 144.num.89.col.11.& cum seq. Nec incendiarijs,
116 violatoribus †Ecclesiarum,& alijs personis relatis in reg.61.cancell.Sixti V.Et huiusmodi absolutio,vt in litteris dicitur, datur ad effectum præsentium, vt ad hunc effectum suspendatur excommunicatio,suspẽsio,&

sio,& interdictum declarat, vt Rebuff.loc.citat.nu-
117 mero sexto.vnde si post huiusmodi absolutionem†se ingerat in diuinis,esset excommunicatus. c.15 cui de sent.commun.lib.6.nec potest habere beneficium ab
* ordinario absque alia absolutione,& hæc est* communis opinio.Et huiusmodi clausula *Teque absoluentes &c.*nascitur ex ventre signaturæ,in secunda†parte supplicationis,dum dicitur,& quod obstantię oratoris habeantur pro expressis,seu in toto, vel in parte
118 exprimi possint Rebuff.in Prax.fol.145.num.2. & tãtum operatur,ac si nominatim expressio fieret, Ant. de Butr.cons.2.col.1.Felyn.in cap.in nostra coroll.9. de rescr.& quamuis habeantur pro expressis,exprimi tamen possunt. *Nec non Monasterium prædictum, quod cura,& Cõuentu caret.&c.* necesse est enim,vt hoc exprimatur,vt Papa sciat qualitatem beneficij,vt latius dicam infra libro. 10.*Cuius & illi annexorum fructus &c.*expressio fructus,vt de clarau. supra in interpretatione supplicationis:*Quouis modo,& ex cuiuscunque persona &c.*huiusmodi enim clausula solet dari,†vt tradit Mandos.in prax.Signat grat.tit.resignationes.colu.5.vers.clausulæ,siue premisso &c. Et
119 quando solet poni,præterquam per obitum,vt idem Mandos.tradit in ead.prax.verb.derogationes Burs.at cons.394.num.11.nõ quis non sperans obtinere possit beneficium per obitum vacans confingat per resignationem vacare,& per clausulas generales illud aucupetur,& sic indirecte assequatur fid,quod via ordi-
120 naria non posset,contra c.cum quia vna de regul.iur. lib.6.Dec.cons.561.ant.num.5:Si autem dicta rostri-ctiua,præter quam per obitum non apponatur,Dubitatur,An vi dictæ clausulæ resignatarius possit capere beneficium resignatum vacans per obitum legitimi possessoris,quamuis resignans nullum ius habuisset. Quidam doctores maximæ auctoritatis tenuerint
121 negariuam,quia collatio facta per† resignationem nõ comprehendit vacationem per mortem.Felin.in c.in nostra nu.37.in fin.de rescr.Rot.decis.153.de rescr.in antiq.& decis.22.de præben.in nou.Io.Selu.de benef.
* p.3.q.12.n.72.& communiter*Doctores in c.suscep-
122 tum de rescr.lib.6.dum scribunt qd†expresso vno mõ vacatio p resignationẽ, nõ venit vacatio per obitum, Butr.cons.43.Eneas de Falco.tract.de reseru. benef. q.1.num.3.& 4.& hanc opinionem Domini Abbre-
* uiatores*tenuerunt in vna Ispalen. teste Mandos. de signat.grat.tit.resignationes col.5.vers.nõ addita &c.
* Contraria tamen opinio verior est,*& communis, vt
123 vi dictæ†clausulæ resignatarius possit capere beneficium,vacans tunc per obitum legitimi,& veri domi-
* ni;quamuis resignans nullum ius habeat,vt fuit*resolutum in Rot.coram Card.Sanctæ Crucis die.27.Februarij.1559.teste Cotta decis.277.& in vna Spoletan.beneficij 4.Iulij.1550.coram Pelegrin.teste eodẽ
* decis.266.lib. 2.& 347.lib.3.in manuscr.& in dict.* Ispalen.cantoriæ de anno 1539.teste Moedan.decis. 107.in manuscr.Mandos.loc.cit.& ratio est quia per clausulã, siue alio quouis modo vacet, omnis modus
124 vacandi,siue†directus,siue indirectus,etiam accessorius ex intentione,concedentis includitur,dummodo ex psona exprima, & nominata in gratia vacet Glo. Gemin.Imol.& alijs in dic.c.suscepturn de rescr. lib. 6.Rot.dec.1.num.4.& dec.14.& decis.17.de rescr.in nou.Egid.Bellam.decis.680.Iapus alleg.79.num.2.vbi Mandos.in additionibus dlures adducit. Card. Paris. cons.33.num.29.vol.3.Cassad.decis.5.de præben.Gemin.cons.79.Card.cons.30.num.3.Sarn.de infir.resignan.q.34.in fin.Socin.sen.cons.32.n.29.vol.1.Card.
* Palcot.decis.348 incipit Andreas, & * communiter alij Doctores.Vnde si.beneficium vacet per obitum,
12 Et ratio est† vt euitentur infinitæ fraudes, quæ possent fieri, Put. ead. decis. 111. lib. 3. in fi.

Hinc est, quod intimatio reuocationis procurato-
13 ris ad resignandum, sit† quoque in Cancellaria, & Camera. Achil. de Graff. decis. 12. de procur. Caputaq. de cis. 31. lib. 3. in manuscr. Put. decis. 110. lib. 2. & ita seruari* attestatur Moedan. decis. 150. incip. circa, & ita
* fuisse pluries decisum* per Rotam, attestatur Caputaque, & Achill. de Graff. in præalleg. decis. non enim pōt præstari consensus, nisi in Cancellaria, vel Came-
* ra, vt fuit* resolutū teste Mandol. de infir. q. 9. num. 5.

Hinc etiam, quod si quis consentiat alibi, quam in
14 Camera, vel† Cancellaria, nulliter consentit, vt fuit re-
* solutum in* vna Asturicen. Parochialis coram Antonio Aug. die 5. Martij 1548. teste Put. d. decis. 111. libro 3. Namque ibi principalis porrexit supplicationē resignationis, in fauorem N. postea constituit procuratorem ad consentiendum, & quia procurator non consensit, & supplicatio erat signata, principalis narrando supplicationem esse signatam, illam ratificauit fuit resolutum nullam esse resignationem. Et hæc cō-
15 clusio procedit in omnibus, & quibuscunq; †personis
* volentibus resignare, vt tradunt communiter* curiales. Exceptis tamen Cardinalibus, qui ob eorum maximam dignitatem, & infinita priuilegia, præstant cō-
16 sensum† per scedulam propria manu subscriptam, pro
* prioq; sigillo sigillatam, & hūc esse* stilum attestatur Cassad. decis. 2. in princ. de renunc. Orad. in præalleg. decis. 82. incip. Placent. lib. 1. in manuscr. Nauarr. in c. Accepta oppos. 7. num. 27.

* Hinc Caputaq. decis. 28. p. 3. refert fuisse* decisum
17 in Rota de anno 1551. regulam† de extenden. cōsensibus, non habere locum in extensione consensuum præstitorum per Cardinales; nam regula loquitur de consensibus præstitis coram Notario, & testibus, Cardinales autem præstant per schedulam; ideo non cōprehendit Cardinales, nam cui non conuenit qualitas legis, non conuenit dispositio l. 4. §. ait prætor. ff. de damn. infect. & quia regula facta est ad tollendas frau-
18 des, quæ† in Cardinalibus non præsumuntur. Sarn. in proœm. regul. q. 6. num. 10. forma autem scedulæ est huiusmodi.

19 Nos† Vicētius tit. sancti Clementis presbyter Cardinalis Montis regalis nuncupatus, harum serie cessioni commendæ Prioratus Beatæ Mariæ de Contamina Cluniacen. Ordinis Gebennen. diœcesi, inquam illum ex concessione, & dispensatione Apostolica ad vitam obtinemus, ac omnis, & cuiuscunque iuris nobis in dicto Prioratu, vel ad illum quomodolibet cōpeten. ac literarum expeditioni in manibus Sanctissimi D.N. PP. in fauorem Domni Philiberti Millieti Clerici Gratianopolitan. Diœcesi. in Theologia Magistri, & perpetui commendatarij Monasterij eiusdē B. Mariæ Vallis Alpium Cistercien. Ordin. Gebenn. Diœcesi. referuatis tamē nobis valide omnibus, & singulis fructibus, &c. Iuribus, censibus, decimis, obuē. oblationibus, & emolumen. ordinarijs, & extraordinarijs in quibuscunq; rebus cōsistentibus dicti Prioratus de Contamina, & illi annexi membrorum, & pertinen. quorumcunq; per nos quo ad vixerimus; vel alium, seu alios nomine nostro propria auctoritate libere percipiendis, colligendis, leuandis, exigēdis, recipiendis, recuperādis, arrendandis, locādis, & dislocandis, ac in nostros vsus, & vtilitatē conuertendis loco pensionis annuę, excepta tamen summa 50. scutorū aureorum per nos eidem D. Philiberto quoad vixerit & quibuscunq; successoribus suis annis singulis pdicta reseruatione durante pro vna in sancti Ioā. Baptistæ proxim. futura incipiē. & altera medietatibus summa 50. scutorum huiusmodi in D.N. Iesu Christi natiuitatum festiuitatibus præstanda, & persoluēda, qua contenti esse debeant, nec quicquam aliud, siue alimē torum, siue alia quantumcūq; graui causa petere possint, necnō collatione, prouisione, præsentatione, electione, institutione, & quauis alia dispositione oīum, & singulorū beneficiorū, & officiorū Ecclesiastico-
rū cum cura, & sine cura, secularium, & quarūuis ordinū regulariū ad collationē, prouisionē, præsentatio

nem,electionem,institutionem,& quamuis aliam dispositionem Prioris,seu perpetui cómendatarij Prioratus huiusmodi de iure,consuetudine,priuilegio,ac aliàs quomodolibet pertinen. illorum vocatione pro tempore occurrẽte per nos, & quoad vixerimus,aut Vicarium, seu Vicarios a nobis deputandos in omnibus,& per omnia, prout ante cessionem huiusmodi tam ordinaria auctoritate,quam vigore indulti Apostolici,nobis desuper concessi poteramus facien das, ac constitutione,& deputatione quorumcunque Vicariorum,officialium,& ministrorũ dicti Prioratus, illiusque omnimoda,& totali iurisdictione,& auctoritate,& alias in omnibus,& per omnia : iuxta formã supplicationis de super signatæ,vel signandæ consentimus, & tacto pectore iuramus. In quorum fidem præsentes manu nostra subscriptas ex inde fieri, & sigilli nostri impressione muniri fecimus.

Datum Romę in Palatio nostræ solitæ residentię, Die 2.Mens.Octobris M. D. LXXXIX. Vincentius Cardinalis Montis Regalis.

Locus Sigilli.

* Et ita* stylus interpretatur dictam regulam quo ad hoc.

Quarto dubitatur,per quos præstetur huiusmodi
20 consensus? Respondet per Resignantes,si sunt in Curia,si vero sunt absentes per procuratores specialiter ad hoc constitutos,ita enim mandat fieri dicta regula Cancellariæ ibi. *Si præsens in Romana Curia fuerit, personaliter, alioquin per procuratorem suum &c.*
* & communiter* Doctores hoc,absq; cõtradictione, affirmant, & Notarij recipiunt consensum procura-
21 toris,quotiescunq;fadeat mandatum specifice ad hoc
22 vt dicam lib.9. Vnde vigore † litterarum Notarij non extendunt consensum, Achil.de Grass.decis. 1.de renunc.alias decis.322. Ex quo infertur, quod præsens
23 in Curia non potest constituere procuratorem ad resignandum beneficium. Gig.tract.de pens. q.11.vbi
* dicit,hanc opinionem esse veriorem,& seruari*in pra
* xi,Bursat.cons.395.num.28.vol.4.&*communiter,vt dicam lib.seq.limit.in Camera,vt per Glosat.in 14.regul.Cancell.Innoc. VIII.vnum autem non omittam,
24 quod licet idem operetur consensus per se,† & per procuratorem,ac eundem effectum,vt alias scripti tamẽ datur casus in quo plus operatur consensus præstitus per se:nam si quis consentit per sonaliter pensioni cõstitutæ,præsumitur cõsensisse regressui,in eadem sup
* plicatione existenti.ita fuit* resolutum in vna Columbrien.Cantoriæ coram Pelegrino teste eodem Pelegrino decis.88.lib.2.nam videtur præcepisse cessionẽ cum omnibus qualitatibus.

Quinto dubitatur,quomodo debeat esse huiusmo-
25 di consensus? Respondeo expressum in Camera,† vel Cancellaria,scilicet penes dictos Notarios,vt colligi
* tur ex regulâ supradicta,&*communiter recipitur ab
* omnibus in*praxi,vt tradit Put.decis.10. num.5.lib.
2.Nam vbi in aliquo actu requiritur consensus,intel-
26 ligitur tale expresso,Sarn.de impetr.benef. per obit. Famil.Card.q.11.num 2.Dec.cons.Aret.in l.2.§.voluntatem.ff.solu.matrimonio,vbi inquit in prima co-
27 lumna vers.aduerte, quod licet interdum † voluntas etiam in tacita voluntate verificari possit,tamen consensus,de sui natura,videtur importare cõsensum expressum,sequitur Dec.cons.409.nu.3.& 4.& ita fuit

* .* resolutum in vna Camerien.Scholastriæ,& præbendæ coram Ant.Aug.die 15. Ianuarij 1553. teste Caputaq.decis.208.lib.1.Rot.decis.15.num.2. de offic. deleg.in nou.

28 Ex quo primo infertur,non† esse validum consensum, qui colligitur ex supplicationis porrecti one ad effectum,vt abdicetur ius a resignante, & vt satisfiat dictæ regulæ,vt colligitur ex Put.decis. 111. libro 3.
* & pluries fuit* resolutum in Rota, & communiter
* * ita seruatur.

29 Secundo infertur,non † esse sufficientem,quo adhũc effectum,consensum, qui appellatur parvus, ita
30 Cott.decis.16.in manusc.namque parua data,& parvus consensus datur à Datario,& remanet penes partes,vt post alios, quos citat. scribit Bursat dict.cons. 393.num.7.vers.1.cum seq. Tertio infertur,non esse sufficientem consensum quemlibet tacitum,namque
31 requiritur expressus,vt patet ex supradictis,ideo † nõ
* dicitur sufficere tacitus;iuxta*communes conclusiones, & regulas traditas a Doctoribus passim, forma enim non impletur modo † tacito, Put.decis.182.libro 1. Sarn. de impetr. benef. vacant.per obit.famil. Card.q.11.colum.2.Dec.in c.dilec.num. 2.de appell.
* Tiraquel.de legib.connub.Glos.7.numer. 5.&*communiter DD.

Quarto infertur non sufficere consensum, etiam
33 expressum,si ille consensus fuit præstitus alio in loco
* quam in Camera,vel Cancellaria,prout fuit* resolutum in Rota in dicta Aftoricen. die 5. Martij 1548. coram Ant.Aug.teste Put.d.decis.111.lib.3.namq; ibi fuerat per principalem,qui porrexerat supplicationem,approbata illa supplicatio,recepta, ac signata a Summo Pontifice,& tamen fuit dictum hunc expressum consensum non suffragari.

Et ratio dictarum illationum est, quia paria sunt non consentire,vel consentire,& nulliter,puta nõ ser
34 uata forma,†vel modo expressis,vt scribit Put. decis. 360.nu.6.lib.2.sicuti paria sunt,non facere, vel face-
35 re,† & minus idonee l.quoties.ff. qui satisdare cogantur,l.duo sunt Titij.ff.de testa.tutel.l. non putauit.§. non quæruis.ff.de contratab.Alex.in l. quoties sub nu-
36 mc.5.C.de hæred.inflit.& paria sunt † non probare,
* vel probare,& minus sufficiẽter Doctores* communiter in c.in præsentia de proba.Accedit & ratio quę maxime congruit huic cõni, quia quoties agitur de
37 præiudicio alicuius,tunc requiritur† consensus formalis.Alex.in l.ti quis mihi bona §. iussum.ff. de acquirend hæred.Bal.in l.1.in vlt.carta C.qui admitti, quem ad hoc refert,& sequitur Put.decis.100.num.5.lib.2.Sed hic agitur de præiudicio,namq; renunciare quis non
38 † præsumitur beneficium,nisi expresse constet, vt est
* * communis opinio Doctorum, de qua dictum est
39 suo loco,& renunciare est† donare,vt est etiam* com-
* munis opinio,vt late ostendi lib.1.q.1. Et ob id licita est pœnitentia in resignationibus,donec † præste-
40 tur dictus consensus expressus in Camera,vel Cancellaria:Put.decis.15.17.19.sub tit.de renunc.in manusc.
* Moedan.decis.189.&*communiter Doctores, vt di
* xi lib.1.q.12.nam ita pluries* fuit resolutum,in vna Placent.in vna Toletan.in alia Salamantin. prout dicetur suo loco,& tradit Paleott.decis.257.Idque amplatur procedere,etiamsi in suprascriptione supplicationis dicatur,resignantem dedisse consensum,namdonec non est præstitus,& extensus à Notario,licitũ
* est de stylo*. Curiæ recedere,ita attestatur Caputaq.
* decis.217.p.1.num.8.& fuit* resolutum in vna Placẽtin.Parochialis 7.Nouemb.1554.

Hinc

Hinc post præstitum dictum consensum, abdicat
41 ius a† resignante,vt est*communis omnium Doctо-
* rum sententia,nam antea non,quia cum aliquid sup
42 est agendum,nihil dicitur† actum c. cum super de offi. deleg.l.vlt.C.ad Sillan.cap.1.de Baptis.Sarn. de subrogan.collitig.q.10.& Bursat.cons.393.n.13.vol.4. Car. S.Crucis decis.143.in lib.diuers.manusc.r.

1* Et tandem omnes* scribunt,hunc† esse formalem
43 consensum,vt late tradit Sarn.*communiter receptus
*44 de infr.resign.q.31.col.2.a quo † computari tempus,
* de quo in reg.Cancel.de instr.resign.fuisse *resolutũ. in Rota attestatur Crescent.decis.226.n manuscrip. & etiam tempus,de quo in reg.Cancell.de subrogan collitig.Sarn.d.regu.q.10.& etiam tempus,de quo in regu.public.Sarn.de publican.q.7.licet hodie secus,p extrauagan.Pij V.& Gregorij XIII.

Sexto dubitatur,an aliter præstitus consensus sit
45 inualidus? affirmatiuc respondendum absque dubio erit,idque expresse, vult Gl.in reg.Cancell Innocen. VIII.regu.43.Boer.decis.348.nu.1.Put.decis.111.li.
* 3.qui dicit ita fuisse decisum*in vna Asturicen.Paro
* chialis coram Ant.Aug.5.Martij 1548.& *cõmuni
46 ter Doctores.Et ratio est,quia paria sunt† non præstare consensum,vel illum præstare absque solennitate requisita Put.decis.360.nu.6.lib.2.sed cum hæc regula Cancellariæ requirat consensum eo modo,vt supra dictum est,& de stylo*lit receptum esse præstan
* dum in Camera,vel Cancellaria, sequitur hunc stylũ
47 esse seruandum tanquam legem.l.vlt.C.de iniur.capi. quam graue in fine.de crim.fals.Cald.cons.8.nu.4.de refer.Guid.Pap.cons.119.num.4.Card.Paris.cõs.128
48 nu.4.vol.4.& sicuti actus* contra legem est nullus. Ie,
49 non dubium C.de legib.ita,† & contra stylum,Craue. cons.291.nu.19.20.Gig.respons.22.nu.8.Ferret.cons.53.Alciat.cons.220 in fin.

Hinc si alicui prouideatur de beneficio,& apponatur
50 clausula,de consensu Cardinalis N.habentis famili
* aritatem,prouisio est nulla absque dicto consensu; ita* fuit resolutum in Rota in vna Astoricen. Canonicatus,& Præben.4.Octobris teste Put.dec.282.li.3.

Ex quo sequitur,quod literæ non possunt expedi
51 ri,nisi fuerit† consensus præstitus in Camera, vel Cancellaria;namque id expresse prohibetur per hanc regulam his verbis. *Apostolicæ litteræ nullatenus expediantur nisi resignans, vel cedens &c.* & sic forma
52 est data,a qua non† potest recedi. Dec.cons.90.nu.6. & cons.262.num.4.Card.Paris.cons.12.num.47.vol. 1.& si forsan fuerint expeditæ,nullæ, & tualidæ sunt,
53 namque adest verbum,† nullatenus,quod absq; dubio annullat litteras expeditas ipso iure.Gl.in 43.Innocẽ. VIII.in terminis,Boer.decis.348.num.1.& colligitur ex trita regula,de qua per Gloss.in Clem.prima verb. nullatenus,sicut omnino,& penitus.cũ ordinarijs.§. in conferendis de off.ordin.lib.6.Card. Paris. consil. 22.nu.26.lib.

Et per consequens nouus consensus requiritur, nã quando primus præstitus fuit extinctus, vel nullus a-
54 ctus,super quo fuit interpositus;tunc † in revalidatione requiritur nouus consensus l.contractus.vbi Cyn. C.de fid.instrum. Dec.cons.661.num.14. Corn.cons. 71.num.9.& seq.lib.2.Crauett.cons.39.num. 3.& ita
* fuit resolutum in vna* Toletan.Parochialis corã D. Aquen.14 Maij 1539.& in vna Cochen.beneficij sancti Michaelis coram Put.& in alia Tarraconen. corã Achill.de Grass.& rursus in alia Tarraconen.Canonicatus & Præben.coram D. Vestano 16. Decembris 1552.teste Caputaq.decis.211.par.1.

Bene verum est,quod bonus consensus interuenit
55 se præsumitur† in expeditione literarum postquã sunt expeditæ,vt in terminis scriptum reliquit Caputaq. decis.213.in princ.par.1.

56 Et ratio prima est,quia semper capit† præsumptio pro validitate actus iuxta not.in l.quoties.ff. de verb. oblig.& in l.quoties.ff.de regul.iur. Paul. de Castr.in l.ex imperfecto C.de testamen.adeo, vt hæc præsumptio,vt valeat actus† præualet alijs præsumptionibus, Dec.in l.post quam liti.nu.23.C.de pact. & ob id, vt
58 actus valeat,receditur† a natura dispositionis l.qui cõcubinam.§.qui hæres.ff.de leg.3.Dec.in ca.quoniam Abb.nu.16.de off.deleg:Alciat.tract.præsumpt.regu. 3.præsump.34.Cefa.cons.138.nu.13.vol.1.

59 Secunda ratio,quia presumitur pro† Notarijs Cameræ,& Cancellariæ,ac alijs officialibus,nam si non recepissent consensum,nisi bonum,& non permisissent fieri expeditionem literarum,arg: nota.per Bur. in cap.quoniam contra col.penul.de probat. cũ alijs tradit per Alciat.tract.præsumpt.reg.4.præsump. 10. cum sequen.Roland.a Vall.cons.90.nume. 12. lib. 1. Ale. cons.92.col.3.lib.5.Quod absque dubio,eo magis vendicat sibi locum, & procedit,quando multo tempore antea litteræ erant expeditæ,namque cõsen
60 sus,qui requiritur ad validitatem actus,ex spatio longi temporis præsumitur intercessisse Ant.de Butr.in c.ea noscitur de his quæ fiunt a Prælat. Alex.cons.111.colum.penult.in fin.lib.4.Ital.in l.1.nume.105.C.qui admitt.Ruin.cons.63.num.6.lib.1.Card.Paris.cons.85. num.13.vol.4.Dec.cons.183.col.penult.in fin.Crau.
* cons.264.num.9.&*communiter Doctores, vt per Mascard.de probat.conclus.417.num.1.cum sequen. etiam in præiudicium tertij Alex. cons. 1.lib.4.Dec.
* cons.409.Cefal.cons.328.nume.34.&* communiter Doctores,vt per Bursat.cons.425.num.9.vol.4.Et
61 magis,quia sumus in actu,qui licet fieri,& expediri dicto consensu precedente,Gozad.cons.11.num.14. Hier.de Mot.in tract.de finib.reg.c.105.num.13. Tiraquel.in Tract.præscript.vers.per decem annos §.1. Closs.4.vers.3.

62 Et tempus dicitur longum, vt præsumatur cõsensus decem annorum,Imol.in cap.illud de præsum.Lambert.in tract.de iur.patron.lib.1.q.9.princ.prima par. num.107.vers.& dicitur.Mascard.dict.conclus.417. num.2.

Septimo dubitatur,si litteræ prouisionis sunt refor
63 mandæ,an requiratur nouus consensus in hac reformatione,vel sufficiat iam præstitus? & quidem loquẽ
* do de simplici consensu fuit* resolutũ in Rot. in una
Pientin.de Morticello 7. Nouembris 1554. coram
63 Oradino,non requiri nouum consensum, teste Ca-
64 putaq.decis.213.par.prima,& ratio est,quia† simplex, & purus consensus præsumitur durare,l.eum qui voluntatem ff.de probat.c.maiores in fin.de Bapti.cum alijs,vt per Alciat.de præsum.regu.2.præsumpt.16.& hanc opinionem tenet Moedan.decis.60.incip. in eadem patr.tit.de renun.vbi inquit, quod*practica est,
* vt signata supplicatione consensus præstetur in Camera,vel Cancellaria,& postea expediũtur Bullæ,in quibus,si est aliquis defectus,tunc fit reformatio ad primam supplicationem,vel noua prouisio tollens defectum,pro expeditione sufficit primus consensus.

Et ratio rationis est,quia quando per primũ actũ satisfit menti disponentis, intelligitur etiam de actu secundo Bal.in l.fideicommissa.§.si quis decem.ff.de leg.3.Fel.in c.Innouamus.vers.fallit primo & ver.fallit.quinto de tregua,& pac.

Hinc

Hinc Bald.in l.liberta tua C.de oper.libert. in materia consensus tradit regulam,quod consensus erat, & nocet,quàndiu tela non est succisa,sed durat actus
65 †principalis.Et sufficit,vt consensus quandocunque interueniat,Bart.& Ias.in l.si quis mihi bona.§.iussum ff.de acqu.hæred.Ideo Put.decis.258.num.7.lib.3. inquit quod consensus semel præstitus præsumitur durare,si consensus est simpliciter præstitus,dat exemplum,quando quis consentit resignationi faciendæ,si
* vero consensus est ad certum actum breuitatis,tunc
* secus,vt in casu suo in vna*Roman. dotis 17.Iunij. 1549.
66 Et dicitur†simplex,& purus consensus quotiescunque fuit præstitus iuxta formam supplicationis,& contenta in supplicatione concernunt validitatem resignationis,& tendunt ad corroborationem voluntatis
* renunciantis,ita fuit*conclusum in dict. Pientin Parochialis de Monicello 7.Nouembis 1554.corá Oradino,teste Caputaq.decis.214.par.1.

Ex quo colligitur,quod potest etiam hoc modo
67 præstari consensus†iuxta formam supplicationis, etsi duæ supplicationes eiusdem datæ reperiantur,in quarum vna referatur resignáti regressus,in alia vero nó postea vero resignatarius consensit iuxta formam supplicationis signatæ sub tali data.Fuit alias dubitatum in Rota coram Io.Paulo in vna Abulen. Parochialis,
* ad quam supplicationem referatur? fuit*resolutũ re-
68 ferri ad supplicationem,in qua regressus†non erat reseruatus,quia ille,qui habet regressum debet probare consensum,quem cum non probet concludenter, quia referri potest ad aliam supplicationem,ideo &c. teste Pelegrin.decis.135.in manuscr.

Octauo dubitatur,vbi extendatut cõsensus p No
69 †tarios Camerę,vel Cancellariæ Responde, † in libris eorũ iuxta constitutiones Clement.VII.19.2c.& 45. de quibus infra latius dicetur,omnia declarando. Et donec fuerit extensus consensus in his libris Camerę
70 vel Cancellarię,resignans potest†pœnitere. Sarn.de in fin.resign.quæst.31.num.secundo,Crescent.decis.75. Fab.decis.48.Moedan.decis.289.omnes in manuscr.
* & fuit resolutum*in vna Acherontin.fructuum Veneris 16.Iunii 1579.coram Brauo, vt habetur decis. 471.part.prima,& dixi lib.primo quæst.12.in qua etiã
*71 fuit*dictum,quod paruit consensus non habentur in consideratione,nam sunt potius quędam præparamẽta,quam quod vere rei perfectionem demonstrent,q
72 ex modo illos annotandi patet,quia Notarius quando illos annotat solum apponit diem,mensem,& annum,& nomen procuratoris,vel principalis,si principalis, illum præstet, deinde si pars illum vult sibi consignat. Scribitur etiam consensus formalis, de
73 quo loquimur, a tergo † in supplicatione originali,& litteris,prout tradunt Ant.Augustí.decis.256. lib.3.Crescent.decis.209.lib.primo Pelegrin.decis.69 lib.etiam primo in manuscr.& ita fieri communiter
* videmus,& practicamur.Ideo inquit Put.decis.368. num.quarto lib.2.quod consensus solet apponi a tergo Bullæ,in literis prouisionis,& nisi apponatur literæ sunt nullæ,& non solent literæ expediri,nisi extenso consensu a tergo ipsarum,vt tradit Moedan.decis. 111.in eadem,in manuscr.

Limit.non procedere,quoties quis prouidetur de
74 beneficio,†& datur decretum dimittendi primum beneficium,quod obtinet,in manibus Sanctissimi.Si.nisi dimittat, quia beneficium vacat vigore decreti,
* non extenditur consensus a tergo litterarum; & ita * hodie practicari in Cancellaria videmus. Idque non
caret ratione,quia beneficium non uacat ex con.ensu,sed ex decreto,vnde &c.

75 Et hic non est ostendendum, quod Notarij nunq̃ solent annotare horam præstationis consensus,vt fuit
* *dictum in Rota in vna Imol.Canonicatus,& præbẽdæ 28.Aprilis 1578.coram R.P.D.Cantuccio.

Nono dubitatur,quomodo probetur fuisse præsti-
* tum consensum in resignatione beneficij? Rot.*corá Decano Deza die 8.Iunij 1552.in vna Camaricen.Canonicatus sancti Gangerici censuit, consensum non
76 probari per testes de publica voce, & fama,quia talis
77 probatio esset semiplena,†Doctores omnes in le.admonendi.ff.de iureiur.Put.decis.368.nu.5.lib. 2.quæ
78 non sufficit quia requiritur plena,cum talis†probatio non sit difficilis,teste Caputaq.decis.212.part.prima.
* qui attestatur requiri,ex mente* Rotę,plenam †probationem ad probandum consensum. Declara ta-
79 men,vt consensus possit probari ex dicto † Notarij Cancellarię, & testium, vt fuit resolutum
* *in vna Camerinen.coram Chiroga,vt habetur in lib. diuers.deci.3.Vere autem probatur,si loquimur de re
81 signatione facta coram summo Pontifice,si in bullis†
* prouisionis fiat de hoc mentio,prout requiritur* de stylo:nam tunc probari consensum scribit Put.decis. 368.num.3.li.2.Si de resignatione coram ordinarijs,
82 si apud Notarium de hoc appareat: Quo constito,satis consensus probatur, maxime concurrentibus aliquibus,scilicet epistola iuxta ea,quæ scribit Soccin.Senior.cons.291.col.7.in fi.nu.12.lib.2.& cons.41.li.3. vel alias 2.

Immo ego auderem firmare conclusionem hanc,
83 vt visis†literis renunciationis præsumatur consensus interuenisse,nam aliter literæ non fuissent expeditę,vt
* in simili fuit dictum*in Rota.in vna Tolentin.ut per
84 Put.decis.439.nu.6.li.1.præsumendum enim† est pro Notarijs his;vnde aliter asserenti incumbit onus probandi,& hanc esse veram sententiam existimo quicquid alij voluerint.

85 Hinc consensus†Capituli præsumitur in alienatione rei Ecclesiasticæ,Anchar.cons.136.Alex.cons.79. col.3.li.1.Capic.decis.4.late Mascard.conclus.416.n.
* 19.cum seq.vbi ponit*communem in consensu†Sũ-
86 mi Põtificis in alienatione rei Ecclesiasticæ facta,&c.
* Non omittam,quod alias in vna*Segobi. fructuũ, 11.Nouembris 1554.coram Oradino fuit resolutũ, consensum fuisse præstitum certa die,in qua consen-
87 tiens erat in carceribus,non probari per testes,nisi cõcludenter deponant de initio, & consumatione illius diei,teste Caputaq.decis.218.part.1.

* X.Dubitatur,quia*communis conclusio Doctorum est,vt resignans,& resignatarius consentiant,quã do resignatio est cum reseruatione fructuum,aut põtionis,resignans vt abdicetur ius ab eo,resignatarius vt resignanti reseruetur pensio.An debeat põstari vno,
88 & eodem tempore consensus†resignantis,& resignatarij?vera conclusio est negatiua, secundum quã fuit
* resolutum *in Rota.teste Crescent.decis.105.libr.1. in manuscr.

Et ratio est, quia nullibi cautum reperitur eodem
89 tempore esse præstandum,ergo nequet dicendum l.illam C.de collat.Oldrad. cons.202. Crauett.cons.90.
* nume.2.vers.2.valet. Immo regula*communis est in contrarium,quæ se habet,quod vbi consensus requi-
90 ritur in aliquo actu,sufficit quod†quandocunq; præstetur,Alex.Ias.& alij omnes in l.si quis mihi bona.§. iussum.ff.de acqu.hæred.Rota.decis.3.in fin. de con-
91 fess.in nou.Si autem eodem†contextu præstentur coram eodem Notario,& testibus super vtraque supplicatione efficit actus correspectiuos, Achil. de Grass.
* decis.vnic.de resign.in manuscr.ex not. communiter
92 *per Doctores in l.petens C.de pact.& data nullitate
* †uius,corruit & alter,vt fuit*resolutum in vna Bononien.translation.pensionis veneris 23.Ianuarij 1579. coram Illustrissimo Card.Aldobrandino,vt habetur decis.446.part.1.inter diuers.impress.Venet.nã actus
93 correspectiui†habentur vno actu tũ,vt vnus nequeat ab alio separari,Corn.cons.vlt.lib.1.& cons.10.& 36. lib.2.Crauett.cons.153.n.8.Tiraquell.in l.si vnquam in verbo.Donatione largitus nu.117.C.de reuocan.donat.verum secundũ plures peritos & practicos vnus consensus non potest,& non solet extendi absque a-
94 lio,nam vterque est formalis,& cum vnus sit pars alterius,forma erit indiuidua,Bald.in l.si veritas C.de fideicomm.Alex.in l.si is qui quadringenta.§. quidam. ff.ad l.Falcid.Dec.cons.532.num.5.& fuit dictum *in vna Acherontin.fructuum.16.Iunij 1579.coram R.P. D.Brauo,vt habetur decis.471.num.8.& 9.par.prima namque ibi vnus voluit cassare reseruationẽ fructuũ valide tamen sibi reseruata pensione, fuit resolutum esse licitam pœnitentiam,donec vterque cõsensus sit
95 extensus,quia rest dicitur integra ad not.per Ias. in l. si pecunia nu.5.ff.de condic.caul.dat.Curt.in l.cũ ponas nu.3.& in l.si petens nu.39.C.de pact.

Et in tantum est necessarius hic consensus in resignatione conditionali,quod si antequam resignata-
96 rius cõsentiat,resignans † mortuus fuerit beneficium vacat per obitum resignantis,& per illius obitũ a quocunque impetrari potest,prout fuit resolutum in Rota in vna Mantuana Canonicatus,& præbendæ,teste Crescent.decis.37.lib.1.in manuscr.& in alia Brauaren.Vicarię coram Pisaurien. teste eodem Crescen. decis.226.in manusc.lib.1.aliàs 226.

Et ratio est,quia cum resignatio esset conditiona
97 lis,requiritur † adimplementum conditionis ante mortem resignantis,Bart.& alij in l.1.ff.de condic. & demonstr.& regula est,quod vbi aliquid agendum super est,nihil dicitur actum,c.cum super de off.deleg. l.vlt.C.ad Sillan.Boer.cons.39.nu.13.vol.4.Burlat.decis.348.sub.nu. 2. & ideo post mortem non poterit consentire,quia res non est integra, quia resignanti non amplius regressus nec reseruatio fructuum acquiri potest.

Et quotidie fiunt mandata ad cedendum,& con-
98 sentiendum cessioni in euentum quod mihi reseruetur pensio,& ad consentiendum pensioni,in euentu, quod mihi resignetur tale beneficium,ita Crescen.decis.105.lib.1.in manuscr.& nulla est pensio reseruata
99 absque consensu†resignatarij,vt fuit* resolutũ in vna Compostellana 14.Nouembris 1551.teste Caputaq. decis.35.lib.3.

100 XI.Dubitatur,An†si consensus põstitus iuxta hanc regulam Cancellariæ sit nullus,vt quia non fuit præstitus per procuratorem idoneum,possit post expeditionem literarum reinualidari,vt quia procurator bonus consentiat,vel ipse Dominus.

* Pro negatiua adducitur primo c.auditis de elect,
* vbi*omnes Doctores ex illo tex.colligunt consensũ
101 nihil operare,quãdo factus est nullus,Bar.& Doctores in l.1.C.qui admitti.maxime quia hic supernenit tempore non congruo,scilicet post resignationẽ factam ad not.per Dec.in l.semper qui nõ prohibet..ff. de regul.iur.

* Secundo adducitur decisio*Rotæ,de qua p Moedan.decis.85.cum in minoribus tit.de renunc vbi re-
fert 14.Martij 1539.fuisse dubitatum coram Aquen. quia quidam resignauerit beneficium reseruato regressu,sup quo beneficio habebat regressũ Paul.III. dum esset in minoribus,qui consensit huiusmodi resignationi.Dubitabat igitur an consensus hic Puli III. dum erat in minoribus super dicta resignatione sit p̃ stitus valide,& resignatio sine nouo consensu subsistat? fuit resolutum quod requiritur nouus consensus
102 quia prima resignatio†cum fuit subreptitia non potuit validari,requiritur ergo alia prouisio,ita & in casu nostro.

Tertio quia requiritur consensus ante expeditionẽ literarum idque de*stylo,sed quoties requiritur aliud
103 per prius,& posterius,pro forma †datum videtur,Felin.in c.cum dilecta vers.6.signum de rescr. sed forma non seruata actus corruit Dec.cons.90.num.6.Paris. cons.12.n.47.vol.2.ergo &c.

104 His tamen†non obstantibus contrariam opinionem crederem veriorem,quam in his proprijs termi-
* nis tenuit Rot.*in vna Segobien.de Villa Castri coram Pelegrin.die 17.Octobris 1552.teste Caputaq. decis.175.p.2.Et ratio est,quia vbi consensus requiri
105 tur in aliquo actu,†sufficit quod quandocunque præstetur,siue igitur præcedat,siue sequatur,actus est validus c.cura c.suggestum iure patron. Alex. & Ias. & communiter Doctores in l.siquis mihi bona.§.iussu ff.de acquirend.hæred.c.quamuis de elect.lib.6.& in terminis recunciationis hoc volunt Cassad.decis.1.n. 3.& decis.3.de renunc.Caputaq.decis.205.libro.1.in manuscr.Card.Palgott.decis.156.Carthaginem.Archidiaconatus aliàs 233.lib.3.Sarn. de infirm. resignan. q.26.col.2.& communiter*Doctores:remanet,vt cõtraria tollamus.

Ad primum respondetur speciale esse in electione ex ratione tradita a Doctoribus ibi.

Ad secundum respondetur,decisionem illam Ro-
106 tæ fundari,quia† resignatio,& reseruatio regressus, nõ facta mentione alterius regressus,erat nulla,& subreptitia,qui defectus non potuit per nouum consen-
107 sum sanari,quia quoad subreptionem,attenditur tẽpus datæ,c.li eo tempore de rescr.li.6.Andr.& Abb. in c.ad aures cod.tit.expr.Felin.in c. eã te col. penult. vers.tempus datæ de rescr.& hæc ratio mouit Rotam vt tradit Moedan.dic.decis.85.quæ ratio cum cesset
108 †in casu nostro cessabit pariter dispositio.cap.cũ cessante de appell.

Ad tertium respondetur illam formã,quod consensus præstetur ante expeditionem literarum, respicere ipsos expedri volunt,& ideo dicta regula non est dandis,ita Caputaq.dict.decis.175.num.4.& 5. Vnde remanet firma conclusio.

Si autem non fuisset præstitus consensus,hoc casu credem consensum superuenientem non reualidare resignationem,quia dictus consensus requiritur formalis,& per consequens a principio debet interuenire,Moedan.dict.decis.85.Hoc tamen interuenire nõ potest,quia non expediuntur literæ sine dicto cõsen-
* su,vt supra dictum est,& tota*die videmus.

XII.Dubitatur si plures reperiantur consensus su-
109 per diuersis renunciationibus,†quis attendatur? hæc quæstio est decisa per dictam regulam Canc.quadragesimo.de cõsensu in resignationibus, illis uerbis; *Et si ipsum resignãtem, seu cedentem pluries super uno, & eodem beneficio,in fauorem diuersarum personarum successiue consentire contigerit, voluit sanctitas sua,quod primus consensus tenere debeat, & alij posteriores consensus,ac literæ illorum prætextu,& sub priori*

priori data expeditæ,pro tempore nullius sint roboris,vel momenti liberæ reseruationis,vel assignationis motu proprio cuiusvis pensionis annuæ super aliquibus beneficij fructibus expediti possint.nisi de consensu illius,qui pensionem persoluere tunc habebit.

Idque fundatur in maxima, & euidenti ratione cũ ex primo eo sensu sit abdicatum omne ius a resignan
* te,iuxta* communes conclusiones sequitur quod alij
110 consensus † tunc nullius roboris,& momenti tanquam dati ab eo qui nullum ius habebat, nemo enim potest dare quod non habet.

XIII.Dubitatur sub qua die ponatur consensus p̃stitus? Respondeconsensum retrotrahi ad tempus da
111 te,etiam si sit præstitus † longo tempore post Cassan. decis.1.& 2.de renunc.Sarn.decis.210.lib.1.Crescen. decis.36.li.1.& decis.210.cod.li.Caputaq.decis. 206. lib.1.Io.Paul. decis.30. Moedan.decis.60.& 189.Pa
* leott.decis.72.& ita fuit decisum in vna* Zamore.parochialis coram Paleo.13.Maij 1558.teste Caputaq. decis.71.lib.1.

Hinc dicimus,quod data consensus præstiti non attenditur,licet necessarius sit pro expeditione literarũ, secundum regulam Cancell.cum ex tunc dicatur fieri resignatio:vnde videmus,quod in literis dicitur,ho
112 die in manibus nostris resignauit, & ponitur tempus* datæ supplicationis,ita Crescent.decis.210.in fi.lib.1.* in manuscr.

Secundo infertur,quod si quis porrexit supplicationem,quæ fuit signata,& postea fecit aliam resignationem,si deinde consentit primæ supplicationi signa-
113 tæ,consensus retrotrahitur ad diem datæ, & per con
* sequens tenet prima resignatio,vt fuit* resolutum in Rot.in causa Cardinalis Cibo,teste Cassador.dict.decis.1.de renunc.

Quæ conclusio de plano procedit, quoties super secunda resignatione non præstitit consensum, si ve-
114 ro illi consensit,quamuis consentiat † primæ supplicationi,hic consensus non potest retrotrahi ad primam
* renunciationem,cum media sint impedita.ita fuit* resolutum coram Camillo 25.Octobris 1531.teste Sarnen.decis.210.lib.1*

* Et hæc erit prima limitatio ad hanc* communem conclusionem.

115 Secundo limita non † retrotrahi consensum ad diẽ datæ,quoties id esset cum præiudicio iuris tertij, ita limitat Put.decis.268.num.3.li.3.in pulchro casu quẽ poteris videre.

116 XIV.Dubitatur,an constito † de consensu resignantis teneat resignatio,quamuis consensus sit conditionalis? Respondet Ant.August.decis.302.lib.2.affirmative,& hoc ampliat procedere,etiamsi non fuit reprobatus euentus conditionis.

XV.Dubitatur,an derogetur huic regulæ de præstandis consensibus ? affirmatiue respondendum est
117 aliquando derogari, † vt tradunt Moedan.decis. 301. Toletan.pensionis.5.Burs at.consi.411.nume.16.vers.2. conf dero Mandos.in prax.Signat.grat.in tiu.derogationes regularum col.5.regulæ de præstan.

Primum exemplum,quoties confertur beneficium
118 absenti,cum † reseruatione pensionis, nam tunc in reseruatione pensionis derogatur,Card.Paris.cons.5.n. 56.& seq.vol.4.Gig.de pens.q.10.num.7.& 11.Bursa.
119 & Mandos.locis citat.& Papam † posse reseruare pen
* sionem absque consensu beneficiati communiter* est
* receptum,& pluries fuit resolutum* in Rota.

120 Secundum exemplum,quoties resignatur † in fauorem minoris absentis,nam tunc derogatur, & Papa contentatur non esse necessarium consensum minoris,& per consequens resignatio non potest annullari
* ob non præstitum consensum,vt fuit* resolutum in vna Acheront.coram Oradino 4.Maij. 1554. Cardt. Paleott. decis.236.incipit Aegidius.

121 Tertium,quando reseruatur pensio † iuxta concordiam,ut in casu Moedan.dict.decis.301.quam uide.

Regulariter autem huic regulæ non derogatur.

Derogatio autem debet esse nominatim, & expres
122 sa,quia regulæ † Cancellariæ habent decretum irritans, Felin.in cap.nonnulli num.7.de rescr.Cassad.deci. 38. num.11.super reg.Sarn.ib procem.regul.iur.5.q.& in
123 6.in fin.Clausula enim † quantumuis generalis nõ sufficit, Dec.cons.155.col.3.Curt.Iunr.cons.56.nu.3.

124 XVI.Dubitatur,Infra quantum † tempus consensus debeat extendi? In hoc habemus constitut. Clement. VII.inci.Sanctissimus D.N.anno 3.publicata,in qua vult vt consensus annotetur per Notarios in libris aut enticis Cameræ Apostolicæ,vel Cancellariæ,& vt extendatur infra tres menses in materijs Fráciæ, in alijs vero infra 15.dies a die præstationis eorundem consensuum computandos.

Et cum huiusmodi constitutio sit notabilis placuit tenorem hic inserere,qui est talis.

SAnctissimus ĩ Christo pater & dominus noster D. Clemens diuina prouidentia Papa VII.prouidetendens infra scriptas constitutiones fe.re.Iulij II. & Leo.X.Roman.Pontificum prædecessorum suorum fore rationabiles,ac canonicas & iustas,per quas primo Iulius accepto per eum quod tunc Camerę Apostolicæ Notarij per quandam corruptelam seu abusionem resignationes beneficiorum,quæ in Romana. Curia in dicta Camera fiebant,ac in ordinarijs auctẽticis libris annotari,& scribi consueuerant, ne fraus aliqua fieri aut excogitari,sed quando opus esset,sem per de veritate doceri posset, vt plurimum in dictis libris prout consuetũ erat non scribebant,sed a tergo supplicationũ annotabãt,& postea supplicationes ipsas cũ annotatione resignationũ hmõi a tergo earũ partibus restituebant,nulla retẽta copia,seu nota, absque eo quod in protocollis vel libris eiusdem Cameræ scriptæ forent, talesque resignationes per interuallum plurium mensium parte instante absconsæ & secretę existebant, quo fiebat vt cum in dictis libris dum de resignationũ admissionibus huiusmodi tractaretur,veritas reperiri non posset,esset que in potestate partium in fraudem & deceptionem impetrantium ad eorum propositum resignationibus sic atergo annotatis vti,vel eas celare vt eis magis expedire videretur,huiusmodi fraudibus occurrere volens,eisdem Notarijs & corũ cuilibet sub excommunicationis latæ sententię pœna mandauerat,vt resignationes dictorum beneficiorum tunc factas & admissas margine,seu a tergo supplicationum,aut alias aliter quam in dictis libris annotata,etiam si partibus restitutę essent,infra terminum octo dierum ex tunc proximefuturorũ in libris auctenticis eiusdem Cameræ scripsisse deberent,resignationes vero,quas ex tunc in posterum admitti,& fieri contingeret,sub simili pœna infra tres dies computandos a die præstiti consensus super supplicationibus singulis annotari deberent nec ex tunc de cætero liceret eis in margine supplicationum dictas resignationes scribere vel annotare,nisi prius in litteris auctenticis annotatæ fuissent, ac ex tunc resignationes aliter factæ nullius momenti forent nec alicui suffragari debere,beneficiaque aliter resignata

gnata quamuis resignantes tunc mortui essent,non p resignationem sed per obitum vacare decreuerat. Et deinde Leo prædecessor præfatus (etiam per eum accepto quod præfati dictæ Cameræ,ac etiam Cancellariæ Apostolicę Notarij plura loca seu folia in libris talium resignationum in albo dimittebãt,vt postmodum diem qua resignationes a tergo supplicationum annotatæ fuerant scribere possent,& per hoc occasio præbebatur vt alia fraus committeretur,quoniam litigantes vel eorũ procuratores qui consensum resignationis seu concessionis post signaturam supplicationis,vigore cuius facienda erat resignatio vel cessio,p̃stare debebant,consensum per eos huiusmodi cessione præstandum ad eorum beneplacitum, & iuxta euẽtum litis in fraudem collitigantium præstare,aut in dictis libris annotari facere differebant, cum consensus super huiusmodi resignationibus seu cessionibus retraheretur ad diem datæ supplicationis, & ex die datę supplicationis cessiones ipsę factæ censerentur, quo fiebat vt lites ipsæ fiebant immortales, ac collitigãtes & alij impetrantes supplantarentur, cum esset in potestate illorũ,in quorum fauorem huiusmodi resignationes seu cessiones fierent, sententias latas retractari,& annullari facere detegendo supplicationes,& cessiones,ac resignationes præcedentes illarum nigoresa ctas) præmissas omnesque alias fraudes quantum potuit extirpare volens,ac resignationes,& cessiones sic dolose eatenus factas,& ex tunc inantea faciendas irritans,ac irritas,& inanes decernens, mandatum Iulij p decessoris huiusmodi Motu proprio approbauerat, & nihilominus dictis notarijs sub dicta latæ sentẽtiæ pœna mandauerat quod ex tunc de cætero omnes resignationes,& cessiones quas per eos admitti seu coram eis fieri contingeret,infra tres dies a die præfati consensus computandos super supplicatione cessionis seu resignationis signata in libris præfatis auctẽtice,& legaliter annotare ac solemniter apponere tenerentur omni prorsus exceptione cessante,ita quod ex tunc de cętero nulli ex eis liceret in margine vel a tergo supplicationis siue procurationum dictas resignationes aut cessiones scribere vel annotare,nisi pri* in dictis libris auctenticis annotatæ forent: Et in annotationibus huiusmodi fiendis, voluerat diem datæ supplicationis, cuius vigore talis resignatio vel cessio facienda erat,poni & annotari, & tempus trium dierum prædictorum præfixum a die præfiti consensus computari debere,ac ex tunc resignationes, & cessiones aliter factas nullius roboris vel momenti fore nec alicui suffragari debere, beneficiaque aliter resignata non per resignationem,sed per obitum ut præfertur vacare,sicque iudicari debere, ac irritum si secus contingeret fieri decreuerat. Itemque Leo prædecessor cum postmodum accepisset, quod nonnulli dictorũ mandatorum contemptores nixi fuerant, & nitebantur per vias varias illorum dispositionem cauillari,illa de consensibus duntaxat a tergo supplicationum seu mandatorum procurationum, non autem in alijs locis descriptis uel mente retentis & gestis intelligi debere,alijs vero aliter,& aliter interpretantibus, volens suum,& Iulij prædecessoris mandatum huiusmodi remotis quibusuis cauillationibus effectum sortiri;Motu simili declarauerat,illam ex tũc inantea intelligi debere de omnibus & singulis consensibus in quacunq; cessione,& resignatione,ac vnionum dissolutione,ac alia actione pro expeditione literarum apostolicarũ necessarijs,siue a tergo supplicationum & mandatorum procurationum,siue alibi scriptis,aut etiam alitervigore supplicationum pro tempore signatarum quomodolibet etiam tacite præstitis vel mente retentis,qui in libris prædictis infra tempora prædicta respectiue in posterum non annotarentur, ac uoluerat, & decreuerat verbum,Hodie, quod in literis resignationum,& concessionum,& dissolutionum,vnionum ac alias in quibus consensus requiritur apponi solitum, nullum effectum de cætero operari, nec attendi debere vbi non esset seruata solennitas prædicta anno tandi consensum infra triduum modo & forma præ dictis,ac quod consensus in dictis libris vltra tres dies annotati ante illos,de quibus ageretur facerent sufficientem probationem de & super eo quod dicti consensus,de quibus ageretur,post tres dies prædictos sic in dictis libris pro tempore positi fuissent,& essent, nec ad id alterius probationis admiculum requireretur, nisi contrarium ex aduerso probaretur,& sic per palatij Apostolici causarum Auditores,ac dictæ Cameræ præsidentes,& clericos,ac alios quoscunque Iudices etiam Sanctæ Romanę Ecclesiæ Cardinales iudicari debere,ac irritum,& inane.si secus super ijs contingeret attentari.Constitutiones,& mandatum Iulij & Leonis prædecessorum huiusmodi,ad quorum probationem illorum narratiuam prædictam in Iudicio & extra illud sufficere voluit,per præsentem suam constitutionem approbauit,& innouauit, ac perpetuo in concusse & inuiolabiliter pro lege obseruari,& secundum illa de cætero iudicari mandauit, saluo quod ne quis in futurum de breuitate termini ad annotandũ, dictos consensus in dictis constitutionibus,& mandatis Iulij,& Leonis prædecessorum appositi conqueri possit,voluit quod in materijs Franciæ pro absentibus a Romana Curia ad consulendum commoditati solicitatorum, qui nonnunquam in illarum expeditione coguntur partibus scribere, & responsum ab eis expectare,habeant Notarij ad annotandum consensus de cætero præstandos tres menses, in alijs vero quindecim dies a die præstationis eorundem consensuum computandos, consensus autem hactenus præstitos in materijs Franciæ pro absentibus infra duos mẽses, alij vero infra decem dies post publicationem præsentis constitutionis nostrę præmissę annotare teneãtur, ipsique Notarij qui præsentem constitutionem in aliquo obseruare contempserint,vltra dictam excommunicationis sententiam pro prima vice suspẽsionis a perceptione emolumentorum officiorum suorum ad tres menses per Datarium pro tempore existentẽ irremissibiliter exigendorum, & fabricæ Basilicæ Sa. Petri de Vrbe applicandorum,& si secundario deliq̃rint ipsorum officiorum priuationis pœnas incurrant eo ipso,Insuper mandauit eandem constitutionem in Cancellaria Apostolica publicari, & in illius quinterno ad perpetuam rei memoriam describi, & ex code quinterno cuicunque petenti dari,vt in alijs constitutionibus extrauagãtibus in ipso quinterno descriptis solitum est obseruari.Decernens irritum & inane si secus super his a quoquam, quauis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attentari. Lecta & publicata fuit supra scripta constitutio Romæ in Cancell. Apost.anno incarnationis Dominicæ M. D. XXV. die vero 30.mensis Ianuarij, Pontificatus præfati S. D.N.Papæ Anno III.

Et quia sequens extrauagans ad hoc etiam tendit, ideo eius etiam tenorem hic subijciam, qui est talis.

SAnctissimus in Christo pater,& Dominus noster. Dominus Clemens diuina prouidentia VII. qui dudum

dudum postquam fe.re.Iulius Papa II.eius prædecessor accepto per eum quod tunc Cameræ Apostolicæ Notarii per quandam corruptelam seu abusionem resignationes beneficiorum,quæ in Romana Curia in dicta Camera fiebant.

Omittitur sequens tenor,quia habes in præced:const.

Et cui postmodū innotuit,quod dicti Notarij cōsensus prædictos iuxta predecessorum, & sanctitatis suæ cōstitutiones & mandata huiusmodi annotare p̄termittentes,seu ex aliqua causa nequeuntes,instrumenta resignationum & cessionum de quibus rogati fuerunt,tanquam coram eis & testibus factarum partibus indifferenter dant,quorum vigore illis exhibitis literæ Apostolicæ super resignationibus seu cessionibus ipsis illas admitti mandando,aut etiam admittendo,absque eo quod Notarii prædicti manum tergo ipsarum literarum apponant, tam per Cancellariam, quam per Cameram Apostolicam iuxta illarum stylū expediuntur,ac quod nonnulli Indices dictæ Curiæ transumpta supplicationum,prouisionum, beneficiorum,& alarum gratiarum per sanctitatem suam & in eius præsentia signatarum & registratarum,ac etiam earundem supplicationum prętextu literas & mandata de adipiscenda possessione beneficiorum illis ex p̄ssorum,antequam litere Apostolicæ desuper expedite fuerint,expediant & concedant, ex quo plura in conuenientia subsequuntur,& diuersę querelæ ad aures sanctitatis suę proferuntur,volens etiam huiusmodi abusibus & inconuenientibus congruis remedijs obuiare,tam Cancellariæ & Cameræ prædictarum,q̄ aliis quibuscunque Notariis publicis sub pœnis supra dictis mandauit,ne de cætero instrumenta resignationum,seu cessionem beneficiorum in dicta Curia etiam sine supplicatione pro tempore factarum, seu præstitorum in illis consensum ut tradere, nec non tam per Cancellariam,quam per Cameras prædictas expediendarum.præsidentibus,ne prætextu dictorum instrorū literas Apostolicas super resignationib.& cessionib.p̄dictis cū mandato eas admittendis,postito qd illę coram notario,& testibus in dicta Curia factæ fuerunt,vel etiam cum earum admissione dicendo quod de illis per publica documenta extitit legitime facta fides,expedire,nec non quibusuis iudicibus dictę Curiæ quauis ordinaria vel delegata auctoritate fungentibus,& quocunqae nomine nūcupatis sub eisdem pœnis ne transumpta supplicationum Apostolicarum,& literas seu mandata illarum vigore possessionem beneficiorum ecclesiasticorum apprehendendi,dare,& concedere quomodolibet præsumat,decernens irritum &c.Lecta publicata fuit supra scripta Regula Romæ in Cancell.Apost. Anno Incarnationis. Dñicæ M.D.XXX.die 22. mensis Septemb. Pont.S D.N.Clementis diuina prouidentia Papæ VII. anno Septimo.

Et q̄ia poterat dubitari a quo tempore incipiat currere terminus præfixus,ideo idem Clemens VII. fecit aliam constitutionem in ordine 45.incipt, Sanctissimus anno vndecimo publicata, qd̄ curat fa die
125 missæ,& de cętero Datarius debeat annotare in calce supplicationis diem missæ.cuius tenore ponam in gratiam studiosorum,qui est talis.

86 ctam constitutionem Pij V.32.In conferendis.Alex. cons.53.lib.3.Bar.& alij in l.non dubium,C.de legib: Bal.cons.11.col.vlt.lib.1.Card.Paris.dict.consilio 12. num.38.volum.4.Idem Patil.in rubr.ff.de oper. nou. nunciat.num.5.

Ex quo primo infero, non posse Episcopū confer
87 re parochialem†suo Vicario in temporalibus, & spiritualibus omissa forma examinis per concursum, & ita
* alias fuit*decisum per sacram Congregationem Illustrissimorum Cardinalium deputatorum super declaratione Concil.Trid.cum proponeretur hoc dubiū, quia quamuis Vicarius censeatur idoneus nihilominus seruanda est forma data, ex supradictis.

88 Secundo infero, non posse Episcopum conferre† parochialem vacantem Archidiacono, Archipresbytero, Pœnitentiario, & alijs personis constitutis in dignitate, quantumuis maxima, omissa hac forma, nam quamuis prædicti censeantur idonei, tamen hoc non sufficit.

Tertio infero, Ordinarium non posse conferre Pa-
89 rochialem, omisso concursu, etiam† famosissimo Doctori iuris Canonici, vel Theologiæ, vt quia legit per plures annos cum maximo applausu, nam nihilominus requiritur examen per concursum, vt tradit Fusc. dic.c.5.lib.2.num.10.cum requiratur pro forma huiusmodi examen, hac ratione Fel.vocatus ad Auditorium Rotæ fuit examinatus, quia illud examen requi-
90 rebatur pro forma, vt refert Neuizan.lib.2.Silu.Nup. fol.188.Idque videmus contingere tota die cuilibet etiam doctissimo, hoc idem etiam seruatur in Collegio Aduocatorum Consistor.alium.

Hinc alias fuit † ab eadem sacra * Congregatione
91 Conci.decisum, doctoratum, siue licentiatū in Theologia, vel iure Canonico etiam in publica vniuersitate non excusari ab hoc examine.

92 Amplia, vt † qui ab Episcopo testimonium scriptū habuerunt, quod sint idonei moribus, scientia, & ætate pro administrandis parochijs, sint denuo examinā-
* di per concursum in specie, ita*censuit alias sacra Congregatio Concilij.

Declara non procedere in cura animarum, quæ in
93 Ecclesia collegiata exercet † per Canonicos, vel Hebdomadarios, aut alios Clericos, namque in vacatione cuiuslibet Canonic.Hebdomadar.aut Cleric. non re
* quiritur cōcursus*ita* censuit sacra Congregatio Cōcilij in vna Neapolitan.Hebdomadariæ sancti Ioannis maioris 15.Kalē.Augusti.1569.per cons. Oldrad. 67.in tit.de præb.& verb.signif.facit c.statutum, vbi Glos.de elect.in 6. vbi quæ loquuntur in parochiali-
94 bus non habent†locum in collegiatis curatis, Lap.alleg.5.num.9.Staphil.de qualit.& stat.benef.fol.41.n. 31.Carb.de præstant.Card.q.1.num.34.In puncto autem iuris contrarium alias defendi ex pluribus.

Declara secundo, vt in prouisionibus faciendis de
95 beneficijs ex causa†permutationis non sit necessariū nouum examen, potestque apponi clausula, vt nō obstantię beneficiales, & dummodo permutatio non sit fraudulēta, nec de simplici ad curatum, nec in valore sit magna inæqualitas, nec aliud simile, nā alias debet
* fieri examen, ita* censuit sacra Cōgregatio Concilij.

Et non est omittendum, quod examen hoc per cō-
96 cursum ad parochiales † non potest fieri ab alio, quā ab Episcopo, quia textus Concil.Trid.dict.c.18.hoc committit tolis Episcopis, vnde alij excluduntur, &
* hoc sæpe fuit in congregatione Concil.*resolutum, vt ipse, vel Vicarius &c.

97 Ex quo infertur. Primo, quod Abbas, † qui ab immemorabili tempore exercuit iurisdictionē Episcopalem, & temporalem in parochos, & parochianos, priuatiue ad ordinarium loci, non poterit hoc examē
* per concursum ad parochiales facere, ita alias* cēsuit sacra Congregatio; nam q; cum concursus sit iure nouo per Concilium inductus, non est opus derogatione immemorabilis. Si vero Abbas cū tali iurisdictione sit ēt nullius Diœcesis habens proprium, & distinctum territorium, quo casu possit conuocare Syno-
98 dum, deputare examinatores, examinare, & approba-
* re, Secus ita*censuit sacra Congregatio Concilij.

* Ideo alias fuit resolutū*in eadem sacra congrega-
99 tione Concilij, quod † vacante parochiali, cuius collatio pertinet ad Archidiaconū, ius examinandi, eligendiq; virū idoneū, atq; edictorū proponendorū ad ordinarium pertinet, & non ad Archidiaconū. Et alias
* fuit in eadē Congregatione* resolutū his verbis. Ca-
100 pitula, & † inferiores collatores, qui prouident parochialibus sine examine cōcursus facto ab examinatoribus ordinarijs in diœcesana Synodo deputatis reprehendanē, eorūq; collationes nullę sunt, debentq; hoc casu Epi locorū edicta concursus proponere p dictis parochialibus, approbatosq. ab illis Romā mittere, p
101 literarū expeditione, cū prouisio † istarū parochialiū ad Sedem Apostolicā spectet, per Bullam Pij V. de collatione parochialiū, q incipit in conferendis. Et alias
* in eadem* congregatione fuit resolutum his verbis.

Quoties aliqua Ecclesia parochialis vacauerit, adē
Abbas aliquis hēt ius nominādi, quēcunq. Abbas nominauerit, eū ad examē Ordinarius admittere debet illo examinis genere, qđ vocatē per cōcursum, neque Abbas eā ob cām vllū examinis edictū ,,ponere pōt neq; illius officij partē aliq attingere, sed id ptinet ad ordinariū, qui debet ipse proponere edicta, & examinatores ex Concilij Tridentini præscripto deputatos adhibere, a quibus omnes examinentur, quo examine confecto, ex ijs quos vitæ integritas, & doctrina commendabit ordinarius debet eligere magis idoneos, & postea Abbati relinquere, vt ex electis, cui maluerit,

maluerit, conferat curam. Et alias in eadem* congregatione fuit resolutum his verbis. Licet aliqui Patriarchæ habeant collationem parochialium in aliena die
102 cesi, Ordinarius tamen illius diœcesis † debet edicta proponere, & collatio postea fieta Patriarchis, ipsis approbatis ab Episcopo, vel eius examinatoribus. Et
* alias in eadem congregatione fuit decisum* his verbis. Quoties vacauerit Ecclesia parochialis, cuius collatio spectat ad Prepositum alicuius collegiatę, debet idem Præpositus curare, vt fiat instrumentum publicum, in quo sit assumptus certus dies &c. eius tenoris videlicet, quod ,,præstatur, se in ea ipsa Ecclesia conferenda, ordinarium Episcopum præuenire, ipsamque conferre illi, quem Episcopus idoneum elegerit ex ijs, quos examinatores approbauerint, ac ideo se ei denunciare, vt edicta proponat, & curet, vt examē fiat suo tempore.

* Ita etiam per eandem* Congregationem fuit resolutum in beneficijs curatis, reseruatis Sedi Apostolicæ vacantibus per obitum, puta in mensibus reser-
103 uatis, Ordinarij proponant†edicta concursus, & a Sede Apostolica prouisio fiat approbato ab examinatoribus in Synodo diœcesana deputatis, si fidem suæ approbationis habet ab Ordinario, vt in dicta constit. Pij V.

* Et non omittam, quod alias in vna* Vicentin. fuit resolutum in eadem congregatione pridie Kalendis Septembris 1570. quod datur appellatio a mala electione† quam facit Episcopus, quoties examinatores
104 sunt discordes. Ac per eandem congregationem fuit
* * resolutum, examen esse faciendum coram Episco-
105 po, † vel eius Vicario, absque ipsorum voto decisiuo,
106 & tantum † eos posse accedere, vbi vota sunt paria, vel singularia.

107 Et tempus † quatuor mensium, datum Episcopis per d.c.18.sess.24.& per dict.const.Pij V. currit a die
* habitæ notitiæ vacationis, vt fuit*resolutum in Rota in vna Toletan.beneficij veneris 18.Nouēbris 1578. coram R.P.D.Seraphino.

Et non erit inutile ponere formam edicti, quæ est talis.

108 *Formula † edicti de examine eorum ,,qui Ecclesiæ Parochiali præficiendi sunt.*

CAROLVS S.R.E.Presbyter Cardinalis tit. S. Praxedis, Dei, & Apostolicæ Sedis gratia Archiepiscopus S.Ecclesiæ Mediolanensis, &c.

VAcante Ecclesia parochiali N. Diœcesis nostræ Mediolanensis: nos eo nomine examē, quod ex Tridētina sanctione, prouincialique decreto nostro præstari plane debet, à die promulgationis huius edicti, vsque ad diem decimum proxime sequentem, cō fecturi sumus, ac deinceps, etiam ex auctoritate Apostolica nobis concessa, quousque eidem vacanti Ecclesiæ per nos prouisum erit. Quare omnes & singulos, qui vel examinari, vel alios examinandos nomina re voluerint, præscripto illo tempore ad R. Canonicum ordinarium, & Cancellarium nostræ Ecclesiæ Mediolanensis, qui nomina describat, cōuenire, tum constituta examinis die, coram nobis, atque examinatoribus Synodalibus, per nos eo nomine delectis, adesse, hoc edicto significamus, atq; edicimus, vt quos, confecto examine, moribus, ætate, doctrina, prudentia, alijsque rebus ad curæ animarum bene gerendæ rationem opportunis, idoneos esse compertum erit, ex ijs nos, quem ceteris magis idoneum censuerimus illum Ecclesiæ vacantis rectorem, parochum ve eligamus, ac præficiamus. Quod sane, sicut nos pro eo, quod debemus, integre, sancteq; in Domino præstare cupimus, ita omnes, præcipueq; illos, quorum Ecclesiæ, & curæ spirituali per nos consulendum, ac prouidendum est, magnopere hortamur, ac requirimus, vt hanc nostram sollicitudinem, pastoraleq; studium omni supplicatione, omniq; intima pietate, ac religionis precibus, continenter adiuuent. Datum Mediolani, ex ædibus Archiepiscopalibus.

109 Postea autē † poterit Episcopus procedere ad collationem, & forma collationis ponitur in formulario instrumentorum, tit. parochialis Ecclesiæ eod. modo vacant. fol. 44.

Ponitur etiam breuior forma a Rebuff. in prax. benefic. tit. forma collationis, & prouisionis ordinariorum, fol. 31.

Martinus &c.& cum in vnaquaque diœcesi adsit, ideo nō curabo illam ponere. Aduertas autem quod
110 hodie post Concilium Tridentinum † apponitur, fuit examinatus, & repertus idoneus iuxta Conciliū Tridentinum.

111 Si vero † parochialis est de iure patronatus Laicorum, examen per concursum non debet fieri, sed sufficit, quod deputatus a patronis examinetur ab examinatoribus in diœcesana Synodo deputatis. ita censuit
* * Congregatio Concilij ad interpretationem dic.ca. 18.§. quod si.

Et Rectores iurant infrascripta.

Primo iurant, quod erunt obedientes, & fideles ip
112 si Episcopo, † ac successoribus, & Sanctæ Sedi, iuxta c. Episcopo N. cum seq. de iureiur. ca. cum clerici de verb. signif. c. forma 22. q. vlt.

113 Secundo quod † seruabit mandata Episcopi, & ea seruari faciet, videlicet sententias, & statuta c. cum ab Ecclesiarum, &c. cum ad reprimendum de off. ord. c. qui resistit. 11. q. 3.

114 Tertio, quod seruiet † Ecclesiæ, cui præficitur, capitulo vltimo, de rescrip. in sexto, & in ea residebit, si hoc requirit, c. quia nonnulli, & c. relatum de cleric. non residen.

115 Quarto, non relinquet † neque se transferet ad aliā Ecclesiam sine ipsius Episcopi licentia cap. admonet de renunc.

116 Quinto iura, & libertates † Ecclesiæ iurat conseruare, & defendere, & vtilia procurare, sicut tutor l. vlt. §. omnem C. de administ. tut.

117 Sexto quod non† alienabit res Ecclesiæ, & alienata per prædecessores reuocabit. c. Abbatibus 12. q. 2. c. si quis presbyterorum. de reb. Eccles. non alienā. c. 2. de rer. permut.

118 Septimo quod † nihil dedit, nec illicitum pro adipiscenda hac Ecclesia† commisit, c. vlt. de pact. c. nobis de simon.

Octauo quod non soluet vltra antiquam, & solitā pensionem, c. prohibemus, & seq. de censibus, ca. tua nos, vbi Abbas de iureiuran.

119 Nono quod † ordines suo tempore recipiet, cap. quæris de ætat. & qualit. capitulo licet Canon. de electio. in 6.

Hæc enim ponit Abb. in c. tua nos n. 5. de iureiur. Rebuff. in prax. tit. requisita in literis collationum a nu. 2. vsq; ad n. 12. & habetur in dicto formulario

instrumentorum.fol.44.Rebuff. tamen numero vndecimo,loco citato dicit hodie non omnia ista iurari,sed apponi clausulam,saluo nostro & cætera. de
120 qua†clausula Parisiens.consilio vigesimo primo. numero.55.vol.1.melius tamen est,vt fiat huiusmodi iu
* ramentum,& ita*vidi practicari.
121 Requiritur†tamen hodie, vt fiat professio fidei iuxta Decretum Concil.Trident.c.12.sess.24.de reform.§.Prouisi,his verbis.*Prouisi etiam de beneficijs quibuscunque curam animarum habentibus, teneantur a die adeptæ possessionis,ad minus intra duos menses in manibus ipsius Episcopi,vel eo impedito coram generali eius Vicario,seu officiali orthodoxæ suæ fidei publicam facere professionem, & in Romanæ Ecclesiæ obedientia se permansuros spondeant,ac iurẽt. Prouisi autem de Canonicatibus,& dignitatibus, in Ecclesijs cathedralibus†, non solum coram Episcopo seu eius officiali,sed etiam in Capitulo,idem facere teneantur,alioquin prædicti omnes prouisi,vt supra fructus non faciant suos,nec illis possessio suffragẽt &c.* Quod confirmauit Pius IIII.in constitutione 114.incip.iniunctum anno quinto 1564.vbi etiam appolita
* est forma huius professionis fidei,quæ est in uriali* obseruantia,vt tota die videmus. Et in hoc decreto
* Congregatio*Concilij censuit,nec longissimam ne-
122 dum*triennalem possessionem prodesse ei, qui non emisit professionem fidei, quo ad fructus percipiendos quamdiu dictam professionem non emiserit, nã inquit Concilium,non faciunt fructus suos, nec illis
123 possessio suffragatur,unde non poterit se tueri triennali,aut longissima possessione ad faciendum fructus suos,& dicti fructus essent applicandi fabricæ Eccle-
124 siæ,vel pauperibus, sicut † dicimus de fructibus non residentium ca.1.versic.si quis autem sess.23. Sarnen. de visit.li.2.c.3.num.4.Hodie autem in Regno Neapolitano incamerantur.
125 Formam†autem collationis Parochialis, vacantis per resignationem simplicem in manibus Cardinalis ratione tituli, habes in formulario instrumentorum fol.45.colum.2.pone.vbi etiam habes formã resigna-
126 tionis coram Notario,qui†vt persona publica recipit renunciationem nomine Superioris, &pro Superiore l.2.ff.rem pupi.talu.form.leg.cum pro quo.ff.de in ius uocan.in cap.dudum de conuersi.coniug.ita Boe. decis.348.subnu.3.

Sed iuxta prædicta contigit dubitari. Quomodo
127 præstetur consensus†in resignatione, quæ fit coram ordinario?communis opinio est, vt præstetur vnico contextu cum fit resignatio,Cassador.decis.31.num.
* 2.in fin.super reg.& in his terminis fuit* decisum coram Ant.Augustin.4.Iunij 1554.teste Caputaq. decis.
* 209.lib.1.in manuscr.qui attestatur,idem fuisse*decisum coram Puteo,quamuis Sarn.de infirm. resign.q.
16.col.penul.vers.nec obstat renuerit,posse postea cõsentire,& huiusmodi consensus †præstatur coram or
128 dinario,cui fit renunciatio,de qua Notarius ipsius cõficit instrumentum,faciunt notat.per Put.decis.455. num.3.lib.2.& per se,& per procuratorem, & non po
129 test huiusmodi consensus præstari†a tergo literarum, quia uideretur facta resignatio in fauorem certæ per
* sonæ,vt fuit resolutum in Rota in vria Lamonacen.teste Put.decis.13.de renunc.in manuscr.

In aliquibus locis de renunc.non conficitur instrumentum,sed Episcopus habito consensu cõfert, & in collatione vnico contextu attestatur de ipsa renunciatione,vt dicetur,infra q.11.num.40.tutius est, vt conficiatur instrumentum,& ita seruatur,vbique si vero in illis litteris adsunt testes illis creditur, prout instrumento,vt in d.q.11.num.43.

SVMMARIVM.

1 *Beneficia quæ requirunt alium consensum, præter illũ resignantis.*
2 *In renunciatione benef. Iurispatronatus requiritur consensus patroni.*
3 *Renunciatio benef.iurispatronatus, absque consensu patroni est nulla.*
4 *Consensus patroni in renunciatione benef. iurispatronatus quomodo præstetur.*
5 *Consensus patroni requisitus in resignatione beneficij iurispatronatus potest præstari ante & post prouisionem.*
6 *Consensus requisitus in aliquo actu,potest postea interuenire.*
7 *Consensus Episcopi in translatione iurispatronatus potest interuenire ex post facto.*
8 *Consensus Episcopi in donatione iurispatronatus potest interuenire ex post facto.*
9 *Consensus Cardinalis requisitus in impetratione Beneficij uacantis per obitum sui familiaris potest interuenire post.*
10 *Collatio facta †preto patrono conualidatur per superuenientem consensum.*
11 *In resignatione benefic. electiui, requiritur consensus habentis eligere.*
12 *Consensus habentis eligere requiritur in renunciatione beneficij electiui,potest post prouisionem interuenire.*
13 *Consensus habentis eligere in prouisione Beneficij, electiui extenditur post expeditam supplicationem.*
14 *Beneficia ad denominationem Cardinalis resignantur de eius consensu.*
15 *Consensus Cardinalis apponitur in calce supplicationis.*
16 *Verba de consensu Cardinalium faciunt gratiam conditionalem.*
17 *Gratia facta appositis verbis de consensu Cardinalium, si moriatur Cardinalis ante consensum est nulla.*
18 *Verba quatenus consensus Cardinalis &c. stant conditionaliter.*
19 *Requisito consensu intelligitur de expresso.*
20 *Expressum dicitur pluribus modis.*
21 *Consensus tribus modis dicitur expressus.*
22 *Consensus per signa potest demonstrari.*
23 *Consensus ex generalitate verborum colligitur.*
24 *Cardinalis apponens manum in supplicatione post Signaturam Papæ,dicitur expresse consentire.*
25 *Beneficium vacat per resignationem.*
26 *Resignans habetur pro mortuo.*
27 *Dispositum in morte naturali habet locum in Ciuili.*
28 *In resignatione facta per familiarem Cardinalis, non requiritur eiusdem Cardinalis consensus.*
29 *Consensus Cardinalis requiritur in beneficiis vacantibus per obitum sui familiaris.*
30 *Verbum obitum verificatur in morte.*

QVAE-

QVAESTIO X.

VEro an alius consensus in resignationibus requiratur Respõdeo quãdoque requiri. Et non est omittendum interdum in resignationibus non solum requiri consensum resignantis,prout late dictum est supra,de consensu põstando in Romana Curia q.8.p totam,& de consensu præstando coram Ordinarijs.q.9
nu.127.cum sequent.Sed etiam quandoque alius con
1 sensus pro validitate resignationis†requiritur, prout
* de stylo*seruari videmus tota die,& aliqua exempla subijciam pro elucidatione materiæ.

Primum erit in resignatione beneficiorum iurispa
2 tronatus in quibus requiritur vltra consensum†resignantis,& admissionem Papæ,consensus etiam patroni,siue Laici,siue Clerici.Innoc.Abb.& alij in c.vl.de renunc.Rocch.de Curt.tract.iurispat.verb.Honorifi cum col.3.Grauet.cons.153.nu.10.Pelegrin.dec.102. lib.3.in manuscr.Mandos.cons.7.num.1.Couar. in c.
* 36.pract.q.num.9.& est communis opinio*omnium
3 * Doctorum,alioquin†nulla est resignatio,vt fuit*resolutũ in Rot.die 15, Ianuarij corã Ptolomeo 1543. teste Put.decis.412. & in vna Ispalen.2. Decembris. 1538.vt late dixi lib.2.q.4.vbi rationes adduxi, & hic
4 consensus ante prouisionem†præstatur coram Notario,& testibus,cum narratiua,quod habens notitiã q. N.possessor talis beneficij iurispatronatus ipsius,vult renunciare,in euentum quod resignet,ipse Patronus præsentat M.tamquam habilem,& idoneum ad illud obtinendum,& illi laudabiliter in diuinis inseruiendi supplicando Sanctissimo, si resignatio fiat coram eo in fauorem præsentati,vel loci ordinario,vt illi conferat,& cum instituat ad dictum beneficium &c. & ita seruari de stylo audiuimus peritissimis practicis.
5 Et hic consensus†potest præstari ante prouisionẽ, Rot.decis.5.de rer.permut.benef.q.30.Lapus ibidem in fi.in addit.Card.in Clement.1.in 3.q.de rer.pmut. Lãbert.in tract.de iure patr.lib.2.p.2.q.6.art.6. nu. 24.Hostiens.in summ.de iurepatr.§.vlt. Dec. consil.
* 172.in causa num.1.& 2.&*communiter alij Doctores,vt per Mãdos.regul.32.Cancell de impetr.benef. vacant.per obit.fam.Car.q.17.nu.17.

Regulare enim est,vt consensus requisitus in aliquo
6 actu possit interuenire ex post facto l.si fundus.§.1.ff de pignor.cap. consuetudinis,& ibi Innoc.in principio Ant.de Butr. & Imol.de consuet.Bart.in l.si autẽ plures.ff.de a qua pluu.arcen.&in l.si quis mihi bona. §.iussu.col.2.fal.late nu.41.ff. de acquir. hæred. Abb. in c.cura pastoralis in vlt.not.nu.2.de iur.pat. Soccin. Sen.cons.15.num.46.& 47.lib.1.Hinc consensus Epi
7 scopi in translatione iurispatronatus interuenire potest ex post facto,communis opinio,teste Lamber.de iur.patr.in 19.art.q.1.part.2.lib.1.num.5.Hinc consẽ
8 sus Episcopi in donatione iurispatronatus interuenire potest ex post facto,& fuit decisum *in Rot. teste.
* Mandos.dict.q.17.nu.9.&*est communis* opinio,teste Dec.cons.536.ante num.5.Hinc etiam consensus
9 Cardinalis†requisitus per regulam Cancellariæ in impetratione beneficij vacantis per obitum sui familiaris potest interuenire ante collationem,& post,vt cõ
* cludit Sarn.dict.regul.q.28.dicens ita seruari *de stylo,de quo etiam attestatur Mandos.dict.q.17.nu.5.in fin.vbi etiam nu.10.& 11.respondet contrarijs.
10 Hinc collatio†facta †preto patrono conualidatur
* per superuenientem consensum,communis* opinio, teste Felin.in cap.cum Bertoldus nu.9.de iudic. & ita
* seruatur*de stylo. Et tunc patronus consentit prouisioni facte in personam resignatarij tamquam habilis & idonei.

Secundum exemplum erit in resignatione benefi
11 cii electiui,in qua habentes†ius eligendi debent consentire prouisioni de illo beneficio faciendę per Papã in fauorẽ resignatarij,Card.Zabarell. in Clement. vnic.nu.18.de renunc.Innoc.in c.2.eod.tit.in 6.Abb. quem refert,& sequitur Boer.decis.2.num.15. cõmu
* nis*opinio,vt dixi lib.2.q.5.
12 Et hic consensus†non requiritur de necessitate præcisa in ipsa renunciatione,sed sufficit,quod sequatur Gemin.in c.1.nu.16.de rer.permut.li.6.vbi refert ita
* * fuisse*decisum Bononiæ.& est*communis opinio,sit eo mõ,vt supra dictum est de beneficijs iurispatronatus,& solet†extendi post expeditam supplicationem. Et fuit facta resignatio coram ordinario,habentes facultatem eligendi,vel eligent, vel possunt consentire collationi faciendæ per ordinarium,& ita sunt intelligenda ea,quæ supra explicaui in hac materia li.2.q.an te dicta.

Tertium exemplum est in resignatione faciẽda co
14 ram Papa in fauorem†de beneficiis,quę sunt ad denominationem Cardinalis, namque in his cõsensum re
* quiri,vidi in*praxi seruari,q†apponitur in calce sup
15 plicationis,in qua subscribit ille Cardinalis,& in supplicatione solet apponi per R.P.D. Datarium de consensu Cardinalis,vt patet ex his,quæ scribit Put.decis.
16 269.& 302.lib.3.†quæ verba faciunt gratiam cõditionalem ad not.in cap.si pro te de rescr.in 6.Put.dict.de ci.269.num.2.vbi refert ex hoc fuisse*decisum in vna Astoricen.Canonicatus.22.Aprilis 1546.quod si Cardinalis erat mortuus tempore prouisionis gratia ab-
17 †que illo†consensu esset nulla, quod procedit etiam si dicatur quatenus consensus Cardinalis requiratur,
18 nam nihilominus†hæc verba stant conditionaliter,vt
* fuit*resolutum 4.Octobris 1549.&in vna Astoricẽ. Canonicatus 2.Maij 1550.teste Put.dict. decis. 302. lib.3.Et hic consensus debet expresse præstari,vt est* communis opinio,& fuit pluries*resolutum per Rot.
19 nam quoties pro validitate resignationis requirit consensus,semper intelligitur de expresso, & non potest
* in tacito verificari,vt fuit*sententiatum in Rot. in vna Caurien. scholastriæ,& præbendæ coram Ant. Aug. 15.Ianuarii 1553.teste Caputaq.dec.208.lib. 1.in ma
20 nuscr.& quamuis†expressum dicatur pluribus modis,
* Bart.in l.1.num.7.ff.de vulgar.& pupill.& ibi*omnes idem Bart.in l.prætor.ait in princ.ff.de ope.nou.nũc. Card.Paris.cons.33.nu.21.vol.4.Dec.cons.389.colu.
21 vlt.Consensus tamen†tribus modis dicitur expressus.

Primo quando verbis exprimitur,Glos.2.in l.etiã ff.de auctorit.tutor.

Secundo modo,quando non exprimitur, sed per
22 signa etexriora†demostratur,Glos.in l.si pater naturalis.ff.de adopt.

Tertio modo,quando†ex generalitate verborum, comprehenditur,Bart.in dict.l.si prætor ait.ff.de operis nou.nunc.Soccin.consil.1122.num.8.vol.1.In casu vero nostro requiritur primo modo,vt sit expressus verbis,nam consentit Cardinalis,vel apponendo, manum in supplicatione, vt dixi, quod habet vim

consensus

24 consensus† expressi, si apponatur post Signaturam Papæ, vt fuit resolutū in Rota. teste Mandos. de impetr. benefic. vacant. per obit. famil. Card. q. 27. nu. 4. vel per schedulam.

Dubium tamen est, an in resignatione, quæ fit per familiarem alicuius Cardinalis, requiratur eius consensus? pro affirmatiua facit, quia per resignatinem va-
25 cat †beneficium, vt est* communis opinio, & trita conclusio omnium Doctorum, vt late dixi lib. 1. q. 4. Sed regula Cancellariæ requirit consensum Cardinalis in beneficijs vacantibus ex persona suorum familiarium
26 ergo &c. eo magis, cum resignans †, habetur pro mortuo, capitul. in apibus. §. ecce. septima. quæstione prima.

27 Secundo, quia disposita in morte † naturali habent locum in morte ciuili, & sic in resignatione. Castado. decis. secunda. numero secundo. de appellat. communiter* Doctores in capitul. suscepturn. de rescript. libro. 6.

His tamen non obstantibus contraria opinio vera
* est, & communis, *vt in resignatione, † quæ fit per fa-
28 miliarem alicuius Cardinalis non requiratur eiusdem
* Cardinalis consensus, vt fuit* resolutum in Rota. teste Sarnen. de infirm. quæstione. quarta. Cassador. decis. decimo sexto. & decis. vltim. numero 6. & 8. de prebend. Mandos. dict. regul. de impetra. benefic. vacand. per obit. famil. Cardin. quæst. 5. numero 4. vers. contra
29 ria opinio. Namque dicta regula, requirit † consensum
30 Cardinalis in beneficijs vacantibus per obitum, † vt pluries ibi hoc verbum obitus reiteratur, quę cum sit stricta, & exorbitans Bellamer. decis. 626. columna 5. Sarn. q. 1. & 3. Nandos. q. 1. & alij, illo duntaxat casu debet procedere scilicet in obitu naturali, & alias rationes deducit Mandos. d. q. 5. vbi respondet contrarijs.

SVMMARIVM.

1 *Litteris Papæ, attestantibus tale beneficium resignatum, creditur.*
2 *Assertioni Papæ statur.*
3 *Veritas est Deus.*
4 *Probatio in contrarium non admittitur contra assertionem Papæ.*
5 *Contra litteras Papæ attestantes de resignatione nihil potest allegari.*
6 *Clement. litteris, de probat. habet locum solum in Papa.*
7 *Assertioni principis sæcularis con recognoscentis superiorem statur.*
8 *Dicta principum non recognoscentium superiores, habentur loco plenæ probationis.*
9 *Papæ magis creditur quam notario.*
10 *Papa potest attestare de resignatione facta coram prædecessore.*
11 *Assertioni principis statur etiam de facto prædecessoris.*
12 *Assertioni, filij † principis creditur de facto sui genitoris.*
13 *Assertioni Papæ non statur attestanti renunciationē factam fuisse in manibus Ordinarij.*
14 *Principi non creditur de facto alieno.*
15 *Præsumptio oritur ex litteris Papæ attestantibus de renunciatione.*
16 *Attestatio Papæ facta de renunciatione per procuratorem non probat legitimum mandatum dicti procuratoris.*
17 *Assertio principis de priuatione feudi facta propter demerita probant demerita, non autem priuationē fuisse factam cum solemnitatibus requisitis.*
18 *Priuatio debet fieri citata parte.*
19 *An credatur litteris Episcopi cum sigillo absque subscriptione testium & tabellionis, attestantibus de renunciatione, & numero 23. & num. 35.*
20 *Sigillum episcopi reputatur authenticum.*
21 *Litteris episcopi cum sigillo creditur inter subditos.*
22 *Sigillum episcopi est publicum.*
24 *Litteris episcopi contra Apostolicum impetrantem non creditur.*
25 *Testes debent esse rogati.*
26 *Litteræ episcopi etiam sigillatæ non probant in præiudicium tertij.*
27 *Epistola probat contra scribentem, non autem pro ea.*
28 *Sigillo iudicis in præiudicialibus non creditur.*
29 *Iudici non creditur in præiudicium alterius.*
30 *Cardinali Legato asserenti aliquid ad se spectare vltra ius commune non creditur.*
31 *Attestatio legati de latere plenam probationem facit.*
32 *Legato a latere non creditur in his, quę concernunt præiudicium tertij.*
33 *Cardinali non creditur causam sibi fuisse commissam à Papa.*
34 *Cardinali creditur attestanti de uiuæ vocis oraculo præsente papa.*
36 *Creditur episcopo denunciant subditum esse excommunicatum.*
37 *Litteris episcopi attestantibus de sacerdotio clerici creditur.*
38 *Litteris episcopi attestantibus de præsentatione, & institutione creditur.*
39 *Præsentatio probatur per litteras episcopi.*
40 *Litteris episcopi attestantibus de resignatione, & uni co contestu de collatione creditur absque testibus & notario.*
41 *Literis episcopi non creditur, quando contra ipsum est præsumptio fraudis.*
42 *Litteris episcopi non creditur quando sunt pure testimoniales super facto præterito.*
43 *Litteris episcopi de resignatione creditur, si adsit sigillum & testes.*
44 *In resignatione facta per procuratorem debet constare de mandato.*
45 *Noua prouisio, an probet resignationem.*
46 *Vitiata gratia omnes clausulæ corruunt.*
47 *Renunciatio probatur per litteras Papæ.*
48 *Renunciatio probatur per libros notariorum Cam. & Cancell.*
49 *Officialibus in his, quæ spectant ad eorum officium plene creditur.*
50 *Pro notarijs præsumitur.*
51 *Nemo quantumuis idoneus potest æquiparari notario.*
52 *Notario magis creditur, quam litteris Ordinarij.*
53 *Notario magis creditur, quam Nuntio.*
54 *Instrumentum notarij probat renunciationem coram Ordinario.*
55 *Renunciatio probatur per testes.*
56 *Renunciatio Benef. non præsumitur.*
57 *Renunciatio in omni materia non præsumitur.*
58 *Renunciationem allegans debet illam probare.*

QVAE-

QVAESTIO XI.

DECIMO quæro, an creditur litteris attestantibus resignationem fuisse factam de tali beneficio? Duo capita sunt considerata; Primum in Summo Pontifice; Secundum in Episcopis, & alijs Ordinarijs.

Circa primum omissis ambagibus* communis opinio est affirmatiua credi litteris
1 Papæ in quibus† dicitur tale beneficium fuisse in eius manibus resignatum, vt fuit pluries resolutum in Rota, & præsertim tempore Pauli Tertij, in vna Aquens. Canonicatus, & præbend. coram Ioann. Mar. teste Crescent. decis. 115. lib. 1. in manuscr. & probatur expresse in Clem. litteris. de probat. vbi Clemens V. in Concilio Vienn. inquit, *Litteris nostris, quibus nos dignitates quaslibet, seu beneficia collationi nostræ, vel Sedi Apostolicæ reseruasse, aut resignationem beneficij alicuius recepisse, seu recipiendi potestatem aliis commisisse, vel aliquem excommunicasse, seu suspendisse, seu aliquem Cappellanum nostrum, vel familiarem fuisse, vel alia similia, super quibus gratia, vel intentio nostra fundatur, fecisse narramus, censemus super sic narratis fidem plenariam adhibendam, &c.* & sic inter alia vult credi litteris Summi Pontificis at testantibus de resignatione recepta, & ibi Glo. in verbo commisisse, Paul. Zabar. nume. 7. Bonif. de Vital. & communiter alij hoc volunt, idemque tradunt Abba. Ant. de Butr. & Dec. in c. post cessionem de probati.
* Lap. alleg. 5. & est* communis opinio standum esse as-
2 sertioni †Papę, vt probatur in d. cle. litteris, vbi omnes Gem. cons. 331. col. 3. Bar. in l. ambitiosa, num. 28. ff. de decret. ab ord. faciend. Lap. d. alleg. 7. & alleg. 322. Calder. cons. 7. de reser. Io. Andr. in d. c. non licet, de reg. iur. lib. 6. Feder. de Sen. cons. 117. Oldr. cons. 288. Rui. cons. 127. num. 6. vol. 1. Gabr. de probat. concl. 2. cum alijs, vt per Mascard. de probat. conclu. 1227. & est cō-
* munis* omnium Doct. sententia: nam actus Summi Pontificis non potest, nisi circa veritatem versari, cū
3 veritas sit Deus, cuius in terris st vicem gerit Pontifex c. quanto. de translat. c. omnis. 7. q. 1. Zabar. d. Clemen. litteris, col. 1. Ios. Ludou. concl. 14. vers. infertur. 42.

4 Et adeo statur assertioni Papę, vt contra eius assertionem non admittatur probatio in contrarium. Cin. l. vlt. C. si contra ius, vel vtil. publ. Bald. in l. 1. ff. de off. præt. & in cæteris, col. 3. de testib. Imol. & alij in d. Clemen. litteris. Curt. Sen. cons. 20. num. 10. Card. Paris. cons. 17. num. 13. vol. 4. Cefal. cons. 185. nu. 20. vol. 2. Rom. cons. 350. num. 18. Natt. cons. 482. nu. 46. Mandos. in 3. d. ad d. alleg. 7. Lap. & est communis opinio.
5 Et ideo litteræ † Papę narrantes coram ipso factam renunciationem probant, ut nihil in contrarium allegari possit, Lap. dict. alleg. 7. id colligens ex dictis Pauli in d. Clem. litteris. sequitur Mascard. de probat. concl. 1227. num. 35. Et quamuis dispositio d. Clem. litteris, de probat. loquatur, & habeat locum tantum in Papa, ut tenent Felin. in c. cum a nobis, col. 3. de testib. Gemin. cons. 96. num. 9. Dec. cons. 410. col. 2. in fin.
6 Curt. Iun. cons. 61. num. 13. tamen assertionibus aliorum principum etiam statur, Bar. in d. l. Ambitiosa, n. 28. Paul. de Castr. cons. 300. co. 2. quem refert & sequitur Natt. cons. 438. num. 39. li. 3. Barb. cons. 3. col. 1. li. 3. Gramma. cons. 100. num. 66. Soc. Sen. cons. 4. nu. 11. vol. 3. Rui. cons. 175. nu. 15. vol. 1. Gozad. cons. 8. num. 53. Ber. cons. 65. num. 6. vol. 1. Alba. cons. 75. n. 6. Rol. a Vall. cons. 1. num. 68. lib. 2. Cefal. cons. 173. num. 26. Soc. Iun. cons. 65. num. 10. & cons. 66. nu. 6. volu. 1. & cons. 92. num. 2. vol. 2. Dec. cons. 506. numer. 1. Et est
** magis** communis opinio, teste Ant. Gabr. d. conclu. 2. de probat. num. 28. si dicti Principes non recognoscant superiores, Ale. cons. 112. li. 7. Soc. cons. 4. col. 2. in fin. lib. 3. Soc. Iun. cons. 91. num. 3. vo. 2. Ruin. cons. 31. num. 10. vol. 1. Hinc de consuetudine dicta Princi-
8 pum non recognoscentium† superiorem loco plenæ probationis habentur, Bald. cons. 227. li. 3. & consilio 420. eod. li. Menoch. cons. 110. num. 26. Mascard. de probat. d. concl. 1227. nu. 119.

9 Et magis Principi, quam Notario, Gabr. d. concl. 2. de probat. nu. 1. Iacob. de sanct. Georg. de feudis, §. an Princeps, num. 9.

Amplia, vt credatur litteris Papæ attestantibus resi-
10 gnationem beneficij † esse factam, vt procedat non solum si attestetur fuisse in suis manibus factam & abeo receptam, sed etiam si attestetur in manibus prædecessoris, & per ipsum receptā in his terminis resoluit
* Rot.* in dicta Aquē. Canonicatus, vt tradit Crescent. dict. decis. 115. lib. 1.

Nam assertioni Principis statur, etiam si narret fa-
11 ctum sui† prædecessoris, vt scriptum reliquit. Imol. in dict. Clement. litteris col. pen. vers. Idem per omnia, de probat. & ibi Card. q. 9. Alex. cons. 15. nu. 2. lib. 5. Angel. cons. 99. nu. 3. vol. 4. Rip. respons. 1. num. 28. lib. 1.
* *communis opinio, vt per Gabriell. dict. conclus. 2. de probat. nu. 17. Mascard. dict. conclus. 1227. nu. 48. dantes rationem, quia præsumitur de tali facto informatus, hac etiam ratione creditur † assertioni Principis
12 de facto sui genitoris Roman. cons. 350. nu. 18. Tiraquell. de vtroque retract. p. 1. Glos. 14. §. 2. nu. 49.

Limita non procedere, quoties Papa asserit renun-
13 ciationem factam esse in manibus Commissarij, aut Ordinarij, vel alterius, quia tunc eius assertioni non statur ita Bellam. decis. 253. vbi tenet, qđ si Papa narrat per procuratorem ad hoc legitime constitutum N. renunciasse præbendam in manibus Commissarij ipsius Papæ, & præbendam illam, sic vacantem contulerat Meuio petatque ex dicta collatione Meuius, præbendam huiusmodi, hoc non sufficit inquit Bellam. & hanc decis. Rota in dicta Aquen. Canonicatus intellexit, quando Papa asserit renunciationem factam in manibus Commissarij, & sic tertij, nam tunc non creditur, vt tradit Crescent. dict. decis. 115. lib. 1. in manuscr. & est ratio, quia Principi non creditur,
14 de facto † alieno, Calde. cons. 2. de priuileg. Oldra. cōs. 258. col. 2. Rot. decis. 2. de præben. in antiq. Bellam. de cis. 96. Gemin. cōs. 15. nu. 8. Aret. cons. 23. 29. num. 9. Roman. cons. 180. num. 3. Card. Pari. cons. 13. nu. 23. volum. 4. Afflict. decis. 305. num. 15. Ruin. cons. 127. num. 12. vol. 1. Card. cons. 128. col. 2. & est communis opinio teste Alex. cons. 112. num. 2. lib. 7. de com
* muni* etiam attestatur Mascard. dicta conclus. 1227. nu. 54. Menoch. dict. cons. 100. n. 18. cum sequen. vbi reddit rationem.

Declara, vt dictis literis fides plenaria non adhibea-
15 tur, sed tātum † præsumptio inducitur, Lap. alleg. 7. Ma
* scard. dict. conclus. 1227. num. 35. & est* communis opinio.

Limita secundo, si Summus Pontifex asserat renun-
16 ciationem talis beneficij esse factam coram se, in eius manibus per procuratorem, vt † probet huiusmodi assertio renunciationem, non tamen probet illum fuisse verum procuratorem, & habuisse legitimum mandatum, ita Gregorius num. 14. vers. potest secūdo re-

spondit

sponderi vbi ad hoc adducit Glos. Mascard. sequitur dict. conclus. 1227. num. 36. & nu. 89. ad hoc citat Cravett. de antiq. temp. parte prima cap. 3. num. 9. Mando. in addit ad dict. alleg. Lap. 7. vers. limita secundo, quibus addo Bellam, egregie hoc in specie tenentem. d. decis. 253. in fin. & est communis* conclusio ita si Prin-
17 ceps dicat priuasse aliquem †feudo propter demerita, probantur per talem assertionem demerita, non tamē probatur, quod priuatio fuerit facta cum debitis tolē-
18 nitatibus & citata parte, †prout fieri debet, Dec. cons. 606. nu. 7. vbi alios citat.

Circa secundum Caput Queritur, an credatur lite-
19 ris Episcopi, solo suo sigillo sigillatis sine subscriptione testiū, ac tabellionis, attestantib. resignationē fuisse factā in manib. suis, & per ipsum admissam, & collationē per eum factā. Cū iste casus esset propositus in Rota antiquo tempore fuit pro affirmatiua opinione* resolutum, vt habetur decis. prima. de probatio. in nou. & decis. decimo sexto. eodem titul. in antiquit. sequtus est Dec. post Abb. in cap. post cessionem num. 31. de prob. Mascard. de probat. conclus. 988. n. 10. Card. sanctæ Cruc. decis. 77. in manuscr. quia inquit Rot. de cis. prima attenta generali consuetudine Vrbis, quam
20 etiam seruat palatium, sigillū Episcopi †repetatur aut henticum, & creditur ei in his, quæ spectant ad suum
21 officium, & inter subditos, †Bellam decis. 86. Roman. sing. 741. Archid. in cap. qualiter num. secundo. 7. q. 1. Bald. consil. 319. num. 2. lib. 3. Ferret. cons. 383. nu. 25. Gemin. col. 57. col. 3. Soccin. cons. 258. col. 3. libro. 2. Franc. in cap. vt circa col. 4. de elect. li. 6. Io. Selu. de benef. in tertia parte princip. quæstio. 23. sigillum enim
22 †Episcopi publicum est, Paul. de Castr. in l. si procuratorem. ff. de procur. & faciunt, quæ scribit Innoc. c. 1. in fin. de fid. instrum. & in cap. quoniam contra de probat. sed omnia & singula premissa spectant ad officiū suum, & inter subditos suos extra iudicium per eum expediuntur c. admonet de renunc. c. vno eod. tit. lib. 6. ergo &c.

23 Contraria †tamen opinio, quod non credatur literis Episcopi solo suo sigillo sigillatis sine subscriptione testium, ac tabellionis, attestantibus resignationem factam in suis manibus, & per ipsum admissam, tenuit Rot. bis in vna Burgen. coram Crescentio decis. 157. lib. 1. in manusc. quam etiam opinionem videtur tenere Felin. in dict. cap. post cessionem. nu. 1. in secunda conclusione de probat.

24 Pro qua primo adducitur, quia sicuti †non creditur literis contra Apostolicum impetrantem, in quibus Episcopus diceret, se primo contulisse beneficium, q̄ Papa, seu eius exequutor, propter fraudes præsumptas, vt tenet stylus* Palatii, teste Rot. dict. decis. 1. num. 2. de probat. in cap. post cessionem col. 6. de proba. post*
* num. 15. Dec. num. 35. Felin. num. 8. Bellam decis. 321. cum aliis multis, vt per Mascard. de probat. conclus.
* 988. num. 13. & est* communis opinio, etiam si dicat
25 Episcopus præsentibus testibus, nam requiritur, † qđ fuerint rogati, Card. Sanctę Crucis decis. 77. in manuscr. Ita neque prędictis literis, quia eadem ratio fraudis, vel saltem similis viget, ne sit in facultate ordinariorum priuare omnes beneficiatos suæ diœcesis asserendo eos in manibus suis resignasse.

Secūdo quia regulariter creditur literis in his, quæ concernūt præiudicium sigillantis: non autem in prę-
26 iudicium tertii, contra quem † literas Episcopi etiam sigillatas non probare scribit Soccin. sen. cons. 258. col. penultima lib. 2. quod comprobatur ex eo, quod
27 dicitur de scriptura, & Epistola, vt si agnoscatur pro-

bet contra scribentem, non autem pro scribente. Publica. §. vlt. ff. de posi. cap. 2. de fid. instrum, vbi Abb. n. 8. Dec. n. 15. Ruin. cons. 121. nu. 11. lib. 4. Rip. in l. admonendi nu. 153. ff. de iurciuran. & est* communis opinio teste Mascard. de probat. conclus. 626. vbi com
* probat, ampliat, & limitat.

28 Hinc in præiudicialibus †non creditur sigillo Iudicis, Rot. dec. 16. de procur. in antiq. Thom. fastol. dub. 65. vacante Archid. in cap. placuit. 6. q. 1. & Iudici nō
29 creditur †in præiudicium alterius c. quoniam contra de probat. Dec. in dict. c. post cessionem num. 33. Ita
30 non creditur † Cardinali legato asserenti aliquid ad se spectare ex facultate sibi concessa præter ea, quæ sibi
* competunt de iure communi, vt fuit* resolutū in vna Salamantin. beneficii coram Capizuccho. 24. Octobris 1652. teste Caputaq. decis. 127. lib. 1. in manuscr. quam opinionem videntur tenere Bal. Imol. & Felin. & alij quos refert, & sequitur Mascard. de probat conclus. 269. num. 15. Corn. cons. 155. in fin. volu. 1. Card. Paris. cons. 2. num. nono vol. 2. Capell. Thol. q. 463.
31 Et quamuis Legati †delatere attestatio plenam probationem faciat, Abb. Imol. & Felin. in c. quod super de fid. instrum. Felin. in cap. cum introire nu. 12. de off. de leg. Gondisal. in tract. delegat. in 6. q. 1. part. col. 4. & * communiter alij. Idque receptum est de consuetudine* Glos. in Clem. literis in verb. referuans de probat. Alex. cons. 106. num. 13. lib. 2. tamen id procedit in his quæ veniunt de iure ordinario ex officio legationis, Gemin. in c. 1. col. penult. de probat. conclus. 269. nu.
32 7. non autem † creditur Cardinali in his, quæ tertij præiudicium concernunt, Capel. Thol. q. 464. Card. Paris. consil. 136. num. 31. vol. 4. Cravett. cons. 104. num. 5. Alex. cons. 112. num. 2. lib. 7. vbi attestatur esse* communem Corn. cons. 155. in fin. li. prim. Dec. cons. 463 num. 10. Curt. Iun. cons. 61. num. 13. in fin. & ideo nō
33 creditur Cardinali asserenti † se delegatum, seu causam sibi cōmissam fuisse a Summo Pōtifice, Inn. in c. cum olim. 1. de priuile. de Butr. Imol. Felin d. ca. quod col. 2. in fin. Abb. in c. ppterea col. 2. de dilat. Capell. Tholosan. q. 464. Mascard. dict. conclus. 269. nu. 20. Gozadin. consi. 41. num. 5. Hæc autem recipiunt limitationem, vt non procedant quando Cardinalis attestatur aliquid cum Summus Pontifex est presens in loco illo
34 ad quem facile confugere quisque potest, † quia tunc non est presumendum ipsum mentiri, & ab omnibus receptum est, tunc credi Cardinali asserenti de commissione sibi facta viuæ vocis oraculo a Summo Pontifice, vt scribunt Imol. in dict. cap. quod super his, & ibi Felin. dol. 3, de fid. instrument. Card. Alex. in cap. nobilissimus distinct. 98. Barbat. in tract. de præstant. Card. in secunda part. in prima quæstione Ial. in repetit. l. admonendi. n. 189. ff. de iure iuran. Idem Iason. col. 145. col. 2. li. 4. Card. Paris. cons. 11. n. 17. vol. vlt. & cōs. 132. n. 70. col. penu. vol. etiam 4. & sm hanc opinionē iudicauit Rot.* in vna Roman. inter Canonicos, & Beneficiatos S. Petri coram Contareno de mense Octobris 1540. teste Put. Decis. 3. de prob. in manuscr. & decis. 2. n. 4. lib. 1. in impress.

Quid dicendum in hac quæstione, cum vltra auctoritates Doctorum, †decisiones Rotæ inter se sint con-
35 trariæ?

Distinguendum erit pro concordia, prout distinxit Rota, concordando dictas decisiones in vna Brachionē. de monte coram Achille die 12. Octobris 1554. teste Caputaq. decis. 103. li. 2. in manusc. Quod aut Episcopus attestatur in suis literis resignationē fuisse factam in manibus suis eo tempore, quo refert,

&

& admittit, & tunc vera est prior sententia, vt eius literis credatur attestantibus de his, quæ coram ipso facta sunt, vt late comprobat Mascard. de probat. dic. conclus. 488. nu. 1. dicens num. 4. hanc opinionem esse veriorem.

36 Hinc † creditur Episcopo denuncianti subditū suū fuisse excommunicatum. Bertach. in tract. de Episcop. in octaua par. tit. 3. q. 16. Hinc creditur literis Epi-
37 scopi attestantibus † de Sacerdotio Clerici, Bal. in l. si qua. col. 4. C. de epis. & cler. Rom. ing. 741.

38 Ita creditur † literis Episcopi attestantibus de præsentatione, & institutione. Gem. cons. 57. col. 3. & per
39 illas † probatur presentatio. Bellam. decis. 211. & 311. Cald. cons. 2. de fid. instru. Spectat enim hoc ad eius
* officium, vnde debet illi plene credi, iuxta communē *opinionem. Eo magis, quia hoc casu cessat omnis fraus. Ita etiam si admittit, & confert, Milu. in repert. in verb. literis Episcopi, cuius sigillo. Crescent. dict.
40 decis. 157. Ita etiam si in literis ordinarij narratur † resignationem factam fuisse in manibus suis, & collationem ab eo vnico contextu, tunc creditur dictis literis etiam sine tabellione, & testibus, vt fuit resolu-
* tum in vna* Toletana de Alpedrata coram Thoma de Tanis die 24. Nouembris 1542. teste Put. decis. 384. li. 1. & in alia Camaricen. Canonicatus, & Præben. 8. Iunij 1555. coram Capizuccho, teste Caputaq. decis. 87. p. 3. vbi nu. 5 refert idem fuisse decisum 15. eiusdē mensis & anni.

Aut vero Episcopus attestatur beneficium tale vacare per renunciationem, nec dicit coram quo fuit facta, vel si dicat fuisse factam in manibus suis, non tamen dicit hodie; vel eo tempore, & his casibus vera est communis, & posterior sententia, vt eius literis non credatur. Et hoc propter fraudis suspicionē & sic militat eadem ratio, quæ militat vt non ei credi debeat contra Apostolicum impetrantem, vt supra dixi, & est regulare, vt quando contra Episcopum est
41 † presumptio fraudis, tunc eius literis non credatur, Abb. in d. c. post cessionem post n. 15. Soc. Sen. cons. 258. col. 3. li. 2. Bellam. dec. 321. Mascar. de prob. d. cō
42 clu. 988 n. 13. Ita & ēt non creditur † literis Episcopi, qñ literæ sunt puræ testimoniales super facto de præterito, puta quia ad petitionem partis scribit talē excōicasse, vel ordinasse, vel beneficium contulisse, Calde. d. c. post cessionem col. 5. circa prin. & col. 6. de p
ba. quod declarat Mascar. d. concl. 988. n. 21. & 22. Limit. nisi cum narratiua ordinarij concurrat præsumptio resignationis, Imol. in d. Cle. literis, col. vlt. in fi.
* de probat. fuit * resolutum in vna Camaricen. teste Caputaq. decis. 87. p. 3.

Secundo quæritur, an credatur literis Episcopi
43 attestantibus resignationem factam † in manibus suis, si appareant sigillatæ sigillo authentico, & subscriptę
* manibus testium? communi s* opinio est affirmatiua plene credi, quam opinionem tenet Innoc. in ca. 1. in prima oppos. de fid. instru. Fel. in c. post cessionem. n. 3. sub fi. de prob. & ibi Dec. n. 49. Put. dec. 400. n. 4. li. 1. Cald. Ant. Imol. Abb. Dec. n. 22. in d. c. & est* cōmunis opinio, vt patet ex adductis per Mascar. de prob. concl. 627. n. 1. vbi n. 2. Ampliat id procedere non solum in leuibus, sed etiam in arduis, & alia in d. conclu. deducit ad propositum.

Declara, vt si ordinarius in his literis sigillatis cum
44 testibus dicat resignationem per procuratorem habē tem† mandatum vt debeat de mandato constare, ita Put. d. decis. 400. n. 4. li. 1. qui in principio refert in vna

* *Salamant. de Villoria 15. Decembris 1542. fuisse re-
45 solutum, quod † uoua prouiso in qua narrabatur resignatio in manibus ordinarij, non probat resignationē esse subreptitiam, nec posse N. in fauorem cuius erat concessa noua prouisio per clausulas generales, siue a lio quouis modo impetrare beneficium vacans p obi
46 tum eiusdem, qui narrabat se resignasse, nam uitiata † gratia principali, omnes aliæ clausulæ accessoriæ corruunt, Abb. in c. Sedes Apostolica. col. 2. & c. super literis. de rescript. & fuit responsum litteras ordinarij subscriptas per testes, in quibus narrabatur resignationem per procuratorem, quia non constabat de mandato.

Ex his etiam colligitur quomodo probetur, ali-
47 quem renunciasse beneficium, nam primo hoc † pro-
* batur per literas Papæ, vt supra ex communi* opinione de stylo obseruata dictum est.

48 Secundo probatur † per libros notariorum Camerę, & Cancellariæ, in quibus est extensus consensus formalis resignantis, nam libris officialium in his,
49 quæ spectant ad eorum † officium plene creditur, Bartol. in leg. quædam. §. numularios. ff. de eden. in fin. & ibi Paul. Castrens. in princip. Soccin. Senior. consilio centesimoquinto. numero secundo. volum. secundo. Cravett. de antiquitat. tempor. in part. prima. sect. quarta. limitatur numero septuagesimo secundo. & septuagesimotertio. Ripa. in l. admonendi. numero. 139. ff. de iureiurand. Menoch. de arbitr. in dict. cas.
* 91. numero tertio. & ita* communiter obseruari atte statur Angel. in dict. §. numularios. & Curt. in dicta. leg. admonendi. numero centesimo quinquagesimo tertio attestatur de communi, Alexand. consilio 136. libro secundo. Federic. de Sen. consilio. 119. in fin. Cald. consilio. 400. libro quinto. Roman. consil. 319. Roland. a Vall. consilio nonagesimo secundo. numero duodecimo. volum 3. & semper † in dubio præsumi
50 tur pro Notarijs, capitul. ad Audientiam de prescript. vbi Abba. numero sexto. & alij omnes Alexand. consilio. trigesimotertio. colum. secunda. libro tertio. Boer. decis. 116. numero quarto. Capic. decis. septuagesimo primo. numero septimo. Ancharan. consilio. 178. numero sexto. Ruin. consilio. 159. numero decimo sexto. libro secundo. Dec. consilio. 451. numero quarto. late Alciat. tractatu. præsumpt. regul. 3. præsumptio.
51 decima sexta. nam nemo † quantumuis idoneus potest æquiparari Notario, Abba. per illum textu. in capitu. quoniam contra. numero tertio. & ibi Dec. numero, decimo. de probatio. Idem Dec. consilio. centesimo vigesimo. in principio. Capra consilio septuagesimo se
52 ptimo. & ideo magis † creditur Notario quam literis ordinarij, Speculator de instrumen. edit. §. restat. numero decimooctauo. Ioann. Andr. in capitul. post cessionem. de probat. Bald. in l. si quis decurio. C. de fall.
53 & magist Notario, quam nuncio, Abba. Imol. Franc. & Dec. numero decimotertio. in capitul. cum parati, de appellat. Angel. in 1. §. 1. ff. quemadmod. testamen. aper.

Tertio probatur per literas ordinarij eo modo, vt supra declaratum est.

54 Quarto probatur † per instrumentum Notarij confectum super resignatione facta coram Episcopo ex ratione, quę colligitur ex Doctoribus supra allegatis, & sic quoties constat de consensu resignantis per Notarium rogatum. Put. decis. trigesima octogesima quarta. lib. 1.

35 Quinto testes † deponentes aliquem renunciasse

facere

facere aliqualem probationem, Bald. in cap. secundo. numero tertio. de restitutio. spoliat. Ias. in l. cum proponas. numero quarto. C. de pact. vbi dicit ita respondisse in facto, & in leg. prima. in prima. nota. C. de bonis. possess. contra tabula. Cassador. decis. octauo. numero quarto. de restitut. spoliat. Franc. Niconit. in capitul. quoniam contra. numero centesimo trigesimo secundo. de probat. Ferret. consilio 283. numero. 25. Dec. in l. nihil tam naturale. numero duodecimo. ff. de regul. iur. Gig. de pens. quæstio. 45. Rot. decis. 8. de probat. in antiq. Mascard. de probat. conclus. 1272. vbi alios citat.

Et hac sumpta occasione est sciendum, renunciationem beneficij † non præsumi, quia quod forte multis laboribus, & expensis quæsitum est, non præsumitur quis renunciare, Abba. in capitul. super hoc. per illum text. & ibi omnes Doctores de renunc. numero. 36

duodecimo. & Imol. numero etiam 12. Ioann. Andr. columna quinta. Cardin. Parisiens. consilio 10. numero. 64. volum. 1. Mascard. de probat. conclus. 1272. numero 12. & est * communiter à Doctoribus traditum * in omni materia † renunciationem non præsumi, Dec. in l. postquam liti. numero 16. C. de pact. & consilio. 352. numero octauo. Cravett. consilio 257. numero 4. & consilio 242. numero 6. & consil. 290. numer. 6. Natt. consil. 78. in fin. lib. 1. Cardin. Parisiens. consilio 49. numero 39. volum. 3. cum alijs, vt per Tiraquel. in l. si vnquam. in præfat. numero 128. & 129. C. de reuocand. donat. 57

Et qui eam † allegat, debet illam probare, vt * est communis, & recepta omnium † Doctorum sententia, vt patet late ex adductis per Mascard. de probat. conclu. 1263. num. 1. & 2. cum sequen. 58

FLAMINII PARISII I. C. CONSENTINI DE RESIGNATIONE BENEFICIORVM. LIBER NONVS.

De Resignatione quæ fit per procuratores in Curia, & extra.

Hic Liber Nonus continet Triginta duas quæstiones.

1 *Qui possunt constituere procuratores ad resignandum beneficia.*
2 *Quæ beneficia possunt per procuratorem resignari.*
3 *Qui possunt constitui procuratores ad resignandum, & quid de laico.*
4 *An religiosus possit constitui procurator ad resignandum.*
5 *An possit fieri resignatio per procuratorem coram Ordinarijs.*
6 *Quomodo constituantur procuratores ad resignandum.*
7 *Quæ requirantur in mandato dato ad resignandum, & ponuntur formulæ mandati, &c.*
8 *An habita notitia mandati procuratoris ad resignandum, possit procurator resignare, antequam illud in manibus habuerit.*
9 *An possit dari mandatum ad resignandum in fauorem talis, & non aliter, nec alio modo.*
10 *An possit constitui procurator ad acceptandum beneficium illudq; resignandum.*
11 *An Notarius possit se rogare de mandato procuræ in personam suam ad resignandum.*
12 *An præsens in Curia possit constituere procuratorem ad resignandum.*
13 *Habens mandatum ad resignandum, per quantum tempus possit præstare consensum.*
14 *Beneficium resignatum per procuratorem vbi dicatur vacare, vbi confectum est mandatum, vel facta renunciatio.*
15 *Resignatio facta per procuratorem, an trahatur ad diem confecti mandati, vt tunc dicatur amissum beneficium.*
16 *An resignatio facta per procuratorem sit eiusdem potentiæ, sicut resignatio facta per se.*
17 *An possit constitui procurator ad resignandum beneficium aliquo modo & forma, & an illam conditionem habeat procurator seruare, & plene agitur de procuratore constituto ad renunciandum in fauorem, reseruatis fructibus, denominatione, reseruata pensione, sub certis conditionibus modo & forma ei bene visa, & ad renunciandum in fauorem personæ nominandæ per ipsum procuratorem, & hoc casu an possit se ipsum nominare, & cum reseruatione regressus, & coadiutoriæ, ac. simpliciter: & plures casus deciduntur, vt sit nulla renunciatio non seruata forma.*
18 *An procurator constitutus ad resignandum in fauorem Petri, possit ad instantiam eiusdem cogi exhibere huiusmodi mandatum.*
19 *An procurator datus ad concordandum de beneficio cum quibuscumque conditionibus possit resignare stante hac facultate.*
20 *An procurator constitutus ad renunciandum beneficium super quo ipse habebat regressum per decessum, vel cessum etiam in fauorem consentiendo resignationi sibi præiudicet.*
21 *An procurator resignans in fauorem inhabilis vacet beneficium & possit impetrari.*
22 *An renunciatio præsumatur facta precedente legitimo mandato.*
23 *Datis duobus mandatis eisdem anno mense die & loco & testibus, quorum vnum sit ad renunciandum simpliciter, aliud ad resignandum in fauorem, quod censeatur validum.*
24 *An cesset mandatum datum ad resignandum morte resignantis, & plene agitur de consensu qui præstatur post obitum resignantis iuxta Alexandrinam.*

25 An

25 *An procurator constitutus ad resignandum possit revocari.*
26 *Intimati ò revocationis procuratoris dati ad resignandum vbi debeat fieri.*
27 *An sufficiat intimare revocationem resignatario absque quo intimetur procuratori constituto ad resignandum.*
28 *An procurator datus ad resignandum possit præstare consensum, non obstante quod per litteras constituens ei prohibuit.*
29 *An procurator censeatur revocatus eo quia resignans constituens effectus sit furiosus.*
30 *An procurator datus ad resignandum censeatur revocatus per dationem alterius.*
31 *An procurator datus ad resignandum cum iuramento de non revocando, possit revocari non obstante huiusmodi iuramento.*
32 *An per privationē censeatur revocatus procurator datus ad resignandum, & quid de translatione.*

SVMMARIVM.

1 *Resignatio potest fieri per procuratorem.*
2 *Nulla est dubitatio cum habemus casum legis.*
3 *Permutatio potest fieri per procuratorem,*
4 *Mandati vsus necessarius fuit.*
5 *Qui possunt per se renunciare, possunt & per procuratores.*
6 *Qui potest per se, potest per alium.*
7 *Infirmus potest per procuratorem resignare.*
8 *Iufirmitate oppressus potest esse sanus.*
9 *Infirmus potest testari, & alios legitimos actus facere.*
10 *Constitutus in dignitate potest illam renunciare per procuratorem.*
11 *Gregorius XII. renunciauit Pontificatum per procuratorem.*
12 *Cardinalis de Medices renunciauit Cardinalatum per procuratorem.*
13 *Furiosi, Mentecapti, dementes non possunt constituere procuratores ad resignandum beneficia quæ obtinent.*
14 *Consensus deficit in furiosis, menæcaptis, & dementibus.*
15 *Furiosi æquiparantur mortuis.*
16 *Furiosi æquiparantur absentibus.*
17 *Dementis æquiparantur absentibus.*
18 *Furiosi non possunt resignare.*
19 *Furiosi non possunt permutare.*
20 *Furiosi non possunt conferre.*
21 *Furiosi non possunt donare.*
22 *Minor non potest resignare neque per procuratorem.*

ET quia non solum per se quis potest beneficia resignare, sed etiam pro procuratorem† vt communiter† receptum per omnes, etiam in*praxi, vt scriptum reliquerunt Host. in sum. in tit. de renunt. num.7. Paul. Card. Zabar. Imol. Bonifa. de Vital. in Clem.1.eod. tit. Imol. in cap.1.num.7.eod.tit. Pet. Greg. Syntag. Iur. lib. 17. c.17.n.37. Moder. Flor. in l.vlt.gl.3.nu.113. de le. quod satis probat tex. in d. Clem. vnica de renun. vbi est casus de hoc, vnde nulla remanet difficultas l. ancillæ, C. de furt. l. illam, C. de collat. Dec. cons. 484. nu. 1. Socc. Iun. cons. 12. n. 2. li. 2. Cefal. cons. 138. n. 20. li. 1. & hoc
* modo tota die fieri videmus, ita ēt possunt permutari beneficia† per procuratorem, Bellam. de permut. benef. par. 8. q. 2. nu. 9. &* est communis opinio, namque
4 vsus mandati † necessarius fuit, qñ rebus nostris supesse non possumus, vel nolumus l. 1. ff. de procur. vbi
* omnes Doctores, & quia huiusmodi materia est valde utilis & practicabilis, ideo subijciam aliquas quæstiones pro dilucidatione totius materię.

QVAESTIO I.

PRIMO quæro, qui possunt constituere procuratores ad resignandum beneficia, respondeo omnes
5 † qui possunt per se resignare sua beneficia, possunt etiam constituere procuratores ad illa cedendū vt tradit Bonif. de Vitallin. in d.
* Clem. vnica, nu. 26. de* renunc. vbi dicit regulam *esse, vt qui† potest per se, possit per alium, l. labeo, ff. de
6 vsucapio. Et in hoc* cōcurrunt communiter Doctores, & ita seruat* stylus. Amplia ut etiam infirmus possit constituere procuratorem† ad resignan. beneficiū,
7 vt scribit D. meus Card. Paris. cons. 15. n. 6. cum sequ. vol. 4. Ratio quia corpore languens, & infirmitate op
8 pressus† potest esse mente sanus, l. sanum C. de transa. l. senium, C. qui test. fac: possl. 2. & l. in aduersa, ff. de testi. ob id talis oppressus corpore, mente autem sanus etiā si proximus morti existeret, & cogitatione mor
9 tis turbatus poterit testari & alios actus† legitimos facere, l. hac consult sima, §. at cum humana C. qui test. fac. possl. seia. §. vlt. ff. de don. cau. mor. Ias. in l. quoniā indignum in 2. not. C. de test.

10 Secundo amplia vt etiam constitutus in dignitate possit illam dignitatem renunciare per procuratorē vt est tex. in Clem. vnica de renunc. vbi loquitur in api
11 ce Apostolatus. & hinc est quod Greg. XII. †renūcia uit Pontificatum maximum per procuratore vt Platī n. Onufrius & alij tradunt, & Serenissimus Ferdinan
12 dus Magnus Dux Etruriæ renunciauit† Cardinalatū per procuratorem, vt dixi li. 8. q. 4. Et plures Episcopos renunciare per procuratorem vidimus pluries & omnes sciunt. Limita primo hanc conclusionē non
13 procedere in furiosis, †mentecaptis, & dementibus, q non possunt constituere procuratores ad resignand. beneficia, quæ obtinent, vt scribit Card. Paris. consil. 15. nu. 9. cum seq. vol. 4. Rō quia ad constituendū †p-
14 curatorem requiritur consensus, qui deficit† in furio
* sis, mentecaptis, & dementibus, Dec. & * cōmuniter in

15 in l. furiosum, C. qui test. fac. possl. nam † æquiparantur mortuis, Bal. in l. humanitatis. C. de impub. & alijs sub
16 stit. l. Fulcinius. §. adeo, ff. ex quib. caus. in possl. eatur.
17 & † ignorantibus, Alex. in l. 1. §. adipiscimur. num. 8. ff.
18 de acq. possl. ac† absentibus Ang. in l. item. §. cum filio,
19 num. 2. ff. de iniur. ac dormientibus, & ob id† non possunt neque per se resignare, vt dixi lib. 3. q. 8. neq; †per-
* mutare, Bellam. dec. 501. & est cōmunis * opinio, nec
21 † conferre, Ferrett. cons. 202. num. 7. nec adire hæreditatem, D. meus Card. Paris. cons. 99. num. 1. vol. 2. nec† donare Corn. cons. 219. lib. 3.

22 Secundo limita in omnibus his qui† non possunt p se prout sunt minores, & similes psonæ, Card. S. Cru. decis. 73. in manus. nam hæ personæ neq; poterunt p
* procuratorem ex argumento a maiori quod validissi mū esse in iure omnes* doctores scribunt: Limita tertio in his psonis, q̄ nō possunt, procuratores cōstituere arg. not. in c. intelleximus de Iud. vbi Abb. Dec. & alij.

SVMMARIVM.

1 *Omnia beneficia possunt per procuratorem renūciari.*
2 *Papatus, Cardinalatus, Patriarchatus, Episcopatus, potest per procuratorem renunciari.*
3 *Loquutio generalis nihil relinquit in tactum.*
4 *Non potest constitui procurator ad† resignandum beneficium nondum habitum.*

QVAESTIO II.

SEcundo quęro, quę beneficia possunt† p procuratorem renunciari? hæc qō dependet a præcedenti ideo concludēdū
* est* cōem esse opinionem omnia bene
1 ficia† posse per procuratorem renūciari, etiam maxima, namq; potest renunciari etiam Pon
2 tificatus † maximus d. Clem. vnica vbi Bonif. de Vitall. hoc not. num. 7. & est tex. in c. 1. eod. tit. in 6. vbi doc.
* * cōiter vt eucnit Greg. XII. Card. Iacobac. in trac. de Conc. lib. 9. art. 11. num. 1. potest etiam renunciari p procuratorem Cardinalatus, vt eucnit tempore S. D. N. Sixti V. an. 4. Tertio infertur posse renunciari per procuratorem Patriarchatus, Archiepiscopatus, Episcopatus, vt dicitur in d. Clem. vnica, ibi: *Pontificali, &c.* Quarto infertur posse renunciari per procuratorem omnem dignitatē Ecclesiasticam, vt patet in d. Clem. vnica, ibi: *aut alij cuilibet dignitati, &c.* q̄ verba satis comprehendunt dignitatem Ecclesiasticam etiam curatam, & quātum vis priuilegiatam iuxta ea,
3 quæ scribit Cranet. cons. 294. num. 1. & cons. 308. col. 4. 5. 6. loquutio enim generalis nihil reliquit intactū, Bal. cons. 205. lib. 1. Crau. cons. 133. num. 5. Quinto infertur idem esse in omnibus beneficijs simplicibus, & curatis vt ex ead. clem. vnica, ibi, *vel beneficijs*, colligitur, quæ verba secundum Bonif. de Vitall. ibi nu. 8. large sumuntur vt omnia beneficia Ecclesiastica cuiuscunq; qualitatis, & generis cōprehendantur, c. tua
* * de verb. signif. & hoc est* clarū cū* tota die practicē
4 non tñ pōt cōstitui procurator† ad renūciandū beneficiū nō dū habitū. Bellam. de perm. benef. par. 8. q. 2.
* nu. 10. & est* cōis opinio omn. doct. vt dixi li. 2. q. 22.

SVMMARIVM.

1 *Omnes possunt constitui procuratores ad resignandū.*
2 *Cardinalis potest constitui procurator ad resignandū*
3 *An Laicus possit constitui procurator ad resignandū*

beneficium, & num. 12.
4 *Beneficium debet acceptari per personam Ecclesiasticam, contra num. 19.*
5 *Laicus non potest tractare negocia Ecclesiastica etiā ministerialiter contra num. 20.*
6 *Laici non possunt iudicare de rebus Ecclesiasticis.*
7 *Laici non possunt esse arbitri in causis Ecclesiasticis.*
8 *Laici non possunt statuere de rebus Ecclesiasticis.*
9 *Laici non possunt interesse electioni prælati.*
10 *Laici non possunt conferre beneficia.*
11 *Laici non possunt esse collectores Decimæ Papalis.*
13 *Laici possunt constitui procuratores ad permutanda beneficia.*
14 *Ad nudum ministerium laicus in spiritualibus potest constitui procurator.*
15 *Laicus potest esse exequutor testamenti ad pias cās.*
16 *Laicus potest in missa seruire.*
17 *Laicus potest habere officium pulsandæ campanæ.*
18 *Laicus potest esse Nuncius Episcopi.*
21 *Plures possunt constitui ad renunciandum beneficiū.*
22 *Duo procuratores insolidum cōstituti, quisque potest renunciare absque alio beneficium.*
23 *Quoties in mandato fuit promissum habere ratū quic quid ab omnibus, vel vno procuratorum fuerit factum, tunc videtur constituti in solidum.*
24 *Duo procuratores constituti cum libera, nō censentur constituti insolidum.*
25 *Duobus procuratoribus constitutis ad resignandum cum libera, si resignatio fiat cum consensu vnius est inualida.*
26 *Constitutis pluribus procuratoribus simul requiritur consensus omnium.*
27 *Constituti pluribus procuratoribus potest vnus post alium consentire.*
28 *Facultas data duobus procuratoribus simul respicit constituentem.*
29 *Consentiente vno procuratore resignationi viuente resignante, potest aliter consentire post mortem.*
30 *Vnus procurator potest constitui a duobus volentibus permutare.*
31 *Resignatio in fauorem sapit speciem permutationis.*
32 *Consensus resignatarij requiritur in resignatione conditionali.*

QVAESTIO III.

TErtio quero, qui possunt esse† p curatores ad resignandū? Re
* gula cōmuniter ab omnibus
1 recepta est, † omnes posse esse procuratores, vt late habet in tit. ff. & C. de procur. Amplia, vt ēt Cardinalis possit esse† p
2 curator† ad cōsentiendum resignationi, Caput. decis. 209.
* in princ. par. 1. & ita* communiter seruatur de stylo.

Sed iuxta hoc quæritur, an laicus possit constitui
3 procurator ad resignandum † beneficium ecclesiasticum? Quod non possit constitui tenet Bonif. de Vitall. in d. clem. vnic. num. 41. de renunc.

4 Primo mouetur, † quia quisque debet acceptare beneficium per personam ecclesiasticam. c. accedens, de præb. ergo, & resignare.

Sed cō, pbat ex doctrina Abb. in c. decernimus de
5 iud. laicos ēt ministerialiter †, phiberi tractare negotia
6 ecclesiastica, nā cāe ecclesasticę nō possūt † p laicos tractari, d. c. decernim', de iud. c. cū olī, de arbitris. c. tua

vbi Glos.

vbi Glos. de reb. eccles. fast. vt late concludit Card. cō
* sil. 120. incip. ad primum, in prin. &* communiter Do
7 ctores † equuntur, neque † esse in his cautis arbitr. cap.
8 cum contingit, de arbitr. neque possunt † statuere de
rebus ecclesiasticis. c. bene quidē dist. 46. c. vlt. de reb.
9 eccles. non alien. & non possunt interesse electioni † p
10 lati. c. Messanas de elect. in 6. † conferre, c. propterea,
11 de iure patron. c. laicis. 16. quæst. 7. neque esse † colle-
ctores decimæ Papalis Archid. in c. in noua, in princ.
16. q. 7. Rom. cons. 166. neque sub collectores. Dec.
d. c. decernimus num. 192. vbi dat rationem, & dedu-
cit similia.

12 His tamen † non obstantibus contraria opinio est
verior, quod etiam laicus possit constitui procurator
ad resignandum beneficia eccles. Glos. in d. clem. vni
ca, verb. procuratorem, de renunciat. & ibi illam sequi
tur Paul. teste Bonif. loc. cit. Card. Zabarel. num. 12.
Butr. in c. cum olim. nu. 13. de rescrip. Rebuff. in trac.
nominat. q. 14. num. 161. vers. contrarium, Rot. decis.
8. num. 5. de procur. in antiq. Bellam. de permut. be-
nef. p. 8. q. 3. num. 1. cum seq. & hac esse communē opi
nionem attestatur Gambar. in c. 1. num. 123. in fi. de
rer. permut. in 6.

13 Ita etiam ad † permutanda beneficia, possunt laici
constitui procuratores, Rot. decis. 8. num. 5. de procu
rat. in antiq. Gambar. loc. cit. num. 123. Ratio, quia in
resignatione beneficij laicus procurator se habet, vt
nudus minister, ac vt pica declarando mentem consti
14 tuentis vnde etiam in spiritualibus † poterit constitui.
c. 1. vbi Doctores de procur. in 6. namque quoties vbi
non quæstio iuris, sed quæstio tantum facti contro-
uertitur de causis spiritualibus, seu ecclesiasticis, tunc
laicus cognoscit, ac quando mandatur nudum mini-
sterium Calc. consil. 15. de iud. Paul. de Cast. in l. om-
ni nouatione. C. de sacrosanc. eccles. Alex. cons. 9. lib.
* 4. Federic. de Sen. cons. 245. &* communiter Doct. vt
per Dec. in alleg. c. decernimus, nu. 188. de iud. Hinc
15 laicus potest † esse executor testamenti ad pias causas.
Bald. d. c. decernimus. col. 4. Dec. num. 218.

16 Hinc laicus potest † in missa seruire, Ioan. And. in c.
17 vt quisque de vit. & honest. cleric. & potest habere of
18 ficium pulsandi campanas, & potest † esse nuntius Epi
scopi Bald. d. c. decernimus. col. 5. & potest constitui
* procurator ad insinuandum. Rebuff. de nominan. q.
14. num. 161.

Non obstant contraria, ad primum respondetur,
19 quod immo laicus potest † constitui ad acceptandum
beneficium Cald. cons. 1. de præb. Io. And. in ca. acce
dens, eo. tit. communis* opinio teste Dec. d. c. decerni
mus, num. 6. Rcd. d. q. 14. num. 162.

Ad secundum respondetur doctrinā Abbatis non
20 esse veram, cum laicus possit ministerialiter † tractare
negocia ecclesiastica, vt tradit Dec. d. c. decernimus,
num. 6. ad quod facit tex. in c. 1. de procur. lib. 6.

Ad tertium respondetur procedere in diuerso ca-
su quo arcetur a spiritualibus: nos vero quando nudū
ministerium.

* Et hanc opinionem vidi seruari in* praxi, vt con-
stituantur laici procuratores ad resignandum benefi
cia Ecclesiastica, tutius tamen esset, vt constituerētur
clerici, vt dicit Glos. in dict. Clement. vnica. verb. pro-
curatorem, in fi. de renunc.

Amplia, vt possint constitui nō solum vnus procu-
rator ad resignandum vnum beneficium, sed etiā duo
21 * vel tres aut plures, † vt communiter* videntur conclu
dere Doctores in d. Clem. vnica, post Glo. in verb. p
curatorem, de renunc. Put. decis. 98. lib. 3. & habetur
in lib. diuers. decis. 139. Sarnen. decis. 144. lib. 2. Idem
Sarn. decis. 145. lib. 1. Ptolom. decis. 104. Cott. decis.
* 16. &* communiter Doctores: nam ratio quę militat,
vt possit constitui vnus, militat vt possint constitui
duo, vel plures, vnde idem ius statuendum.

22 Et hi procuratores ad renunciandum aliquando, †
constituuntur insolidum, & tunc quilque ipsorū po-
test renunciare, Innoc. in c. nostra, de procurat. Ioa.
And. in cap. si duo, de procur. libr. 6. Rot. decis. 16. de
* procur. in antiq. &* communiter Doctor. hoc absque
difficultate admittunt, etiam si non fuerit dictū Cō-
stituto N. & N. & quemlibet ipsorum insolidū, Rot.
decis. 7. de procur. in antiq. per Bisignet. Rot. decis. 13.
de procur. in antiq. potest vnus resignare absque alio
23 si fuit apposita clausula, promittens habere † ratum, &
gratum quicquid ab eis, seu altero ipsorum factum
* gestum ue fuerit, ita resolutum* in vna Ciuitaten. die
3. Ianuarij 1518. coram Put. teste eod. decis. 98. lib. 3.
nam Garzias cōstituit duos procuratores ad resignā
dum in fauorem N. absque clausula insolidum, sed cū
dicta clausula, promittens, euenit, quod vnus resigna-
uit, quærebatur de validitate, fuit resolutum affirma-
tiue pro validitate, nam illa clausula, promittens se ha
bere ratum, &c. operatur, ac si insolidum, &cæt. quic-
quid in contrarium voluerit Sal. in l. 1. nu. 12. de off.
proc. Cæsar.

24 Sed dubium oritur, an duo procuratores † constitu
ti cum libera censeantur constituti insolidum? vera
conclusio est negatiua, Aret. cons. 66. col. 3. Dec. con
sil. 298. num. 19. & secundum hanc opinionem iudi-
* cauit* Rot. coram Thom. de Tanis, teste Sarn. decis.
29. lib. 3. in manuscrip.

Ideo die vigesimo Iunij coram Prospero sanct.
Cruc. in vna Abulen. Canonicatus fuit resolutum, qd
25 constitutis duobus procuratoribus † cum libera ad
resignandum consensus præstitus per vnum sit inua-
lidus, nam ambo debebant consentire, cum huiusmo
di facultas non operetur, vt sint insolidum dati, vt ha
betur in decis. 139. lib. diuers. manus. si autem vltra hu
iusmodi facultatem cum libera adsit clausula habere
tantum, quicquid ab eis, & singulis, &c. tunc validus
esset consensus per vnum præstitus, vt dicta dic in cau
sa Abulen. fuit dictum, &* est expressa decis. Put. 93.
lib. 3. & 61. tit. de prob.

Aliquando autem constituuntur procuratores ad
resignandum simul, & non insolidum, & tunc non
26 sufficit consensus vnius, sed requiritur † cōsensus om
niū ad hoc, vt sit valida resignatio, Sarnen. decis. 144.
lib. 2. alias lib. 1. & decis. sequen. & hoc* communiter
ab omnibus Doctoribus est receptum absque con-
tradictione.

Verum dubitatur, an debeat vterque, si sunt duo,
27 † vel omnes, si sunt tres, vel plures consentire eis-
dem tempore, & actu, vel sufficiat, quod vnus post
alium consentiat? Et quidem vera est opinio, vt v-
* nus possit post alium consentire, ita resolutum* in
Rota in vna Barchinonen. de mense Maij, 1530. teste
Sarnen. decis. 144. libro primo, alias libro secundo.
decis. 143. quia illa verba, constituo duos procurato-
28 res simul, & non insolidum, recipiunt † constitutio-
nem, non autem extensionem consensus facit decis.
107. in nou.

Sed maius dubium oritur, si vnus ex dictis procu-
ratoribus datis simul, & non insolidum consentit, &
29 postea † moritur principalis, scilicet resignans, dubita-
* tur an alter possit consentire post mortem dicti prin
cipalis resignantis? posse fuit* resolutum in Rota ter
tio Iunij,

tio Iunij, vel septimo, in eadem causa Barchinonē. te-
ste Sarnen. decis. 144. lib. 2. alias 145. lib. primo. in ma
nuscr. namque ibi vnus procurator consenserat, & po
stea mortuus fuerat resignans, tertius impetrauit, & al
ter procurator consensit, Dubitatum ergo fuit, an
iste procurator potuerit dicto tempore consentire,
scilicet post mortem resignantis, & post impetratio-
nem, fuit resolutum affirmatiue, et per consequens
impetrationem fuisse nullam, quia, vt dixi, non requi-
ritur, quod eodem tempore consentiant, sed sufficit
vt, &cæt.

Sed queritur de vt, quæstione, an unus possit consti-
tui procurator à resignante, & resignatario a resignā
te cum facultate renunciandi beneficia in fauorē N.
reseruata pensione; à resignatario cum facultate con-
sentiendi pensioni aut aliæ reseruationi? Dubia quæ-
stio est. pro vtraque parte possent argumenta allega-
ri: tamen vera videtur conclusio affirmatiua, quā pri-
30 mo probo, quia potest constitui † vnus procurator à
duobus uolentibus permutare sua beneficia, ut tradit
Feder. de Sen. in tract. permut. q. 37. num. 63. vbi dicit
* ita* practicari Collect. in cap. exhibita in 6. q. de rerū
permut. Bellam. in tract. de permut. benef. 8. par. qu. 1.
* per totum. & est* communis opinio. sed huiusmodi
31 resignatio, quę fit in fauorem reseruata pensione † fa-
cit speciem permutationis, Ptolom. decis. 93. in ma
nuscript. ergo & c. Secundo, quia iure cautum non re
peritur contrarium.

* Et hanc opinionem vidi seruari in* stylo: Et pas-
sim ita fiunt vt plurimum mandata, & Notarij Came-
ræ ac Cancellariæ nullum faciunt dubium in illis ad-
* mittendis. nam ut tota* die videmus illa admittūt, nec
ex hoc suspicio simoniæ, vel confidentiæ arguitur, vt
dicam infra lib. vltimo. Melius tamen meo iudicio es-
set duos constituere procuratores, vnum à resignan
te, alterum vero à resignatario, & ita conluerem esse
faciendum, prout aliàs pluribus fuit. Ex quocollige,
32 quod quando resignatio fit cum pensione, † vel cum
reseruatione fructuū, requiritur pro validitate vtriuf-
que consensus, scilicet resignantis & resignatarij, Re-
signantis, vt consentiat relignationi, & expeditioni
litterarum, Resignatarij, vt assentiat reseruationi facte
& expeditioni litterarum. & hic consensus potest etiā
per procuratorem præstari, tam ex parte resignātis,
* quam resignatarij, & ita* communiter seruatur de
* stylo, & fieri tota* die videmus.

SVMMARIVM.

1 *Religiosus non potest constitui procurator ad iudi-
cia.*
2 *Religiosus potest ad negocia constitui procurator, cō-
tra num. 7.*
3 *Religiosus potest in negocijs agere per se.*
4 *Quod non prohibetur videtur permissum.*
5 *Canonicus regularis, & monachus claustralis potest
esse Vicarius Episcopi.*
6 *Religiosus non potest constitui procurator ad resi-
gnandum.*
8 *Monachi non debent vagare.*
9 *Monachus debet esse contentus suo claustro.*
10 *Monachi debent vacare contemplationi.*
11 *Monachi debent habere officium plangentis.*
12 *Monachorum vita est quies, oratio, & labor.*
13 *Monachi quo ad mundum habentur, pro mortuis.*
14 *Monachi non possunt esse iudices.*
15 *Monachi non possunt esse arbitri.*
16 *Monaci non poßunt esse arbitratores.*
17 *Monachus debet esse solus, & tristis in claustro.*
18 *Episcopus & Abbas dicitur religiosus.*
19 *Lex generalis recipit restrictionem a ratione.*
20 *Ratio plus est attendenda, quam lex.*

QVAESTIO IIII.

1 Varto quæro, an religiosus possit
constitui procurator ad resignan
dum beneficia? Videtur dicendū,
quod sic, quia religiosus, etsi non
possit † constitui procurator ad iu-
dicia, vt dicitur in clem. religiosus
de procur. potest tamen ad negoci
2 a constitui † procurator, vt in terminis post Pau. vo-
luit Cardinal. Zaba. in dicta clementina religiosus, in
3 12. oppos. sub num. 7. quia in his potest † per se agere,
argumento c. 1. & c. qui generaliter, cum ibi notatis
de procu. in 6. ergo & constitui procurator, ad notat.
in c. M. de Constitutio. in c. dilecti de dolo. & contu.
4 accedit, quia his non prohibetur, ergo videtur † per-
missum, ita arguit Cardinalis Zabarella in clementi-
na secunda, num. 17. de rescr.

5 Cōprobatur, quia Canonicus † regularis siue mona
chus claustralis potest esse Vicarius Episcopi, glossa
in capi. de præsentium, decima sexta q. prima, Gemi.
in capi. si quis, dist. 68. Cardinalis Parisius cons. 40. nu.
* 10. vol. 4. &* communiter doct

His tamen non obstantibus, contraria opinio est
6 verior, † vt religiosus nō possit constitui procurator
ad resignandum. & sic non solum ad lites, causas, iu-
7 dicia, sed neque ad negotia etiam extra iudicialia, vt
voluit Bonif. de Vitall. in d. clem. religiosus, in ver. of-
ficium, num. 3. de procu. vbi ita intelligit illum textu.
prohibentem religiosum suscipere procurationis of-
ficium, Gul. Duran. de Conc. rub. 53. nu. 9. & secun-
* dum hanc opinionem iudicauit Rota in* Senen. pen-
sionis coram R. Io. Paulo primo Iunij millesimo quin
gentesimo quadragesimo quinto teste Put. dec. 286.
lib. 2. Quod potest probari in cap. monachi 2. 16. q. 1.
vbi ex concilio Tarraconē. 11. inquit Gratianus: *Mo-
nachi à monasterio foras egredientes, ne aliquod mini
sterium Ecclesiasticum præsumant agere, prohibem*, nisi forte cum Abbatis imperio. Similiter, vt nullus
eorum, id est monachorū, forēsis negotij susceptor, uel
excutor, nisi quod monasterij exposcit utilitas, Ab-
bate nihilominus imperante.* Ex quo patet, quod mo
nachus non potest † suscipere negocia aliena, neque
illa exequi. Ratio supradictorum est, ne monachi re-
8 trahantur a diuinis, & eis detur materia † vagandi, vt
tradit Archidiacon. in d. capitu. monachi, num. 7. cap.
38. Concilij Agaten. Guliel. Durand. de Concil. rubr.
53. Ioann. Chalder. in capitul. ab excommunicato nu
9 mero trigesimo. de rescri. namque † monachus debet
esse contentus suo claustro, capitul. Paschalis, 25. quæ
stio. 1. Nepot. à Montealb. de excep. art. 6. num. 6. Be.
Anton. de excommunic. capitul. 52. numero 6. Laurē.
de Rodulf. in ca. monachi vagantes 16. q. 1. glo. in c. 2.
10 de stat. monac. in quo † debent contemplari, Egidiu.
Bella. in clem. si vna, nu. 306. de reb. Eccl. non alien. &
11 habere officium † plangentis, vt scribit Hieronym. ad
Paulinum, ad Riparium, ad Desiderij, ideo dicimus
12 quod vita † eorum est quies, oratio, & labor. c. præsen-
13 tium 25. q. 2. & quod habentur † pro mortuis, Paris. in
c. in præsentia in pluribus locis de proba. vbi commu
* niter* doct. Ant. de Nigris in extrauag. vnica nu. 537.

de vit.& honest,Cler.Nep.à Montealb.de except. ar. 19.num.35.Martin.Solim.de feud.nu.155.Hinc non
14 † possunt esse iudices,Sarnen in c.statutum num.45.
* de rescr.in 6.Card.& ibi alij Doct.communiter* in clem.etsi principalis.de rescript.Hinc non possunt es-
25 set arbitri,Spec.de arbitr.§.1.Bal. in l. si quis ex consensu,C.de Episc.& cler.; Host. in sum.de arbitr. §.2. cum al-jis,vt per Lanfr.de arbit.par.2.nu. 5. & 6.neq;
16 † arbitratores,Bene dict.Capr.in d. clem.etsi principalis,num.42.de rescrip.Hæc ratio subtractionis a diuinis pariter militat tam in iudicijs,quam extra,vt consideratur Put.d.decis.286.in fi.ideoq; concludendū est ex his,religiosum non posse constitui procuratorem ad resignandum.Non obstat doctrina Card.in cōtra-
* rium allegata,quia respondeo illam doctrinam* cōiter esse reprobatam,vt patet ex supradictis.,nam si de-
17 bet esse † solus,& tristis in claustro,l. decernimus,C. de Episc.& cler.ergo nō debet se intromittere de huiusmodi officio ,curationis,ex quo deuiatur a claustro.Et hæc conclusio intelligēda est de religiosis,puta monachis, fratribus,& sic regularibus,vt patet ex p
18 dictis.hoc dico,quia etiā † Episcopus,& Abbas dicit religiosus,Lāfr.de arbit.p.2.n.4.ideo gl.in ver.religiosus in fi.in d.clem. religiosus de procur.intelligit illū textum loquentem generaliter,de religioso claustrali & ibi Bonif.de Vitell.num.1.inquit,Religiosus,i.religioni astrictus,siue monachali,siue regulari.namque non est nouū,vt l.generaliter loquens recipiat interp
19 tationem,& sic restrictionem a rōne,l.cū pater.§.dulcissimis,ff.deleg.2.not.in l.regula,§.siquis,ff.de iur.& fact.ign.Bar.in l.pater filiū,§.fundum,in fi.ff. de leg. 3.Cephal.cons.139.nu.13.lib.1.Card.Paris.cons.57. nu.13.vol.2.Crau.cons.321.sub num.2. namq; ratio
20 plus est † attendenda,quam lex.l.1.C quæ sit long.cōsuet.c.consuetudo 1.dist.Gem.in c.vbi periculum,n. 1.de elect.lib.6.Bal.in c.dilectus filius col.1.de rescr. Dec.cons.284.col.2.optime Card.Paris.in l.is potest n.12.ff.de acq.hæred.ex quo patet,responsum ad f m argumentum. nam satis eis videtur prohibitum ex supra traditis,vnde arg.retorquetur in contrarium.

SVMMARIVM.

1 *Potest beneficium resignari per procuratorem tam in Curia,quam extra.*
2 *Mandatum datum ad renunciandum coram Ordinario debet esse liberum.*
3 *Mandatum datum ad renunciandum coram Ordinario in fauorem est simoniacum.*
4 *Renunciatio libere debet fieri coram ordinario.*

QVAESTIO V.

Vinto quero,an beneficiū possit resignari per procuratorem,ne
* dū in Curia Romana
1 in manibus Sāctissimi sed etiam in partibus corā Ordinarijs? Cōis &* recepta doct.sentē üa se habet,† vt possit vtroq; loco fieri renū
* ciatio per procuratorem,vt quotidie* videmus seruari,vt tradunt Put.decis.455.lib.2.Peleg.decis.144.lib.1.in manusc.Namque eadem ratio militat & potest militare vtroq. casu.ob id in Formulario in strumentorum ponitur ēt formula renunciationis coram Ordinaro per procuratorē facta,vt habetur fol. mihi 226.c.2.incip.In nomine domini.debet tamen procurator in manibus Ordinarij renunciare eo mō quo debet constituens,vt suo loco dicetur,& mādatum † debet esse liberum,alias esset simoniacum,Caccial.in tract.de pensio.q.19.num.15.Ferrett.cons.95. num.15.Cassad.decis.2.de sim.& non debet esse in sa
2 uorem;nam esset simoniacum,etiam si fuerit factum
3 † absque clausula,& non alias,nec alio modo , prout
* fuit resolutum in vna* Firmana benef.teste Peleg.de-
* cis.144.lib.1.in manusc.& in alia* Vicētina præcepto
4 riæ.teste Caput.decis.182.par.2.sicut ita etiam non potest per se fieri renunciatio coram Ordinario, nisi libere,iuxta* communem sapius in hoc tractatu relatā
* & constitutionem Pij V.de qua dixi lib.5.q.6.itaneque alio modo potest fieri per procuratorem, nisi libere;& ita concludunt* omnes doctores,& seruatur
* de* stylo.Et potest fieri in casibus,in quibus per se vt dicitur in d.Constitutio.Pij V.

SVMMARIVM.

1 *Procuratores ad resignandum duplici mō cōstituunt.*
2 *Procurator constituitur per instrumentum.*
3 *Procurator an possit per litteras constitui.*
4 *Epistola probat sufficienter intentionem scribentis.*
5 *Procurator datur ad declarandum voluntatem constituentis.*
6 *Supplicationes possunt porrigi etiam absque mādato.*
7 *Consensus in resignationibus non potest præstari vigore litterarum.*
8 *Notarij Cameræ,& Cancellariæ non notant consensum in resignatione,nisi viso sufficienti mandato.*
9 *Mortuo qui dedit litteras ad præstandum consensum non potest procurator postea consentire.*
10 *Fraudibus obuiandum est.*
11 *Beneficia acquiruntur cum labore.*
12 *Ex litteris Regis non potest ferri sententia,nisi producatur verum mandatum.*
13 *Mandatum ad renunciandum debet esse speciale.*

QVAESTIO VI.



Exto quæro, quomodo constituantur procuratores ad renunciandum beneficia? Duplici modo† constitui,scribit
1 Card.Paris.cons.47.num.14. vol.1.vbi
* dicit hoc non habere* dubiū Rebuff. in prax.in tit.de proc.ad resig.const.num.5. namque
* 2 posset fieri per instrm publicū nulla cadit* dubitatio
3 * Doct.* cōiter in clem.1.de ren.posset per litteras te-
* net Ant.de But.cōiter*receptus in c.2.n.4.de renun. lib.6. vbi dicit non esse drīam inter renunciationē q̄ fit per litteras,& illā q̄ fit per procuratorē, colligit ex l.1.§.cōstituunt,ff.de procur.l.si procuratorē,ff. cod. l.eū,§.Iulian.ff.de const.pecu.l.1.in fi.ff.mād.clem.1.
* * vbi oēs* de procu.inst.mand.& cōiter* Canonistæ,teste Caputaq.decis.183.lib.2.namq; epistola,pbat sufficiēter intētionem scribētis,l.publicè,§.vlt.ff. depos.
5 Ruin.cōs.121.n.11.lib.4.& ,procurator dēt adt declarā, dū volūtatē cōstituētis,Caputaq.decis.185.lib.2.Hoc aūt,qd dr de litteris missiuis , hodie ,pcedit quo ad
6 porrectionē supplicationū resignationis,q̄t possunt a quocunq; porrigi,ēt ablq; mādato spāli,ita obseruat
* stylus vulgaris Curiæ Romanæ,ergo eo magis stantibus litteris missiuis,verum supplicationes non eēnt porrigendæ nisi de voluntate supplicantis. Quo vero
* ad præstandum consensum, * stylus non admittit,vt
7 hoc possit fieri per litteras † missiuas,nam Notarij Cameræ & Cancellariæ,non extendunt consensum,nisi constet de mandato per publicum instrumētum, Re
* buff.d.tit.de procu.ad resign.constit.nu.7. & fuit* resolutum die 26.Februarij,1556.quod vigore Epistole missiuæ non pōt quis præstare consensum , teste
* Caput.decis.85.li.3.Idemque fuit resolutum* die 25. Octobris 1554.coram Oradino,teste eodem Caput. decis.168.li.2.vt non censeatur datum mandatum p litteras missiuas dicentes,Præstes consensum, vt pro-
8 curator meus;nam notarij † Cameræ , & Cancellariæ non admittunt,Put.decisio.360.num.5.lib.2.etiam si in litteris dixerit,Procures vt signetur supplicatio, & præstes consensum,vt procurator meus,quia iā mandatum est factum.nam nihilominus ex his verbis nō
* potest extendi consensus . ita resolutum die 11.Februarij,1545.coram Put.teste eod.decis.360.lib.2.&
* n.5.dicit,& attestatur ex* stylo,etiam hoc casu,nō extendere consensum notarios Cameræ, & Cācellariæ
9 vnde,si moriat̄,qui scripsit † dictas literas, procurator
* non pōt pstare consensum post mortē,vt fuit* resolutū illa die 11.Februarij 1545.teste Put.d.dec. 360.&
10 hoc ob fraudesequæ possunt fieri,quib.† obuiandum est,Rai.de Forl.in Loēs populi,n.8.ver.nec obstat, ff.
11 de iust.& iur.ne igit̄ quis priuet̄ bñficio† tot laborib. acq̄sito,arg.c.sollicite,de resti.spol. non dāt sufficere
* litteræ,& cōiter* in curia parū deferēt litteris missiuis, iō alias fuit tentum die 5.Octobris 1552.* corā Rco mano,quod licet ex litteris Regis constaret de mandato dato oratori Portugalliæ,tamen fuit conclusū,
12 quod non feratur † sententia , nisi producatur verum, & indubitatum mandatum,teste Caput.dec.183.li.2.
* & iō hodie* communis,& recepta ex* stylo sententia
* est,mandatū requiri ad renunciandum in forma publici instrumenti,quem stylū oēs sciunt, & obseruāt,
13 Et debet esse† speciale,vt infra dicetur,& fuit in simili resolutum in Rota coram R.P.D. Grass. in vna Zamoren.Spolij,XVIII.Iunij,1574.

SVMMARIVM.

1 *Mandatum ad resignandum beneficia debet confici à Notario.*
2 *Mandatum ad resignandum non admittitur in Vrbe, nisi fuerit obsignatum signo publico iudicis , vel communitatis.*
3 *Sigillum communitatis vel iudicis positum in mandato debet recognosci in Vrbe.*
4 *Resignans debet subscribere mādatum procuræ ad resignandum,in Gallia.*
5 *Notarius,qui facit instrumentum procuræ, nō potest scribere se esse procuratorem.*
6 *Instrumentum non habens Notarij subscriptionem, neque rogitū,neque sigillum,non est in forma probanti.*
7 *Instrumentum,in quo non apparet vbi sit factum, nō valet.*
8 *In instrumento de iure debet apponi locus.*
9 *Mandatum speciale requiritur ad resignandum.*
10 *Renunciare beneficium est donare.*
11 *Error potius quam donatio præsumitur.*
12 *Mandatū speciale requiritur ad acceptandū beneficiū.*
13 *Beneficium debet acceptari.*
14 *Collatio tribuit ius in re.*
15 *Beneficium non acceptatum vacat in Curia,licet ille, cui fuit collatum dictum beneficium , moriatur extra Curiam.*
16 *Mandatum generale,non sufficit ad resignandum.*
17 *In spū itualibus mandatum generale, non prodest.*
18 *Mādatū habēs,vt possit concordare,non pōt resignare.*
19 *Mandatum speciale quod dicatur.*
20 *Exprimi debet nomen,& locus, vbi est beneficium.*
21 *Mandatum ad resignandum omnia beneficia,quæ cōstituens habet,non admittitur.*
22 *In mandato ad acceptandum non requiritur,vt exprimatur beneficium.*
23 *Mandatum ad acceptandū beneficia est fauorabile.*
24 *Mandatum ad resignandum est odiosum.*
25 *Odiosa stricte interpretantur.*
26 *Procurator specialis,& procurator cum libera,æqui parantur.*
27 *Procurator generalis cum libera & amplissima potestate,non potest resignare.*
28 *Procurator cum libera non potest donare.*
29 *Potestas donandi non censetur data etiam ex datione totalis potestatis.*
30 *Verba generalia non sufficiunt vbi requiruntur spālia.*
31 *Expressio spālis vbi requiritur non sufficit generalis.*
32 *Vicarius Episcopi non potest conferre nisi habeat speciale mandatum.*
33 *Conferre est donare.*
34 *Vicarius Episcopi non potest conferre etiam ex potestate faciendi omnia quæ Episcopus.*
35 *Verisimilitudo spectanda.*
36 *Verisimilitudo cognata naturæ.*
37 *Verisimilitudinem qui habet,dicitur habere textum.*
38 *Formæ tres mandati ad resignādum tum simpliciter, tum etiam in fauorem,& cum reseruatione.*
39 *Nomen procuratoris debet exprimi,alias,&c.*
40 *Procuratoria vacua in albo dimissa,non valent.*
41 *Procurator ad resignandum debet constitui sponte, & libere.*
42 *Facta per metum sunt nulla.*
43 *In mandato ad resignandum debet poni clausula quod nec vis,neque dolus,&c.*
44 *Mandatum ad resignandum non debet esse cancellatum.*
45 *Cancellatio instrumenti impedit missionem in possessionem.*
46 *Cancellatio uitiat instrumentum.*
47 *Cancellatio non in loco principali,non vitiat.*
48 *Cancellatio facta eadem manu,non vitiat.*
49 *Reperto mandato cancellato post retunciationem,illā non vitiat.*
50 *Mandatum ad renunciandum relinquitur in Camera,vel Cancellaria.*
51 *Litteræ semper præsumuntur bene expeditæ.*
52 *Mandatum(vigore cuius fuerunt expeditæ litteræ) præsumitur bonum.*
53 *Clericus potest dare mandatum ad resignandum absque consensu Capituli Ecclesiæ, quam renunciat.*
54 *Notarij Cancellariæ magnam adhibent diligentiam vt mandata sint cum suis requisitis.*
55 *Notarij Cameræ,admittunt mandata minus sufficientia cum obligatione de præsentando bonum.*

QVAESTIO VII.

SEptimo quæro , quæ requirantur in mandato ad renunciandum beneficia.Plura requiri nos docet

praxis. Primo requiritur † q̃ sit confectum à Notario in forma solita, iuxta ea, quæ scribunt Doct. in c. polt
* cessionem de prob. & hoc* omnibus patet, Fusc. de vi
lit. par. 2. c. 28. num. 13. Neque hoc sufficit vt admitta
13 tur à Notarijs Camerę, & Cancellariæ, sed vlterius re
2 quiritur quod fuerit obsignatum signo publico † iu-
dicis ordinarij, vel communitatis etiam sine subscri-
ptione testium, Rot. decis. 15. de proc. in antiq. Inno.
in cap. inter dilectos in fin. de fide instrum. Boer. de-
cis. 254. num. 6. Archid. in cap. vt circa, de electio. lib.
6. Franc. Marc. q. 511. num. 4. par. 1. & q. 992. num. 6.
15 * par. 2. Menoch. de Arbitr. Iud. cas. 113. numer. 6. & *
communiter vt per Mascar. de proba. concl. 1006. &
melius esset vt vtrumque sigillum apponatur, & po-
* 3 stea debet fieri † recognitio sigilli, vt* de stylo obser
uatur, & in Gallia lege regia cautum est, vt resignans
4 † subscribat instrumentum resignationis, vt scribit
16 Rebuff. in prax. tit. de procur. ad resign. const. nume.
6. idque optimum esset, vt vbique fieret ad tollen-
5 dam fraudem, quibus vt obuiatur, non potest † No-
tarius scribere se esse procuratorem, Bart. in l. ex sen-
17 tentia, ff. de test. tut. Quid Pap. decis. 126. & ita fuisse
* decisum* attestatur Affl. decis. 317. & in Rota in vna
* Toletana decimarum fuit relolutum coram* Pur.
6 die 20. Aprilis 1591. quod instrumentum † non ha-
bens Notarij subscriptionem, nec rogitum, neque si-
gillum, &c. non esset in forma probanti, teste Caputa
* que decis. 104. par. 2. Et in vna* Olcen. de Paulis fuit
7 resolutum non valere instrumentum, quando † in eo
non apparet in quo loco sit confectum, coram Capi
fucco 12. Iunij 1551. teste Caputaq. decis. 103. par. 2.
8 & quamuis de iure † requiritur, vt apponatur locus lo
ci, Rota decis. 738. in antiq. tamen contrarium ser-
uatur in Hispania * de consuetudine, & talis consue
tudo valet, vt fuit resolutum in vna Hispalen.* Canoni-
catus, & præbendæ, die 3. Nouembris 1555. teste
Caputaq. decis. 98. par. 2. Secundo requiritur, vt pro-
9 curator sit specialiter constitutus ad renuncian. nam
facultas renunciandi, requirit speciale mandatum, vt
scriptum reliquit Host. in sum. in titulo de renun. nu
mero 7. Card. Zabar. in clem. vnica, num. 7. vers. oppo
no de renunc. Bellam. de permut. benef. par. 8. q. 2. nu-
mero 15. Cresc. decisio. 215. libro 1. Pur. decis. 100. in
princ. libro 2. Rebuff. in Concord. de electio. delegat.
vers. specialiter, cas. 28. fol. 103. & in prax. d. tit. de re-
nunc. per procur. in princ. Cels. Hug. conf. 43. nume.
7. Burlat. conf. 395. num. 25. vol. 4. Fusc. de visit. par. 2.
* c. 28. num. 13. & * communiter Doct. quod expresse
probat regula Cancellariæ quadragesima Sixti V. de
beneficijs in curia resignatis, ibi *per procuratorem
suum ad hoc ab eo specialiter constitutum*, & ca. vnde
nullum cadit dubium, Corn. conf. 13. vol. 2. lib. 2. Ce-
phal. conf. 138. num. 20. lib. 1. Ratio quia renunciare
10 beneficium † est donare, Bar. in l. vlt. ff. de his qui infr.
Bal. in cap. cum olim. el 1. vers. quæro nunquid, de off.
deleg. Dec. conf. 402. num. 9. sed donatio requirit spe
ciale mandatum, l. si conserferit, §. videbimus, ff. quib.
mod. pig. vel hyp. l. mandato generali, & l. procurato-
11 rum, ff. de procur. & ideo dicimus † donationem nõ
præsumi, sed potius errorem, glo. in l. generaliter, ver.
causa, C. de non num. pec. Dec. conf. 177. num. 1. &
* & 350. num. 4. & 644. num. 5. Cum. conf. 37. in fi. & *
cõmuniter Doct. vt per Mascard. de prob. concl. 554
per totum. Ita in simili potest quis acceptare benefi-
cium non solum per se, sed etiam per procuratorem,
12 dummodo † procurator habeat speciale mandatum
ad hoc, gl. in c. si tibi absenti, de præb. in 6. gl. in clem.
vnica ver. præsenti de concess. præb. Archid. & Io. An
dr. in c. ne captanda, eod. tit. in 6. & est communis* opi
* nio teste Couaru. lib. 3. var. resol. c. 16. num. 4. namq;
13 necesse est, vt acceptetur † beneficiũ, vt est casus in d.
* cap. si tibi absenti, vbi* communiter Doct. nam quã
14 uis † collatio tribuat ius in re, cap. vlt. & ibi Archid.
* Gem. & Franc. de concess. præb. in 6. gl. communiter*
receptа in c. pen. ver. collatio, de præb. in 6. tamen ne
cessaria est acceptatio, & ob id beneficium vacans in
curia collatum alicui absenti, si ille absens moriatur
15 ante acceptationem extra curiam, beneficium † vaca-
bit in curia non per mortem illius, cui collatum fuit,
Oldr. conf. 57. Collect. in c. Ecclesia vestra, num. 10.
de fortileg. Sarnen. de Trienn. q. 30. num. 2. Couar. d.
c. 16. num. 3. lib. 3. variar. resol.* communiter Doc. Ex
quo infert Host. d. tit. de renunc. num. 7. quod man-
16 datum † generale non sufficit ad renunciandum, id-
* que communiter* est receptum, vt dictum est, vnde
* fuit alias resolutum per dominos de Rota,* quod li-
cet procuratorium generale profit in plurib⁹, caul
17 sis prophanis, in causis tamen † spiritualibus, nequa-
quam, quia requiritur speciale in illis, vt habetur in de
cis. 35. Iciendum de procur. in antiq. Hinc habens ma
18 datum vt possit † concordare, non potest resignare, vt
* fuit resolutum* teste Cresc. decis. 213. in manuscrip.
19 speciale in hoc casu dicitur † mandatum si nomine-
tur expresse beneficium, & detur facultas illud renũ
* ciandi, Abb. & alij* communiter, in c. accedens, de p̃
ben. cum alijs, vt per Burl. d. conf. 395. num. 26. Fusc.
de visit. lib. 2. c. 24. nu. 8. & beneficium debet describi,
20 & exprimi † nomen, & locus vbi est, vt de stylo* fie
* ri videmus, & esse de iure tradit Bella. de permut. be-
nef. 8. par. q. 2. num. 15. nã alias non admitteretur man
21 datum ad † resignandum, omnia, & quæcunque bene
ficia, quæ constituens habet, vt scriptum reliquit Re-
buff. d. tit. de procur. ad resign. const. nu. 11. quod in-
tellige, quoties vellet resignare in fauorem alicuius,
nam si vellet resignare simpliciter, admitteretur man
datum huiusmodi ad renunciandum omnia, & quæ-
cũq; beneficia, quæ cõstituens obtinet, quia si ita po
test renunciare tacite, ergo & expresse. Vnde satis col
ligitur, differentiam inter mandatum ad acceptandũ
beneficium, & mandatum ad resignandum, quia pri-
mum debet esse speciale, & exprimi beneficium, se-
cundum vero sufficit quod sit generale ad acceptan
dum omnia, & quæcunque beneficia, licet aliquod
22 beneficium non fuerit † expresse nominatum, Ioan.
Andr. Abb. & Imol. in cap. accedens, Mil. in ver. pro-
* curator, & est * communis opinio, de qua attestatur
Couar. var. resol. libro 3. cap. 16. num. 4. Viu. com.
opin. vers. mandatum num. 10. Burlat. conf. 395. nu-
mero 27. & Ratio differentiæ est, quia mandatum ad
23 acceptandum † beneficium est fauorabile, & per con
sequens late interpretandum, cap. sedes, de rescript.
cap. primo de procur. Ber. conf. 226. quæstum, nume
24 ro 2. lib. 3. mandatum vero † ad renunciandum est
odiosum, Rebuff. d. tit. de procur. ad resign. const. nu
25 mero 12. & ideo stricte † interpretan. reg. odia, vbi
* communiter* Doct. de regul. iur. Sed hic occurrit
dubitare an si quis fuerit constitutus procurator ge
neralis cum libera, & amplissima potestate, vigore hu
ius facultatis possit resignare beneficium? Host. in
sum. tit. ad renunc. numero septimo, videtur firmare
sufficere liberam, & generalem administrationem da
tam, ad renunciandum, cuius opinio potest fulciri
hac ratione, quia procurator specialis, & procurator
26 cum libera administratione † æquiparantur, l. procu-
rator

rator cum libera, vbi gl. l. mandato, vbi Bart. ff. de pro
cur. Alex. conf. 21. num. 8. vol. 1. Dec. conf. 493. nu. 2.
Cur. Iun. conf. 178. num. 20. Grat. conf. 159. nu. 1. lib.
2. Ber. conf. 24. num. 9. & conf. 29. num. 12. vol. 3.

His tamen non obstantibus, contraria opinio est
27 * verior, &* communis, vt procurator cum libera non
possit renunciare, quam opin. tenuerunt fere omnes
Doc. supra cit. quib. addo Bellam. hoc expresse firmã.
in tract. de permut. benef. p. 8. q. 2. num. 15. & lege Re
* gia, cautum esse* in Francia testatur Rebuff. dic. tit. de
procur. ad resig. const. num. 11. & num. 22. Et ratio est
quia vt dictum fuit renunciatio est donatio, sed ha-
28 bens etiam liberam, & amplissimam potestatem † nõ
potest donare. l. contra iuris. §. si filius, ff. de pact. l. fi-
liusfam. in princ. ff. de donatio. Bal. in l. i. procurator
col. 1. ver. concludo ergo, C. de procur. Ias. in l. præses
num. 12. cum seq. C. de transact. Dec. conf. 402. num.
9. Fed. de Sen. conf. 2. Mil. in repet. in ver. procurator,
* Rim. conf. 67. num. 13. vol. 1. & * communiter Doct.
vt per Burl. qui in hac materia egregie loquitur, cõs.
395. num. 38. vol. 4. potestas enim donandi non cen-
29 setur dari etiam † ex datione totalis potestatis, Bar. in
l. vlt. in princ. ff. qui infr. idem Bart. in l. si quis delega-
uerit, ff. de donat. Dec. conf. 402. num. 9. vbi late. Quo
ties enim lex desiderat, vel mandat vt aliquid fiat spe-
30 cialiter, non sufficiunt † verba generalia, l. i. quis bona
§. iusum, ff. de acq. hæred. l. 1. cir. fi. ff. de lib. & postu.
Rom. in repet. auth. similiter col. pen. C. ad l. Falc. Ale
xan. conf. 122. viso puncto num. 13. vol. 4. cum alijs vt
per Card. Paris. in addition. ad Bart. in l. vlt. §. omnem,
ff. de adm. tut. & in materia procuratorum hoc pro-
bat tex. optimus in c. qui ad agendum, de procur. in 6.
vbi dicitur quod si constituatur procurator genera-
liter ad omnia etiam requirentia speciale mandatum
non admittitur in his quæ requirunt mandatum spe-
* cificum, & ibi* communiter Doct. dicunt quod vbi
31 requiritur † expressio † specialis non sufficit generalis
per quæcunque verba, gl. in c. inquisitioni, ver. expref
se de hæret. lib. 7. gl. in clem. dudum, ver. pacta de sc-
pult. gl. in clem. 1. ver. specialiter de rescrip. Ioa. And. in
c. 1. eod. titu. in 6. Hinc Vicarius Episcopi qui non po
32 test † conferre beneficium † ex commissione generali
nisi habeat expresse mandatum ad conferendum, ca.
vlt. de off. Vicar. in 6. vb. Io. And. Arch. Ant. de Butr.
* Gem. Anch. & * communiter alij, Abb. in c. constitu-
tus sub num. 6. de concess. præb. Rota decis. 1. & 4. de
off. Vic. in antiq. & decis. 7. eod. tit. in nou. Dec. conf.
128. num. 3. Card. Paris. conf. 80. num. 17. & 18. vol. 4.
Rol. a Vall. conf. 47. num. 19. lib. 1. Selu. de benef. par.
2. q. 14. num. 1. Rebuff. in prax. forma Vicariatus nu.
* 33 53. cum conferre sit donare, c. relatum, vbi gl.* com-
muniter recepta de præb. non poterit conferre etiam
ex amplissima potestate ei data ab Episcopo faciendi
34 † omnia, & singula, quæ ipse Episcopus &c. etiam si
* requirat speciale mandatum, &c. vt est communis* *
opinio, quæ colligitur ex his quæ scribit Ant. de But.
conf. 59. col. 2. 3. & 4. Dec. conf. 128. col. 1. vt alias late
* scripsi. Et hæc opinio seruatur* de consuetudine. nã
que Notarij Camerę, & Cancellariæ non admittunt
huiusmodi mandata, nisi sint specialia, vt supra dixi,
idque habet maximam æquitatem. nam non est veri-
simile, ex generali concessione fuisse datam facultatẽ
cedendi beneficium tot laboribus acquisitum, arg. c.
35 vlt. de off. Vic. lib. 6. & tamen verisimiliter dõ † est spe-
ctanda, l. ob carmen, §. vult, ff. de test. capit. in nostra
36 eod. tit. Cruet. conf. 298. num. 16. cum † sit cognata
naturæ Bal. conf. 180. mortuo filio, lib. 3. & habetur
37 pro lege, Oldr. conf. 13. ideo† qui habet verisimilitudi
nem dicitur habere textum, Cruet. conf. 297. nume.
6. formam autem huius mandati ad renunciandum
beneficium habes in Formulario instrumentorum,
fol. 64. In nomine domini amen. Nouerint vniuersi
præsentis publici instrumenti seriem inspecturi, le-
cturi, & audituri, quod ann. a natiuitate, & Pontifica-
tus S. D. N. & c. in mei notarij publici, testiumque in-
frascriptorum ad hoc specialiter vocatorum, & roga
torum præsentia personaliter constitutus N. & c.
& alia quæ ibi habentur, & quia in partibus huiusmo
di mandata non fiunt vt in Curia requiruntur, & ob
id multoties consensus non extenditur, donec suffi-
ciens mandatum venerit. Ideo non ab re pro cõmu
38 ni vtilitate tres † formas iudicaui ponendas, tum resi
gnationis simplicis, tum etiam resignationis qualifi-
catæ cum reseruatione, ex quibus poterunt Notarij
extra Curiam colligere formã prout casus exegerit.

IN nomine Domini. Amen. Per hoc præsens publi
cum instrumentum Cunctis pateat, & euidenter
sit notum, quod anno a Natiuitate eiusdem Domini
Millesimo quingentesimo nonagesimo, Indictione
III. Die vero XXV. Mensis Iulij, Pontificatus S. in
Christo Patris, & D. N. D. Sixti diuina prouidentia Pa
pæ V. Anno eius Sexto.

In mei R. Cameræ Apostolicæ Notarij publici, te-
stiumque infrascriptorum ad hæc specialiter vocato
rum, & rogatorum præsentia, præsens & personali-
ter constitutus R. N. perpetuus commendatarius mo
nasterij S. Pontij propo. & extra muros Niniuen. or-
dinis S. Benedicti, principalis, citra tamen quorum-
cunque procuratorum suorum per eum hactenus quo
modolibet constitutorum reuocationem, sponte &
ex certa eius scientia ac deliberata voluntate, omni-
bus melioribus modo via, iure, causa, & forma, qui-
bus magis, melius, validius, & efficacius de iure fieri
potuit & debuit, ac potest & debet, constituit procu
ratorem suum N. absentem tanquam præsentem, so-
lum, & in solidum, ad ipsius D. Constituentis nomi-
ne, & pro eo cessioni commendæ dicti monasterij,
in quam illud ex concessione, seu dispensatione Apo
stolica ad ipsius vitam obtinet, ac iuris sibi in illo vel
ad illud quomodolibet competen. in manibus S. D.
N. Papæ, seu eius Reuerendissimi D. Datarij, aut alte
rius ad id potestatem habentis, ac litterarum expedi
tioni consentiendum, & quocunque desuper neces-
sarios, & opportunos consensus præstandum, iuran-
dumque in animam ipsius R. D. Constituentis om-
nia iuramenta necessaria, & opportuna, & præcipue
quod non interuenerit fraus, dolus cum similibus,
&cæt. & generaliter omnia alia & singula facien. ge-
renı exercen. & procurandum quæ in præmissis, &
circa ea necessaria fuerint seu quomodolibet oppor-
tuna, & quæ ipsemet D. Constituens facere posset,
si præmissis omnibus & singulis præsens & persona-
liter interesset, etiam si talia forent, quæ indige-
rent mandato magis speciali, quam præsentibus est
expressum. promittens insuper idem D. Constituens
mihi notario publico infrascripto tanquam publicę,
& authenticę personæ solem. stipulan. & recipien. iu
re, & nomine ơium, & singulorum quorum interest,
intererit, aut interesse poterit quomodolibet in fu-
turum, se ratum, gratum, atque firmum perpetuo ha-
bituruin totum id & quidquid per dictum D. Procu
ratorem suum Constitutum actum, dictum, gestum,
factum, vel procuratum fuerit in præmissis, seu alio

præmissorum,Releuans nihil ominus extunc & relevare volens eundem D.Procuratorem ab omni onere satisdãdi, iudicioque sisti & iudicatum solui,cum omnibus & singulis clausulis necessariis,& opportũis sub hypotheca & obligatione omnium & singulorũ bonorum mobilium præsentium & futurorum,ac alia iuris & facti renunciatione ad hæc necessaria,pariter & cautela.Super quibus omnibus & singulis præmissis petitũ fuit a me notario publico infrascripto fieri atque confici vnum vel plura publicum seu publica instrumentum & instrumenta,&c.in officio mei eiusdem notarij presentibus ibidem N.N.N.&c. testibus ad præmissa omnia,& singula habitis,vocatis, atque rogatis.

IN.nomine Domini Amen.Presenti publico instrumento cunctis pateat euidenter,& sit notum,qd Anno a Natiuitate eiusdem Domini,Millesimo quingentesimo nonagesimo,Indictione III.Pontificatus S.in Christo Patris & D.N.D.Sixti diuina prouidentia Papæ V.Die vero XXX.Mẽsis Iulij,anno eius VI.

In mei R.Camerę Apostolicæ Notarij publici, testiumq.infrascriptorum ad hæc specialiter vocatorũ & rogatorum præsentia præsens,& personaliter constitutus N.Clericus &c.Rector parochialis ecclesiæ, &c.loci,&c.Diœc.&c.personalis,citra tamen quorumcunque procuratorum suorum per eum hactenus quomodolibet constitutorum reuocationem,sponte & ex certa eius scientia ac deliberata voluntate,omnibus melioribus modo,via,iure,causa,&forma,quibus magis,melius,validius,&efficacius de iure fieri potuit & debuit,ac potest,& debet fecit,constituit,creauit, nominauit,& solemniter ordinauit suum verum,certum,legitimum & indubitatum procuratorem,& factorem,negotiorumq.suorum infrascriptorum gestorem,ac nuncium specialem,generalem,ita tamen qd specialitas generalitati non deroget,nec e contra.D. N.&c.absentem tamquam præsentem,solũm & in solidum,ad ipsius D.Constituentis nomine & pro eo dictam parochialem ecclesiam,quam obtinet in manibus S.D.N.Papæ seu eius Reuerendissimi D.Datarij aut alterius ad id potestatem habentis, in fauorẽ D.N.&c.pure,libere,& simpliciter resignandum,resignationiq; ac litterarum expeditioni cõsentiendum & quoscumque de super necessarios & opportunos, consensus prestandũ,iurandumque in animam ipsius D.Constituentis,quod in præmissis non interuenit, neq; interuenire speratur fraus, dolus simoniæ labes seu quæuis alia illicita pactio,seu etiam corruptela,& quolibet aliud desuper necessarium,& opportunum licitum tamen,& honestum iuramentum præstandum, & generaliter omnia alia,& singula faciẽdum,gerendum, exercendum,& procuran.quę in præmissis,& circa ea necessaria fuerint,seu quomodolibet opportuna,quę ipsemet D.Constituens faceret,& facere posset,si præmissis omnibus,& singulis præsens & personaliter interesset,etiam si talia forent,quæ mandatum exigerẽt magis speciale,quam præsentibus est expressum.Promittens insuper idem D.Constituẽs mihi notario publico infrascripto,tamquam publicæ,& authenticę persone solemn.stipulant.& recipien.vice,& nomine omnium & singulorum,quorum inter est interesse poterit quomodolibet in futurum, se ratum, gratum,atque firmum perpetuo habiturum totum, id,& quidquid p dictũ procuratorẽ suũ cõstitutũ,ac substituendũ ab eo actũ,dictũ,gestũ, factũ,vel procuratũ fuerit in præmissis,seu alio præmissorũ, releuãs nihilominus ex tũc & releuare volens eundẽ procuratorem ab omni onere satis dandi,iudicioque sisti,& iudicatum solui,cum omnibus, & singulis clausulis necessariis,& opportunis,sub hypotheca & obligatione omnium,& singulorum bonorum suorum mobiliũ, & immobilium,presentium & futurorum,ac qualibet alia iuris & facti renunciatione ad hæc necessaria,pariter & cautela.super quibus omnibus,& singulis præmissis petitum fuit a me notario publico infrascripto fieri,atque confici vnum vel plura publicum,seu publica instrumentum & instrumẽta.Actum Rõmę,in officio mei eiusdem notarij.presentibus ibidem N. N. N.testibus ad præmissa omnia,& singula habitis,vocatis atque rogatis.

IN nomine Domini,Amen.Presenti publico instrumento Cunctis pateat euidenter,& sit notum,qd anno a Natiuitate eiusdem Domini,Millesimo quingentesimo nonagesimo,indict.III.die vero XXX Mẽsis Iulij,Pontificatus S.in Christo patris & D.N. D. Sixti diuina prouidentia Papæ V.anno eius VI.

In mei R.Camere Apostolicæ notarij publici infrascripti,testiumq.infrascriptorum ad hæc specialiter vocatorum,& rogatorum presentia,presens,& personaliter Constitutus N.Clericus,&c.Rector parochialis Eccl'iæ S.Ioannis Caltri,&c.diœc.&c.personal.citra tamen quorumcunque procuratorum suorum per eum hactenus quomodolibet constitutorum reuocationem,sponte & ex certa eius scientia,ac deliberata voluntate,omnibus melioribus modo,via,iure,causa, & forma,quibus magis melius,& efficacius de iure fieri potuit,& debuit,ac potest & debet,fecit,constituit creauit,nominauit,& solemniter ordinauit procuratorem suum N.absentem tamquam presentem,totũ, & in solidum ad ipsius D.Constituentis nomine,& pro eo dictam parochialem Ecclesiam S.Ioãnis,quã obtinet,in manibus S.D.N.Papæ,seu eius R.D.Vicecancellarij,aut Datarij,seu alterius ad id potestatem habentis,in fauorem D.N.reseruata tamen ipsi D.Cõstituenti annua pensione quinquaginta ducatorum auri de Camera super eiusdem parochialis Ecclesię fructibus,redditibus,& emolumentis prouentibus,luribus,& obuentionibus vniuersis soluen.in loco,& terminis,ac cum clausulis,immunitatib.exemptionib.indultis,& decretis mõq;,& forma in supplicatione de super signata,vel signanda expressis, & cõtẽtis,& seu exprimendis,& iuxta illius formam,continentiam,& tenorem,& resignãdum,resignationique, & litterarũ expeditioni consentiendum,& quoscumque desuper necessarios & opportunos consensus præstandum,iurandumque in animam ipsius D.Constituentis omnia iuramenta necessaria,& opportuna, & quod non interuenerit fraus,dolus nec simoniæ labes,&c.& generaliter omnia alia & singula faciendum,gerendum, exercẽdum,& procurandum,quæ in premissis, &circa ea necessaria fuerint,seu quomodolibet opportũa & quæ ipsemet D.Constituens faceret,& facere posset,si præmissis omnibus,& singulis, præsens, & personaliter interesset,etiam,si talia forent,quę exigerent mandatum magis speciale quam præsentibus est expressum Promittens in super idem D.Constituens mihi notario publico infrascripto tamquam publicæ,& authenticæ personæ solemn.stipulan.& recipien.vice & noĩe oĩum & singulorũ quorũ interest interit, aut interesse poterit quomodolibet in futurum,se ratum,gratum,atque firmum perpetuo habiturũ totũ id,& quid quid per dictum procuratorem suum constitutum

stitutum,actum,dictum,gestum,factum,vel procuratum fuerit in præmissis,seu alio premissorum. Releuans nihilominus ex tunc,& releuare volens eundem procuratorem ab omni onere satisdandi iudicioque
sisti,& iudicatum solui cum omnibus & singulis clausulis necessarijs & opportunis, sub hypotheca & obligatione omnium,& singulorum bonorum mobilium,præsentium,& futurorum, ac qualibet alia iuris,& facti renunciatione ad hæc necessaria,pariter & cautela.Super quibus omnibus, & singulis præmissis petitum fuit a me notario publico infrascripto fieri atque confici vnum,vel plura publicum, seu publica instrumentum,& instrumenta.Actum Romæ,in officio mei eiusdem notarij,præsentibus ibidem N. N.N. testibus ad præmissa omnia & singula habitis vocatis atque rogatis.

Et sic requiritur,quod sit constitutus aliquis procurator,nominatus,scilicet expresso nomine ꝓprio,
39 & cognomine†alias non valet procuratorium, vt tradit Rebuff.d.tit.de procur.ad resign. constit.n.7.ex l. 2.ff.de procur.gl.in l.tutor incertus,ff.de testam. tut. vnde non valent procuratoria vacua, quæ in albo dimissa vocant,†vt scribit post alios Castan. in consuet. Burg.rubr.des,&c.§.5.gl.sans,& n.18.de qua materia Boer.decis.274.col.2. Vlterius requiritur,quod sit cõstitutus procurator ad renunciandum sponte & libe-
41 re,†vt probat tex.in clem.vnic.de procur. *procuratorem sponte ac libere constituerit* Card.n.8.vers.9.Bo
* nif.& Vitel.& communiter* Doct.alias autem si constitutio procuratoris fiat per metum,est nulla, & om-
42 nia indefequuta annullantur,c.accedens, de procur.
* Abb.in c.Abb.vbi alij*cõmuniter,de his,'qui vi, &c. Rom.sing.753.Prob.in addit.ad Io.Monach.in rub. de renunc.li.6.Dec.cons.219.q.1.Rebuff.d.tit.31.&
* est*communis omnium Doct.sententia.Secundo,ut
43 adsit clausula,quod†nec vis,neque dolus,&cæ. prout
* de stylo*requiritur,requiritur etiam ut hoc instrumẽ-
44 tum procuratorium non sit† cancellatum,namque si sit cãcellatum,nullam facit fidem, & resignatio facta vigore huiusmodi instrumenti est nulla,ita Rebuff.d.
* *communiter Doct.C.de solutio.l.si chirographum,
45 ff.de prob.Hinc cancellatio†instrumenti impedit missionem in possessionẽ.l.vlt.vbi Bart. Dec. Zuccard.&
* alij*communiter,C.de edict.diui Adr.tollen.& vitiat
46 †instrumentum.c.cum olim,il 2.de priuileg.c.ex litteris,de fide instrum.Anch.cons.242.& cons.431.Ange.cons.341.super primo in fin.Lap.alleg.30. But.cõsil.11.Corn.cons.58.lib.1.& cons.118.lib.4.

47 Quod procedit,si cancellatio est in loco†principaliter,nam aliàs secus,c.ex litteris,de fid.instrum. Dec.d. l.vlt.n.37.& si est,facta†manu diuersa,Ale.cons.41.li.
48 1.Rom.consil.170. ideo bene inspiciunt huiusmodi mandatum Notarij Cameræ, & Cancellariæ, si vero
49 post resignationem reperiatur mandatum †cancellatum,tunc non initiat resignationem.Rebuff.dic.tit. de procur.ad resign.const.n.34.namque sufficit fuisse productum apud Notariũm Cameræ,vel Cancellariæ sine macula,& ita præsumitur productum, nam aliàs Notarij non recipiissent;vnde, licet postea reperiatur cancellatum,nihil refert,& fides instrumenti, non minuitur Bal.in l.si vnus,in fi.C.de test.Rebuf.lo
50 co cit.n.34.namque†mandatum relinquitur in Camera,vel Cancellaria,vt tradit Prosp.de S.Cruce dec.83. manusc.& ob id,qui litteris resignationis expeditis dicit mandatum non fuisse bonum,debet docere, & ꝓ
51 bare hoc;nam presumuntur litteræ bene expeditæ,& mãdatũ fuisse bonum ob reuisionem tot peritissimorũ hominũ,ita fuit resolutũ* in Rot.teste Car.S.Cru. d.dec.83.nã resignauit ꝓ ꝓcuratorẽ maior,& fuerũt litteræ expeditæ,postea dicebat esse minorẽ, & p con sequẽs nõ potuisse dare mãdatũ ad resignãdũ, fuit cõ
52 clusũ†mãdatũ plumi bonũ,donec cõtrariũ ꝓbet, qa alias illud nõ recepissent Notarij Cameræ,& Cancell.

An aũt bñficiatus possit cõstituere ꝓcuratorẽ ad renũciãdum sine cõsensu Capituli Ecclesiæ, cui resignat,si hẽt Capitulum,,put in Cathedrali, & collegiatã Inn.& Host.& Cõpostel.in c.quod in dubijs de re
53 nunc.tenent quod†non requiratur,sequitur Cardin. Zabar.in clem.vnica,num.8.de renunc.

Aduertẽdũ tñ est,qꝺ,cũ ꝓdicta consensus in Cãcella-
54 ria,Notarij†Cãcellariæ magnam adhibent diligentiam,vt mandata sint valida,& cum omnibus circumstantiis requisitis a iure & stylo,& alias consensus nõ extendunt,& ita quotidie practicari videmus,Notarij vero Cameræ sunt largiores,& ideo extendunt cõ sensus vigore mandati minus sufficientis,cum obliga
55 tione†tamẽ,quod ille procurator ꝓcurabit vt veniat mandatum procuratorium sufficiens & validum, qd tenebitur infra ꝓmptum prefixum producere,& ita ser
* uat*stylus notorius in Curia,vt a peritissimis didici, & vidi seruari.

SVMMARIVM.

1 *Procurator an possit resignare post confectum mandatum antequam illud habuerit.& num.5.*
2 *Procurator potest agere,certioratus a domino per litteras de mandato.*
3 *Mandatum sufficit fuisse productum ante sententiam.*
4 *Gesta per procuratorem valent, etiam si ignoret esse procuratorem,contra num.8.*
6 *Notarij Cameræ & Cancellariæ non extendunt cõsensum,nisi videant mandata.*
7 *Mandatum relinquitur in Camera.*
9 *Mandatum non præsumitur.*
10 *Procurator debet esse certus,quomodo debet renunciare.*
11 *Procurator debet seruare fines mandati.*
12 *Iudex debet esse certus de sua iurisdictione.*
13 *Mandatum ad renunciandum a quo debeat recipere procurator.*
14 *Auctoritas superioris tollit suspicionem falsi.*
15 *Rati habitio non habet locum in resignationibus.*
16 *Rati habitio habet locum in his,quæ exigunt speciale mandatum.*
17 *Beneficium potest acceptari nomine tertij.*
18 *Ad acceptandum beneficium requiritur speciale mandatum.*
19 *Supplicatio potest porrigi absque mandato.*
20 *Mandatum potest dari ad consentiendum supplicationi signatæ,vel signandæ.*

QVAESTIO VIII.

QUaero,an habita notitia de mandato procuratorio possit procurator renunciare antequam illud in manibus habuerit?Puta,quia prius a constituente fuit certioratus per nũtiũ,vel Epistolam de hoc vel ab alio,Respondet Rebuf.in sua praxi ibi tit. de procur. ad resig. constit.
1 num.23.quod sic,mouetur quia potest procurator agere

agere certioratus a domino per litteras & nuncium de mandato, licet illud mandatum non receperit, vt concludit Bart. in quodam cons. incip. Quæritur. Quod comprobatur, quia gesta per procuratorē ante receptum mandatum, & ante quam certioretur, valent, Dyn. cons. 18. quæstio talis est, col. 1. Bal. 1. §. in 3. not. ff. de procur. Hinc seruat* Rota quod sufficiat quod ante sententiam illud producat, vt habetur de- * cis. 7. nu. 3. de procur. in nouis. Hinc in vna* Zamoren. * coram Siluestro, 12. Decembris, 1533. fuit* resolutum 4 valere gesta per procuratorem etiam ignorantem† le esse procuratorem, teste Sarn. decis. 50. lib. 1. & in alia * *Mediolanen. 4. Feb. 1534. valere gesta, licet de procura non appareat, si tamen potest probari testibus, teste Sarnen. decis. 51. lib. 1. in manuscript. & hanc opinionem efficacibus rationibus fundatam attestatur Curtius iunior cons. 63. vbi per totum illam defendit eo magis in beneficialibus, vt late probat Curt. Iun. d. cons. 63. n. 11. Boer. decis. 348. sub nu. 7.

His tamen non obstantibus, in contrarium se ha- * bet* communis opinio omnium Doct. vt quis † non 5 possit assignare, nisi prius recipiat mandatum procuratorium, quamuis habuerit litteras, per quas aduisabatur mandatum procuratorium esse cōfectum Imo. in cap. in nostra col. 2. post medium de procur. & in l. quod in domini, ff. de testamen. Boer. decis. 348. sub num. 7. col. 6. ante med. & post med. & ita fuit dictum in Rota in vna Ouiten. Archidiaconatus de Liuero. 11. Febr. 1545. coram Put. teste eod. decis. 360. nu. 5. li. 2. vbi dicit etiam, quod Notarii Camerę, & Cancellariæ non extendunt consensum, nisi videant † manda- 6 ta in bona forma. Caput. decis. 168. lib. 2. & decis. 85. lib. quando quidem mandatum post præstitum consē- 7 sum † relinquitur in Camera, vel Cancellaria, & postea litteræ expediuntur. vt attestatur Card. S. Cruc. decis. 83. ita etiam in Gallia ante receptum mandatum non * recipiuntur renunciationes; ita cautum ex lege* Re- * gia attestatur Rebuff. d. tit. de procur. ad resign. cons. n. 26. immo de stylo* curiæ non admittitur quis vt ꝓ- * curator in omni materia, nisi prius ostenderit mandatum, vt tradit Io. de Im. relatus à Boer. d. decis. 348. * col. 6. sub n. 7. vers. & hoc est conforme communi* 8 opinioni, quæ se habet, non valere gesta procuratoris tante receptum mandatum, Imol. in d. l. qui in domi- * ni, ff. de testa. Idem in clem. 1. post glo. in ver. receptis * de procur. Bart. consil. 73. quæritur vtrū procurator, * & est* communis opinio, à qua non est recedendum in iudicando, & consulendo, vt attestatur Cur. Iuni. 1 d. cons. 63. num. 1. & quamuis ipse defendat † cōtrariū, & 1 vt supradictum est, nihilominus ab opinione communi non est recedendum, vt tradit Boer. dic. decis. 348. 2 in n. 7. vbi allegat alios Doct. tenentes hanc opinio- ex nem, † mandatum enim non præsumitur, & ideo de- 9 bet in primis ostendi, vt * est communis, & recepta, * omn. doct. sententia, vt patet ex allega. per Mascard. de proba. concl. 1004. per totam, ex quibus cessant allegata in contrarium per Rebuff. nam Bart. retorquetur in contrarium, aliæ vero doctrinæ parum faciūt, cum in contrarium sit cōmunis* opinio, vt ipse Curt. Iun. attestatur d. consil. 63. col. 1, & decisiones Rotæ allegatæ procedunt in diuersis casibus in materia dationis consensus, in qua habemus legem præscriptā, vt ostendatur mandatum, alioquin non extenditur à Notarijs Cameræ, & Cancellariæ. Debet igitur procurator recipere mandatum, & postea dare consensum * vt ex prædictis colligitur, & est* communis Doc. sen 10 tentia: namque debet esse certus, quomodo debeat renunciare, & quibus clausulis, vt seruet fines † mandati, Ias. cons. 162. col. 4. lib. 2. & cons. 86. in fin. libro 3. Card. Paris. cons. 19. num. 15. cum seq. vol. 2. sicut iu 12 dex antequam † procedat debet esse certus de sua iurisdictione, Caput. decis. 114. p. 2.

13 A quo autem debet recipere hoc mandatum? Rebuff. dicto tit. de procur. ad resig. const. num. 25. & 26. Innuit debere recipere per nūcium missum à Domino, vel per epistolam Domini, & ideo dicit, quod si receperit per extraneum non debet præstare consensum antequam sit certioratus à domino, ex not. in le. 1. per illum tex. ff. de contrah. empt. & ex his, quæ scribit Marc. in l. si quis num. 64. ff. de quæstio. Rebuff. in constitutioni. regni tit. de lit. oblat. nu. 27. & hoc ad euitandum falsum, & bene esset vt id seruarent pro- * curatores; Verum contrarium practicatur,* vt detur consensus, etsi recipiatur mandatum per manus extranei resignatarij, aut alterius habentis interesse, & su- 14 spicio falsi satis tollitur † ob sigillum Episcopi, vel cō- * munitatis in eo appositum, iuxta ea, quæ dicunt Doc. to.* communiter in cap. post cessionem de probat. cum alijs, vt dixi supra & dando consensum videtur accepisse mandatum, ut requiritur, Rot. decis. 7. de pro- 15 cu. in nouis. Ex quo infertur, quod † rati habitio non habet locum in resignatione beneficij, vt quis possit renunciare beneficium tertij, & postea effi cere, vt cō sentiret, vt ex supradictis colligitur, quandoquidem * iuxta* communem requiratur mandatum speciale, q est notandum, quia ratihabitio habet locum in his, q 16 exigunt † speciale mandatum, cap. vlt. de iur. iu. Ang. in l. nec filius, C. de reb. cred. Ballin l. si maritus; C. mand. Alex. cons. 79. lib. 5. Felin. in cap. sicut 2. cōlu. vlt. de simon. Dec. in l. semper qui non prohiber, nu. 7. de reg. Iur. & cons. 281. & ob id, si quis acceptauerit benefi- 17 cium nomine tertij, poterit ille tertius ratum habere * *communiter Doct. in cap. accedens, de præben. gl. in cap. quamuis, eod. tit. in 6. quamuis ad acceptandū re- * 18 quiratur † speciale mandatum, vt est* communis opinio, de qua per Couar. lib. 3. var. resol. ca. 16. num. 5. declara; hæc procedere quo ad præstandum consensum vt requiratur speciale mandatum per instrumentum publicum, & quod illud receperit procurator, suppli- 19 catio † autem potest porrigi etiam absque mādato, & postquam est signata, potest dari mandatum, quod da 20 tur ad consentiendum † supplicationi signatę, vel signā * dæ. & ita practicari* videmus, vt supra dixi, & postea præstatur cōsensus, iuxta regulam Cancellarię. 40.

SVMMARIVM.

1 *In mandato dato ad resignandum in Curia potest dici in fauorem N. & non aliter, nec alio modo.*
2 *Non potest fieri † mandatum ad resignandum in manibus Ordinarij cum clausula, non aliter nec alio modo.*
3 *Renunciatio coram Ordinario debet fieri libere.*
4 *Mandatum ad renunciandum in fauorem, etiam absque clausula & non aliter, & c. est simoniacum.*
5 *In manibus Ordinarij non potest fieri renunciatio in fauorem.*
6 *Procuratore renunciante omisso medio vitioso, renunciatio est valida, & mandans excusatur a simonia.*
7 *Exequutio & non destinatio attenditur.*
8 *Actus renunciationis, & non voluntas volentis cedere attenditur.*
9 *Interpretatio capienda, vel excludatur dictum.*
10 *Ordinarius pōt conferre illi, cui renuncians voluerat.*

QVAE-

QVAESTIO IX.

NOno quęro an in mandato procuratorio possit dici, Constituo N. pro curatorem ad renunciandum in fauorem talis, & non aliter, nec alio modo. Omissis his, quæ possunt dici pro vtraque parte, communis* resolutio * est, vt si mandatum fiat 1 ad renunciandum in manibus sum. Pont. possit apponi, & non aliter, nec alio modo, *ex stylo, & tolerantia antiqua, Cassad or. decisio. 2. num. 3. de sim. Nauar. in Man. ca. 23. sub nu. 107. Rebdoan. de sim. p. 3. ca. 2. num. 21. Cacial. de pens. q. 19. num. 18. & ita tota* die practicari videmus, si vero fiat 2 ad renunciandum in manibus Ordinarij, non † potest in mandato apponi clausula huiusmodi, & non aliter nec alio modo, absque vitio simoniæ, Ferret. cons. 95. num. 13. Cacial. d. tract. de pens. q. 19. num. 15. Namque libere debet fieri renunciatio coram † Ordinario 3 non solum per se, sed per ꝓcuratorem Gamb. de aut. leg. a lat. lib. 2. num. 29. & 37. li. 6. num. 125. Hinc alias in Rota, fuit propositum dubium in vna Vicentin. ꝑ * ceptoria* corā Decano die Mercurij 9. Martij. 1552. si mandatum fuit factum ad renunciandum in mani- 4 bus Ordinarij in fauorem † certæ personæ, cum clausula pure, & simpliciter an sit simoniacum, & præsumatur fraudulentum. Domini concluserunt affirmatiue teste Caput. decis. 192. par. 2. hoc idem, fuit resolutum * in* vna Firman. bene. teste Pelegr. decis. 144. libro 2. namque ibi fuit datum mandatum in fauorem N. ad renuncian. beneficium coram Vicario, aut alio facultatem habente absque clausula, non alias, nec alio modo, fuit tentum, quod talis resignatio non valeret, & quod ius remanserat penes resignantem, quia in ma- 5 nibus † Ordinarij resignari non potest in fauorem, vt * communiter* Doct. volunt, sed cadit dubium, quid si mandatum fuit datum ad renuncian. in manibus Papæ, vel Ordinarij in fauorem certæ personæ, procura- 6 tor autem renunciauit in manibus Ordinarij † libere omisso medio vitioso, & sic non renunciauit in fauorem, aut sib mandatum fuerat, an renunciatio sit valida, & ex hoc mandans excusetur a simonia omissis * quæ possunt adduci hinc inde, vera, &* communis sē tentia est affirmatiua, secundum quā consuluit Card. Paris. cons. 15. num. 13. & 14. cum seq. vsque ad nu. 19. vol. 4. & ita* fuit resolutum per Rotam in dic. Vicentin. preceptoriæ, coram Decano, die Mercurij 1552. teste Caput. decis. 192. par. 3. & ita consuluit Rebuff. cōs. 85. & late cons. 87. Et ratio est, quia destinatio ipsius resignantis sapiens simoniam, non fuit acceptata, neque exequuta per procuratorē, qui omisso medio vitioso resignauit libere: quo casu non debet attendi il- 7 la destinatio, † sed exequutio facta per ipsum procuratorem, & actus per ipsum gestus, qui careat omni vitio vt eleganter concludit Petr. de Anchar. cons. 28. ratione col. 2. & 3. vers. sed his non obstan. vbi ex pluribus auctoritatibus, & rationibus, probat attendendam esse exequutionem factam per procuratorē, illamque simpliciter esse in consideratione potius, quam man- 8 datum. actus enim resignationis, † & non voluntas volentis cedere attenditur, Dec. in cap. ex parte el 1. col. u. in 1. & 2. concl. de offic. deleg. Archid. Gem. & Præpos. in cap. ordinationes & in ca. quinque. 1. q. 3. But.

* Abb. Im. & *communiter in ca. dilecto, de præben. Eo
9 que magis, vt capiatur † interpretatio ad excludendum delictum, iux. l. merito si pro socio. Ob quam causam illa verba in fauorem certæ personæ possunt interpretari, si fiat renunciatio coram Papa, & plures rationes adducit Rebuff. d. cons. 45. quod vide. Amplia, hanc conclusionem procedere etiam si postea Ordinarius qui admisit renunciationem libere, cōtulit illi, cui resti- 10 gnans mandauerat † procuratori resignare, ita Card. Paris. concludit dict. cons. 15. num. 14. vol. 4. vers. hoc non caret suspicione, & tutius erit alteri illud beneficium conferre.

SVMMARIVM.

1 *Procurator non potest constitui ad acceptandum, & renunciandum.*
2 *Procurator non potest constitui ad renunciandū beneficium obtinendum.*
3 *Tempus confecti mandati inspicitur.*
4 *Peccat mortaliter acceptans beneficium, vt illud renunciet.*
5 *In curia de stylo datur Examinetur.*

QVAESTO X.

DEcimo, quæro, an quis possit cō stituere procuratorem ad acceptandum, & renunciandū simul vt ex illo procuratorio possit ꝓ curator acceptare tale beneficiū & illud resignare. Respōdet Rebuf. in prax. tit. de proc. ad resig. const. num. 16. & 17. quod non. Bellam de permut. bene. p. 8. q. 2. nu. 17. Ratio est, quia potest quis constituere procuratorem ad renunciandum beneficiū, 1 quod † obtinet, non autem obtinendum, Rebuf. loco cit. & in tract. nomin. q. 14. Quare procurator virtute huius mandati non poterit resignare, namque ad validitatem † mandati inspicitur tempus, quo instrumentum procuratoriū fuit cōfectum, et colligitur ex his 2 quæ scribit Menoch. de recup. poss. primo remedio n. 272. 273. 274. & nō entis nullæ sunt qualitates immo mortaliter peccat, qui acceptat beneficiū, vt illud postea renunciet, & ob id in curia de stylo, quando datur examen apponitur † clausula dato prius iuramēto, 4 quod illud non recipiat animo renunciandi.

SVMMARIVM.

1 *Notarius non potest se rogare de instrumento in personam suam.*
2 *Consanguinei, qui debent præstare consensum ex forma statuti in contractibus mulierum, non possunt consentire, si cum illis contrahunt.*

QVAESTIO XI.

NOnDECIMO. quæro, si aliquis vult constituere procuratorē. N. ad renuncian. in curia, an ipse N. possit se rogari de manda- to procuræ in personam suam 1 Vera conclusio est negatiua, † quam tenuit Rebuf. in prax. tit. de procur. ad resign. num. 6. & est doctrina Bar. in l. ex sententia, ff. de testatur Guid. Pap.

Pap.decis.126.Afflict. decis.317.atteſtatur ita*fuiſſe
* deciſum,& com.*doct.ad tollan.n.fraudes hoc rece
ptum eſt,vt Notarius non poſſit ſe rogare de manda
to procuræ in perſonam ſuam,Bart.in l.2.in princ.ff.
de ſtip.ſeru.Bal.in l.iudices,C.de fid. inſtrum. & in l.
conſul.nu.5.ff.de adopt.Fel.in ca.quoniam,num. 41.
de probꝫ ſicuti agnati,& conſanguinei,qui debent ex
2 forma ſtatuti†præſtare conſenſum in cõtractibus mu
lierum,non poſſunt illum præſtare,quando cum ipſis
contrahunt dictæ mulieres,nam tunc alij ſunt adhibẽ
* di;*communis opinio,vt per Dec.conſ.612.in fin.Ca
tell.Cott. in memor.ver.filius fam.poteſt,& ver. ſtatu
tum,Io.de Arnon.Soliloq.17.Burſ.conſ.380. nu. 20.

SVMMARIVM.

1 *Præſens in curia, an poſſit conſtituere procuratorem ad renunciandum.*
2 *Verbum Nullatenus annullat actum ipſo iure.*
3 *Vbi ſtatuum requirit præſentiam propinquorum,propinqui non poſſunt mittere procuratorem.*
4 *Statutũ puniens facientem actum perſonaliter,non includit facientem per alium.*
5 *Vbi requiritur iuramentum pro forma,quis non poteſt iurareper alium.*
6 *Quoties eſt electa induſtria perſonæ actus non poteſt per ſubſtitutum expediri.*
7 *Cardinales præſentes in curia,& reſignantes,quo modo præſtent conſenſum.*
8 *Notarij Cameræ admittunt procuratores præſentiũ, in curia.*
9 *Præſens in curia poteſt conſtituere procuratorem ad renunciandum in partibus.*

QVAESTIO XII.

VODECIMO,quæro,an præ
ſens in curia poſſit conſtituere
procuratorem ad reſignãdum,
& conſentiendum eidem reſi-
1 gnationi.Communis*eſt negati-
ua,†quam tenet Gig.in tract.
de penſ.q.11.vbi dicit hanc opi-
nionẽ eſſe veriorem, & ſeruari in
praxi in curia,ſequitur Burſ.conſ.395.num.28.vol.4.
quod probatur ex regula Cancellariæ 40.Sixti V.ibi,
Apoſtolicæ litteræ nullatenus expediantur,niſi reſignans,vel cedens ſi præſens in Romana curia fuerit, perſonaliter,alioquin per procuratorem,&c. Loquitur enim per verbum nullatenus†quod annullat actũ
2 ipſo iure,Glo.ibi ad reg. Innoc.8.gl.in clem.1. verſ.
nullatenus de ſequeſtr.poſſ.& fruct.in terminis dictæ
reg.Boer.deciſ.348. num.1.& ſic requirit,vt preſens
in curia perſonaliter præſtet conſenſum, vnde nõ po
terit cõſtituere procuratorem,Abb.in c.vlt.de iuram.
calum.gl.in clem.dudum de ſepult.Hinc vbi ſtatutum
3 requirit præſentiam propinquorum,†propinqui non
poterunt mittere procuratorem,Ang.in l. Titius, ff.
quibus mo.pign.vel hipo.Bal.in l.1.vl.col.C.qui adm.
Hinc ſtatutum puniens facientem actum perſonaliter
4 non includit facientem†per alium,Card.in cap.perpẽ
dimus de ſent.excom.Bart.in l.infantes ff.de fideicõ.
5 libert.Hinc quoties requiritur iuramentum† pro for
ma,quis non poteſt iurare per alium,Abb.Bal.Fel. in
cap.licet ex quadam,de teſtibus,Bart.in l.qui bona.§.
qui aliena.ff.dam.infect.Card.in clem..1.in 11.no.de
iur.iur.Ratio,quia ex his verbis poſitis in d.reg. Can
6 cellariæ eligitur,& conſideratꝰ induſtria perſonæ,quo
caſu actus non poteſt per ſubſtitutum†expediri,Bart.
in l.nemo eſt qui neſciat,ff.de duob.reis & in l.1.ff.de
* var. & extraord.cog.& in l.diem,vbi Dec.& alij*com
muniter,ff.de off.aſſeſſ.idque eo magis procedit in a-
ctibus præiudicialibus,ex his,quæ ſcribit Bart.in l per
hanc,C.de erogat.mil.ann.li.12.Bal.in l.1.§.ne autem
C.de Cad.toll.Io.de Anan.in c.1i cuius in fi.de ſimo.
Amplia hanc concluſionem procedere in omnib. &
quibuſcumque perſonis, etiam in maxima dignitate
conſtitutis,etiam Cardinalatus honore decoratis, ita
* de ſtylo*ſeruari videmus.namque Cardinales,quãdo
7 reſignant,†vel præſtant conſenſum per ſchedulã, quã
mittunt Notarijs,vel Notarij accedunt ad eorum pa
* latia ad recipien.conſenſum,ita ſe habet ſtylus * no-
torius,in curia,Nauar.in c.accepta opp.7.num.27.de
reſtit.ſpol.limita nou procedere in Camera.nam quã
8 do præſtatur ibi conſenſus notarij Cameræ † admit-
tũt procuratores etiam præſentium, ita Gloſator Re
gu.Cancellarię 14.Inn.VIII.poteſt tamen†prælens in
curia conſtituere procuratorem ad renunciandũ in
partibus,Collet.in c.exhibita in 10.qu.de rerum per-
mut.Bellam.in eod.tract.p.8.q.3.num.8.

SVMMARIVM.

1 *Supplicatione ſignata conſenſus præſtatur ante ſex menſes.*
2 *Mandata ad renunciandum durant multo tempore.*
3 *Voluntas cenſetur durare.*
4 *Per lapſum quadrienniį mandatum non cenſetur reuocatum.*
5 *In Francia elapſo anno non recipiuntur mandata ad renunciandum.*

QVAESTIO XIII.

DEcimo tertio,quæro, poſtquam qs
recepit mandatum ad renunciandum, per quantum tempus poſ-
1 ſit præſtare conſenſum? Reſponde,quod,ſi ſupplicatio †eſt ſignata
tunc debet præſtare cõſenſum an
te ſex menſes, ad hoc vt poſſit in-
fra dictum tempus publicare,vt requiritur ex conſti-
tutioneGreg.XIII.& late ſuo loco dixi,ſi vero ſuppli
catio non eſt ſignata,vt quia nõ fuit porrecta, admit
2 tuntur mandata †confecta etiam multo tempore an-
3 te,Gig.conſ.11.nu.6.nam ead.voluntas† cenſetur du
rare donec de reuocatione appareat,c.maiores de ba
ptiſ.l.eum qui,ff.de prob.Caſſad.deciſ.1.num. 2.de re
nunc.Dubium tamen eſt,an per lapſum quadrienniį
à die confecti inſtrumenti procuræ,cenſeatur mãda
tum reuocatum?Paul.de Caſtr.conſ.12. tota diſputa
tio iſtius proceſſus col..2.verſ.2.ratio,li.1.tenet quod
per lapſum quatuor annorum mandatum ſit extin-
ctum,mouetur,quia præſumptio eſt, quod mandans
reuocauerit ob longum interuallum,arg.l.in cõfirmã
do,ff.de confir.tot.Tamen in contrarium eſt veritas,
4 †quod etiam poſt quadriennium poſſit præſtari con-
* ſenſus quam opin.tenuit Rota*in vna Abulen. Cano
nicatus,& præbendæ,die 21.Nouembris 1543. coram
Cardinali S.Crucis,teſte Moedan.deciſ. 217.penſio-
nem habens ſub tit.de renunciand.ſeu procur.fuit.n.
concluſum,conſenſum præſtitum poſt quatuor an-
nos eſſe bonum,quia ut dixi,voluntas ſemper cenſe-
tur durare,donec de mutatione non appareat, capit.
maiores

maiores de bapt.& poſt decem annos,l.ſancimus.C.
de teſta.Non obſtat Conſilium Pau.de Caſtr.in con
trarium allegatum,quia Rota dixit hoc Conſiliũ eſſe
cõtra omnes regulas,& omnia principia iuris.Melius
tamen eſſet habere nouum mandatum . nam Notarij
Cancellariæ,quandoque faciunt difficultatem,vt tra-
dit Rebuff.in ſr.citan.num.18.In Francia autem clap
5 ſo anno non†recipiuntur procuratoria ad renuncia.
* ita fuit†iudicatum Tholoſ. & vt ſint nullæ prouiſio-
nes factæ vigore dicti mandati,teſte Pap.libro 2.ti-
tulo 8.

Et eſt opinio Reb.de veril,not.glo.7.in fin.idem
Reb.d.tit.de proc.ad reſign.nu.18.vbi etiam dicit, le
* ge regia cautum*eſſe,lata de anno 1551.die 19.April.

SVMMARIVM.

1 *Beneficium reſignatum in curia per procuratorem,in curia dicitur vacare,& non in partibus.*
2 *Reſignans quo ad beneficium reſignatum dicitur mori in loco,vbi fit reſignatio.*
3 *Locus vbi actus perficitur,debet attendi.*
4 *Beneficia reſeruata vacata extra curiam,in curia dicuntur vacare.*
5 *Exiſtens in curia poteſt conſtituere ad renunciandũ in partibus.*
6 *Beneficia,quæ vacant in curia,per procuratorem nõ dicuntur vacare.*
7 *Beneficia vacantia apud Sedem dicuntur vacare in curia.*

QVAESTIO XIIII.

DEcimo quarto,quæro, vbi dicatur va-
care beneficium reſignatum in curia
per procuratorem,in loco vbi ſit mã
datum procuratorium,& ſic in parti
bus,vel in loco vbi ſit reſignatio ,& ſic in curia? Stephan.quem refert &
1 ſequitur Zab.in clem.vnica n.25, de renunc.ſcribit†
vacare beneficium in curia,vbi ſit renunciatio,nõ au
tem in partibus,vbi conſtituitur procurator,ſequitur
Boniſ.de Vitall.n.40.Archii.& alij in c. 2. de præb. in
6.Collect.in c.exhibita in 10.q.de rerum perm. Bel-
lam.in tract.de rerum permu.8.p.q.3.n.8.Ferret. cõſ.
93.Card.Pariſ.conſ.10.n.1.vol.4.Gig.conſ.5.n.5& in
Epit.de intr.nu.49.Fuſc.de viſi.li.2.c.21.poſt n.4.Ro
tadeciſ.1.de rer.perm.Reb.in prax.tit.de proc.ad re-
ſig.n.2.Roſſin.de benef.c.31.Put.deciſ.36.n. 2.lib.2.
Arch.in c.præſenti n.1.prope finem ver.& crede,Ge
* min.nu.7.de præb.li.6,&*communiter Doct.& ratio
2 eſt,quia quo ad tale beneficiũ reſignatum, † reſignãs
dicitur mori in loco,vbi renunciatur,non habita con
ſideratione,vbi beneficiatus moram trahit,ita Pariſi.
d.conſ.10.nu.2.vol.4.Accedit,quia procurator dicit
ego procuratorio nomine renuncio,vnde debet attẽ
3 di locus,vbi actus†perficitur,not.in l.inſulam.ff.preſc.
l.ver.Lucius,ff.depoſiti,l.ſi alienam,ff.de donat. Bart.
in l.cotem §.qui maximus,ff.de publ.Crau.conſ.293.
col.pen.cir.fi.verſ.infertur ex præmiſſis,ſicuti in ſimi
4 li dicimus,quod beneficia reſeruata,† licet vacent ex-
tra curiam,tamen dicuntur vacare in curia,Fran.poſt
* alios*communiter in c.2.nu.3.de præb.lib.6. Put.d.
deciſ.36.nu.1.li.2.& hęc ſeruiũt ad effectum, de quo
per Card.Pariſ.d.conſ.10.quem vide. Hinc etiam eſt,
quod exiſtens in curia poteſt conſtituere procurato
5 rem ad reſignandum in partibus,† quod alias non poſ
fet,ſi beneficium vacaret,vbi ſit mandatum,ita Bella-
me.de rer.perm.p.8.q.3.nu.8.& hanc opinionem de-
fendit Petr.Andr.Gamm.in c.licet,n.130.de rer.per-
mut.li.6.& reſpondet argumentis,ex quib.Imol.in ca.
vlt.eo.tit.tenet contrarium. Et non eſt omittendum,
quod dicta beneficia vacantia in curia per reſignatio
6 nem factam à procuratore†non dicũtur vacare apud
ſedem,ita Gig.in Epi.de intrus nu.47.& hoc tenet ex
preſſe Put.d.deciſ.36.verſ.bene verum,lib.2.†quod eſt
notandum quia è contra benef.vacantia†apud Sedem
dicuntur vacare in curia,c.1.de præb.li.6. vbi in prin.
dicit apud Sedem,& in fine dicit in Romana curia,c.
præſentia,eod.tit.& li.Lap.alleg.96.in princ.& ita fuit
* *reſolutum in vna Gerunden.beneficij coram D.Io.
Paulo 18.Octobr.1543.teſte Put.d.deciſ.36.li.2.

SVMMARIVM.

1 *Renunciatio facta per procuratorem trahitur ad diem confecti mandati,vt tũc cenſeat amiſſum beneficiũ.*
2 *Conſtituto procuratore ad adeundam hæreditatem, cenſetur adita hæreditas.*
3 *Verba l.Paulus ff.de acq.hæred.quomodo legantur.*
4 *Renunciatio facta in curia per procuratorem quãdo noceat renũciationi factæ per principalẽ in partib.*
5 *Exceptio ſpontaneæ renunciationis non admittitur poſt ſpolium.*
6 *Et ſi ante fuit datus procurator,an admittatur huiuſmodi exceptio.*

QVAESTIO XV.

DEcimo quinto,quæro, an renun-
ciatio facta per procuratorem
trahatur ad diem confecti man-
dati,ita,vt videatur amiſſum be-
neficium, quo ad proprietatem
1 & poſſeſſionem, tempore, quo
ſuit confectum mandatum? Do-
** cto.magis** communiter tenent affirmatiuam † opi.
2 inter quos Abb.in c.ſollicite,nu.11. de reſt. ſpol. Lap.
alleg.24.in princ.Ferrettus conſ.93.n.2.Bal.in c.audi-
ta,de reſt.ſpol.Menoch.in tract.recup.poſſ.rem.1.nu.
274.Fel.in c.ex parte,n.15.de reſcr.Ratio, quia eo ip-
ſo quod eſt conſtitutus procurator, quo ad dominũ
ipſum res dicitur deperdita, & cenſetur habere rẽ ꝙ
derelicta,licet habita conſideratione ad procuratorẽ
non ſit cum effectu facta renunciatio , neque habita
conſideratione ad ſuperiorem,ergo ſequuta renun-
ciatione facta per procuratorem,& admiſſa per ſupe-
riorem,renunciatio trahitur ad tempus confecti mã
dati,cum hoc dependeat ex nuda voluntate,argum.l.
Paulus.ff.de acq.hæred.vbi dicitur quod ex eo quod
hæreditatis aditio conſiſtit,in ſola voluntate , eo ipſo
2 †quod conſtituitur procurator ex ipſa inquam animi
declaratione cenſetur hæreditas adita, ſic eo ipſo ꝙ
quis conſtituit procuratorem ad renunciand.quo ad
ſe videtur ſſabere proprietatem,& poſſeſſionem ,ꝙ de
relicta,ita Abb.d.num.11.Menoch.d.nume.274.vbi
3 275.dicit†in d.l.Paulus legendum procuratorem Dua
ren.li.2.diſput.anniuer.cap.27.Cuiac.lib.1.obſer.iur.
4 capitul.trigeſimoquarto.Ex quo primo infertur,† ꝙ,
ſi quis conſtituit procuratorem ad renunciandum in
Ro.cur.de menſe Aug.& poſtea de menſe Septemb.
renunciet coram ordinario,& de menſe Octobr.fiat
reſignatio per procuratorem,hæc quamuis poſterior
teneat,cum renunciatio trahatur ad diem quo fuit
confe-

confectum,& ita respondit Ferret.d.cons.93.num. 1.
* versic.nec obstat,& alij sequuntur*communiter,si in
terim non fuit reuocatum mandatum,nam tunc se-
cus ex nis,quæ dicentur infra suo loco.
Secundo infertur conclusionem illam,quod excep
tio spontanæ renunciationis non admittatur post spo
lium,cap.sollicite vbi omnes*de restitut.spol. habere
locum quando resignatio habuit omnino principiū,
& finem post spolium,secus autem si habuit princi-
pium ante spoliationem,nam tunc admittitur ,exem
plum si fuit datus procurator ante spoliū,nam quā
uis fiat renunciatio post,nihil ominus huiusmodi ex
ceptio admittitur Lap.alleg.24.Abb.d. cap. sollicite,
num.11.Ferrett.dicto cons.93.num.3.Roderic. Sua-
rez,alleg.23.num.18.Rebuff.in prax.in titu.de vi in
resignat.n.6.cōmunis*opinio,vt patet ex adductis per
Menoch.d.1.reum de recup.poss,n.272.Petr.deGra.
in cap.cum ad sedem , de restit. spol. & alios cumulat
more suo Mascard.de probat.concl.1272.num.8. &
hæc conclusio probatur,in d.cap.sollicite,ibi quia nō
est verisimile quod spōte,&c. nam hoc cessat,vt patet
ex adductis,& comprobat Ferrett.quæ dicto cōs.93.

SVMMARIVM.

1 *Renunciatio per procuratorem est etusdem potentiæ.*
2 *Renunciatio per procuratorem abdicat ius.*
3 *Quod facit procurator videtur facere dominus.*
4 *Paria sunt facere per se,& per alium.*
5 *Renunciatio pe nuntium,& procuratorem parifica-
tur.*
6 *Nuntius dicitur procurator.*
7 *Potest constitui procurator ad resignandum cum si-
gnata est supplicatio.*
8 *Resignatio sumit spiritum a consensu.*
9 *Consensus in contractu mulieris,& minoris, quando.*
11 *Procurator constituitur,a Resignatario.*
12 *Resignatarius potest constituere procuratorem ad cō
sentiendum pensioni super beneficio quod ad huc
non habet sed sperat.*
13 *Seruitus potest imponi etiam futuro ædificio.*
14 *Sufficit vt tempore quo actus perficitur res sit sua.*
15 *Sufficit vt tempore quo actus perficitur exercet actū
vt tunc dominus dicatur facere.*
16 *Habito respectu ad futurum potest aliqua res appella
ri propria.*
17 *Procurator habens generale mandatum videtur ha-
bere etiam ad lites futuras.*
18 *Mandata a resignatario quomodo fiant.*
19 *Procurator ad consentiendum pensioni super benefi-
cio resignando,potest consentire conditionaliter in
euentum quod fiat cessio.*
20 *Procurator ad consentiendum pensioni non potest cō
sentire translationi pensionis.*
21 *Translatio pensionis difficilis reputatur.*
22 *Procurator ad consentiendum regressui & accessui cū
clausula in præmissis,&c.an possit consentire trans
lationi pensionis.*

QVAESTIO XVI.

DECIMO sexto Quæro an Resignatio,q̄
fit in Curia,vel extra per procuratorem
sit eiusdem potentiæ,sicut resignatio',q̄
* fit per principalem, communis * opinio,
1 ab omnibus firmata,& receptaest affirmatiua esse e-
iusdem potentiæ , & producere eundem effectum,
2 cum hæc etiam abdicet ius,& faciat †amittere possē-
sionem,& proprietatem Cassa.decis.1.n.1.de renunc.
Doct.omnes,in clem.1.per illū textum,de renunciat.
& in c.ep in dubijs c.sup hoc,& c.admonet e.Nā qđ
3 facit procurator videtur, †facere dominus Card.Pari.
cons.p7.num.26.& cons.43.col.4.vol.1& paria sunt
4 facere per se†vel per alium mandato precedente idem
Paris.in leg.1.§.nunciatio,nu°56.ff.de op.nunc.Curt.
Iu.in leg.2.§.si procurator,nu.4.ff.quod quisque iur.
Alex.in l.1.num.23.ff.de verb.oblig,& in simili nulla
5 est differentia inter, †renunciationem factam per Nū
tium,& factam per procuratorem Card.in dicta Cle-
6 mentina vnica in fine de renunc.nam Nuntius † dici-
tur procurator Glos.communiter*recepta in l.mul-
tum inter est C.si quis alter,vel sib.Bal. in margarita
in verbo procurator,le.pater ff.de manumiss.vind.cū
aliis vt per Rebuff.de nominati.q.14.num. 173. cum
seq.quod quomodo ,pcedat in Curia infra dicemus.
Ex hoc conclusio procedit etiam si procurator su
erit constitutus ad resignandum , & supplicatio tunc
7 temporis erat signata,nam valet resignatio,†facta per
* ipsum vt fuit resolutum,*in Rota in vna Cartag nen.
de an1561.teste Card.Paleotto decis.155.alias 233.
in recoll.manuscr.sequitur Bursat.cons.395.sub. nu.
8 5.vol.4.& est ratio quia resignatio sumit †spiritū,& ro
bur a consensu Sarn.de infirm.resign.quæst.31.col.2.
Put.decisione 506.lib.1.ideo sufficit quod illo tempo
re adsit legitimum mandatum in persona procurato
ris,Ita consensu propinquorum,in contractu mulie
9 ris,& curatoris†in contractu minoris sufficit quod in
tercueniat,tempore celebrati contractus iuxta tradi-
ta per Curtiū Iun.cons.50.lib.1.Barbat. cons.70.lib.
4.Card.cons.100.vol.1.Barbat.cons.70.lib.4.Caual-
can.de Tutor.n.131.& 322.Stefan.Lambert.in tract.
de stat.prohi.muli.contraher.sine cert.sollemn.glo.7.
verbo consensus.
Solet autem,ad tollenda dubia poni clausula in mā
10 dato,†ad resignan.iuxta formam supplicationis signa
tæ vel signandæ,quæ maxime operatur vt alias fuit di
ctum in Rot. in vna Burgen.Canonicatus 18.Aprilis
1586.coram R.P.D.Gypsio.nam verba huiusmodi
ostendunt supplicationem signatam fuisse mandato ,
ipsius,& per consequens videtur dare facultatem, †p
curatori omni casu,& ratificare gesta pcedentia iux-
ta not.per Roman.Imol.& Alex.in l. sciendum ff. de
verbor.oblig.Gabrill.lib.com.opinio de Min.concl.
7.Cels.Hug.cons.108.& alij omnes potest ergo con-
stitui procurator ad resignandum cum quis hēt intē-
tionē resignandi,& ei dari ptās id faciēdi,pōt ēt cōsti
tui post porrectā supplicationē resignationis vt eōi-
ter*videmus:heritota die, cū hmōi supplicatiōes nō
abdicēt ius,& iō a quocūq; possunt porrigi,cōsensus
autē qui abdicat omne ius à principali duntaxat. vel
a legitimo eius procuratore præstatur potest quoque
constitui procurator post signatam supplicationem
vt fuit resolutū in Rota,teste Illustrissimo, & Reue
rendissimo Card.Paleotto decisione manuscrip.427.
* sequitur Bursat.cons.395.sub nu.5.vol.4.& commu-
niter est receptum in*praxi.quia datur mandatum ad
consentiendum expeditioni litterarum,sine quo con
sensu non expediuntur per,RR.PP.DD.Abbreuiato
res,& etiam potest constitui post datatam supplicatio
nem,Bursat.dicto.cons.395.sub num.5.& ideo si sup
plicatio fuit datata de mense Septembris,mandatum
fuit datum de mense Octobris,& consensus fuit præ
stitus de mense Nouembris,per procuratorem, resi-
gnatio est bona,& valida vt fuit resolutum in dicta

Cartaginen.

Chartaginen.de ann.1561.& regulare est ac omnib.
no-um,vt non attendatur hoc casu tempus datæ, sed
consensus,præsti,quo tempore constat de validitate
mandati,& potestate procuratoris,æui consensit ,cu
ius consensus vigore fuerunt expeditæ litteræ.
11 Et etiam procedit,†si procurator fuit constitutus
à Resignatario, vt communiter solet fieri ad consen
tiendum reseruationi pensionis vel fructuum Put.de
cis.524.li.2.Caputaq.decis.187.li.2.Card.Paleott.de-
cis.204.alias 317.Cardinalis S.Cru.decisione 118.Cre
12 scent.decis.105.li.1.& sic quis potest constituere,†p
curatorem ad consentiendum pensioni,super benefi
cio quod nondum habet,sed sperat Card. Paris.con-
sil.43.vol.4.Rebūff.in prax.titu.de procu.ad resign.
num.29.quia potest imponi seruitus Futuro ædifi-
13 cio,†si seruitus,§.futuro ff.de seruit.vrban.præd.leg.
labeo ff.de seru.rust.præd.Rebuff.in prax.tit. de pror.
ad resignan.sub nu. 29. sufficit ergo vt tempore quo
14 procurator†debet consentire beneficium esset effe-
ctum suum,argum.l.rem alienam ff.de pignorat. act.
leg.si quis alienam ff.de actionē, empt. & regulare est
vt attendatur tempus quo procurator exercet actū,
15 nam tunc dicitur*dominus facere Glos. in clem. 1.
verbo collatio vt lit.pend.vbi Card.Zabar. Bonifa.de
* Vitall.& communiter,alij & plures citat Parisiē. vbi
supra quod procedit etiam si resignatarius appellauit
illud beneficium suum,nam habito respectu ad futu-
16 rum potuit,†id facere arg.l.fundus qui locatus ff.de
fund.instr,Abb.Bald.& Ang.in.l. item ad litem ff.de
procu.Rot.decis.1.de procu,in nou. Hinc procura-
17 tor habens mandatum generale videtur habere etiā
* ad lites futuras,vt fuit resolutum in vna* Placent.pa-
rochialis coram Card.S.Crucis die 2.Maij,1554.re-
* ste.Caputaq.decis.393.lib.2.communis*opinio teste
18 Prospe.decis.91.manusc.Ita enim mandat,† quate-
nus beneficium sibi conferatur,vel resignetur, & ita
* docet communis praxis*vt per Prosper. dicta decis.
& alia colliguntur ex dicto consilio Paris.43.vol.4.
vbi in facti contingentia respondit mandatum conse
ctum 14.Octobris ad consentiendum pensioni super
beneficio quod appellauit suum esse validum, quam-
uis 15.Decembris ex admissione resignationis fuerit
19 effectum suum;Sed dubium est,†An Procurator con
stitutus ad consentiendum pensioni in cuētum quod
N.cedat,possit consentire pensioni conditionaliter
* dummodo N.cedat? communis*opinio est affirmati
ua,& tradit Crescent.dec.105.li.1.in recollect.manu
20 scr.& iste non potest consentire, †translationi pensio
nis vt fuit resolutum in vna Compostellan.28. Ianua.
1549.teste Put.d.dec.524.lib.2.Bursat.cal.395.num.
21 h.cum seq.vol.4.quia huiusmodi facultas transferen
di est insolita,& regulariter non solet concedi.
22 Et mandatum ad consentiendum regressui, & ac
cessui stante clausula generali in fine posita in præ-
missis,& circa præmissa est efficax vt procurator pos-
sit consentire translationi pensionis Caputaq. decis.
187.lib.2.vbi dicit ita fuisse resolutum coram Vesta-
* no in *una Tolet. pensionis,22. Iunij 1552.

SVMMARIVM.

1 *Procurator potest constituti ad resignan.simpliciter,
& sub aliqua conditione.*
2 *Coram Papa quotidie fiunt renunciationes in fauorē.*
3 *Fines mandati sunt custodiendi.*
4 *Procurator resignat nulliter si excedit fines mādati.*
5 *Mandatum stricte intelligitur.*
6 *Mandatum odiosum.*
7 *Mandatum stricte interpetratur.*
8 *Noua persona in mandato non subintelligitur.*
9 *Mandatum ad vnum non trahitur ad aliud.*
10 *Procurator ad exigendum non nouat.*
11 *Procurator ad inchoationem non perficit.*
12 *Procurator ad solutionem non potest quietare.*
13 *Procurator ad mutuum non confitetur.*
14 *Procurator ad emendum pro X.non potest expendere
viginti.*
15 *Mandatum de prouidendo stricte vt sonat intelligen-
dum,*
16 *Procurator debet resignare in fauorem personæ nomi
nate in mandato.*
17 *Procurator resignans in fauorem alterius,nulliter re
signat.*
18 *Procurator aliquando constituitur ad resignandum
reseruatis fructibus.*
19 *Cum fructus non reseruantur resignatio nulla.*
20 *Procurator constitutus ad resignan.reseruatis fructi-
bus,an possit resignare reseruata medietate.*
21 *Conditio domini potest fieri melior.*
22 *Procurator debet facere diligentiam.*
23 *Clausula bene visum posita in mandato , quid impor-
tet.*
24 *Facultas donandi quando veniat.*
25 *Conditiones omnes contentæ mandato sunt adimple
dæ.*
26 *Non adimpletis conditionibus ius non abdicatur a re
signante.*
27 *Capitula posita in mandato censentur correspectiua.*
28 *Clausula nec alias importat conditionem.*
29 *Faciens mentionem de scriptura præsumitur illam le-
gisse.*
30 *Clausula bene visum dat liberam potestatem.*
31 *Procurator cum libera idem potest quod specialis.*
32 *Procurator quando possit resignare absque clausula,
transferendi pensionem.*
33 *Procurator non dicitur excedere fines mandati cum
facit contigua.*
34 *Procuratoris resignatio nulla cum non reseruat inte-
gros fructus.*
35 *Resignatio facta à procuratore excedente fines man-
dati nulla.*
36 *Nullitas ex defectu consensus ipso iure.*
37 *Pensio distat à reseruatione fructuum.*
38 *Pensio de manu beneficiary.*
39 *Mandatum strictissimi iuris.*
40 *Procurator ad pensionem reseruandam , non potest
fructus reseruare.*
41 *Procurator constitutus ad resignandum modo , bene
viso non potest consentire translationi pensionis.*
42 *Alternatiua vt vna sit vera.*
43 *Procurator cum libera quid possit facere.*
44 *Arbitrium boni viri quando censeatur datum.*
45 *verbum expedire mandantis vtilitatem importat.*
46 *Clausula modo bene viso respicit expeditionem.*
47 *Procurator aliquando constituitur ad resignā.benefi-
cium reseruata pensione.*
48 *Procurator resignans non reseruata pensione nulliter
resignat.*
49 *Reseruatio pensionis non facta ex causa laboris, vt e-
rat in mandato nulla.*
50 *Clausula causa laboris importat rationem finalem.*
51 *Resignans potest agere spolio cum non est reseruata pē
sio exempta.*
52 *Signatura Papæ habet conditionem.*

53 Resi-

53 *Resignatio nulla cum pensio non est reseruata, cum clausula etiam non expeditis litteris vt dicebatur in mandato.*
55 *Obligatio in forma Cameræ non transit ad successorem.*
56 *Mandatum & non stylus attenditur.*
57 *Resignatio nulla non reseruata pensione super omnib. fructibus.*
58 *Constituens procuratorem ad cassandum pẽsionem reseruata alia, illa non reseruata cassatio nulla.*
59 *Procurator non potest reseruare fructus cum mandatum loquitur de pensione.*
60 *Mandati executio cassat cum non referatur ad relatũ.*
61 *Procurator quando possit consentire pensioni cum pœna priuationis ob non solutionem.*
62 *Procurator per quam clausulam habeat liberam.*
63 *Ratificatio omnia reponit in pristinum.*
64 *Minor factus maior potest ratificare contractum.*
65 *Actus gestus per alium tenet si ille ratificet.*
66 *Principalis non potest ratificare renunciationem nullam procuratoris.*
67 *In resignatione requiritur consensus expressus.*
68 *Consensus quando sit formali.*
69 *Resignatio nulla non adimpletis conditionib.*
71 *Retractio quando habeat locum.*
72 *Ratificatio collationis nullæ non valet.*
73 *Consensus propinquorum qui debet interuenire, in cõtractu mulieris quando.*
74 *Ratificatio non operatur cum non concurrit æquitas.*
75 *Solemnitas eadem requiritur in ratificatione.*
76 *In permutatione quando prouiso superioris non sit necessaria.*
77 *Simplex ratificatio refertur ad factum.*
78 *Procurator aliquando constituitur ad resignandum modo, & forma bene visis.*
79 *Clausula resignandi modo, & forma bene visis quid importet. & nu. seq.*
81 *Procurator specialis, & cum libera equiparantur.*
82 *Procurator an possit reseruare pensionem pro tertio.*
84 *Forma data seruanda.*
85 *Mandatum non trahitur de una persona ad aliam.*
86 *In mandato veniunt quæ sunt de natura actus.*
87 *Pensio pro tertio insolita.*
88 *Pensio est quædam donatio.*
90 *Mandatum intelligitur de persona expressa.*
91 *Quando noua persona subintelligatur.*
93 *Potestas restringitur ad causam præcedentem.*
94 *Verba generalia restringuntur ad suas causas.*
95 *Verba restringuntur ad respectum quo fuerunt prolata.*
96 *Verba quæ important arbitrium boni viri.*
97 *Verba bene viso non important onus beneficij.*
98 *Procurator ex quibus verbis possit consentire translationi pensionis.*
99 *Facultas transferendi reputatur difficilis.*
100 *Insolita non veniunt in generalitate.*
101 *Procurator aliquando constituitur ad resignã. beneficium ad fauorem personæ nominandæ.*
103 *Procurator ad resignan. in fauorem personæ nominandæ non potest se ipsum nominare.*
104 *Data facultate eligendi quis non potest se ipsum eligere.*
105 *Orator quando quis possit à se ipso eligi.*
106 *Data facultate vendendi pignus, non potest creditor emere.*
107 *Habens distribuere pecunias, non põt pro se retinere.*
108 *Votum electi computatur in numero.*
109 *Differentia inter eligentem, & electum.*
110 *Differentia inter baptizatum, & baptizantem.*
113 *Impetrans, & subditus differunt.*
12 *Patronus non potest se ipsum præsentare.*
113 *Procurator non potest præsentare constituentem.*
114 *Ambitio prohibetur.*
115 *Actus contra formam nullus.*
116 *Concessio ex defectu mandari nulla.*
117 *Prima charitas a se ipso.*
118 *Charitas prima plus amat se in vngue pedis.*
119 *Ambitio facit cessare charitatem.*
120 *Executor ad distribuendum, potest sibi dare si est pauper.*
121 *Abbatissa electa ad distribuendum inter pauperes potest eligere monasterium suum.*
122 *Patroni possunt præsentare filios ad Ius patronatus.*
123 *Episcopus potest conferre beneficia consanguineis.*
124 *Episcopus potest insendare consanguineis.*
125 *Procurator quandoque constituitur ad resignandum cum reseruatione regressus.*
126 *Resignatio nulla non reseruata regressus.*
127 *Quid si papa non concedit regressus.*
128 *An procurator debeat facere aliquam diligentiam.*
129 *Procurator quandoque constituitur ad resignand um reseruata pensione & regressu.*
130 *Resignatio facta absque reseruatione regressus vt erat in mandato an sit nulla.*
131 *In regressu non requiritur consensus partis.*
132 *Procurator quandoque constituitur ad resignan. simpliciter, & pro quacumque recompensa.*
134 *Resignatio semper nulla non seruata forma mandati.*
135 *Concessio gratiæ habet tacitam conditionem si mandatum seruetur.*
136 *Procurator ad renunciandum coram Papa non potest renunciare coram ordinario.*
137 *Idem e contra.*
138 *In mandatis apponitur clausula ad renunciandum coram Papa, &c.*
139 *Procurator non potest renunciare reseruata pensione, & ita e contra.*
140 *Procurator ad cassandam pensionem alia reseruata, cassatio est nulla non sequuta reseruatione.*
141 *An procurator constitutus ad renunciandum reseruata pensione, cum facultate transferendi, si præstitit consensum absque dicta facultate, cum Datarius cassauerit illam à supplicatione, nulliter egerit.*
142 *Clausula transferendi pensionem regulariter non conceditur.*
143 *Impossibile non videtur mandatum.*
144 *Diligentia frustratoria non requiritur.*
145 *Fieri non debet, quod factum non releuat.*
146 *Renunciatio facta non seruata forma mandati valet cum fit melior conditio domini.*
147 *Procurator ad resignandum libere potest reseruare respẽ sionem, &c.*
148 *Mandati vilitas potius quam forma attendenda.*
149 *Consensus datus à procuratore constituto ad renunciandum libere, cum reseruatione pensionis, non potest deseruire pro gratia pura.*
150 *Procurator habens duo mandata, si se restringat ad insufficiens, non potest actus sustineri ex sufficienti.*

QVAE-

QVAESTIO XVII.

DEcimo septimo, quæro, an possit constitui procurator ad resignãdum beneficium aliquo modo, & forma expressis? & an illã conditionem debeat procurator seruare? Communis* est opinio, pose constituit† procuratorem ad renunciandum simpliciter beneficium coram Papa, vel Ordinario, & sub aliqua conditione coram summo Pontifice, vt colligitur ex his quæ scribunt Card. Paris. cons. 134. num. 35. vol. 4. Burs at. cons. 395. sub nu. 12. vol. etiam 4. & fuit pluries resolutum* in Rot. nam quotidie fieri coram Papa renunciationes† sub conditione tradit Redoan. de Simon. c. 25. num. 7. part. 1. &
* stylus* vulgaris docet.

3 Et tunc fines mandati† sunt diligenter custodiendi alioquin procurator illos excedens nulliter resignat, l. diligenter, ff. mandat. c. cum dilecti in fi. de rescrip. c. cum olim, de off. deleg. Alex. cons. 21. num. 4. lib. 6. Neuizzan. cons. 70. num. 7. Soc. Iun. cons. 22. num. 14. &
* 15. lib. 3. Mazzol. cons. 98. in princ. communis* regu-
4 la teste Dec. cons. 77. in principio † in terminis Seraphin. decis. 275. fuit per dominos, &* fuit resolutum in vna Zamoren. parochialis, coram Gipsio 28. Maij. 1586. ex defectu consensus. Hoc enim mandatum ad
5 resignandum non solum † stricte, sed strictissime est interpretandum, Paris. d. cons. 143. num. 35. vol. 4. Burs at. d. cons. 395. num. 11. cum seq. quia mandatum ad
6 resignandum est odiosum, Rebuff. in prax. tit. de procur. ad resign. const. num. 12. & regulare est, vt omne
7 † mandatum stricte interpretetur, Rom. cons. 330. & ideo nũquam noua persona subintelligitur, l. si ita stipulatus, §. Chrysogonus, ff. de verb. oblig. Lap. in c. susceptum in princ. de reser. in 6. Mil. in verb. procura-
9 tor. Hinc mandatum ad vnum† non trahitur ad aliud, Corn. cons. 193. viso, col. 3. lib. 4. Card. Paris. cons. 47.
10 num. 87. cum seq. vol. 1. Ideo † procurator ad exigendum, obligationem non nouat, Abb. in c. si cautio de fid. instrum. Dec. cons. 146. num. 14. & cons. 543. nu-
11 12. & datus ad actus inchoationem, †& præparationẽ non censetur habere potestatem ad illius perfectionem, & explicationem, Rom. cons. 461. nu. 2. 3. & con
12 stitutus ad solutionem † faciendam non facit quietationem, Rom. cons. 352. num. 3. & datus ad exigendũ confessionem de recepto non emittit, Grat. cons. 12.
13 num. 72. & cons. 14. num. 19. lib. 1. & constitutus † ad mutuum recipiendum non confitetur simpliciter recepisse, Fed. de Sen. cons. 51. Dec. cons. 146. num. 14. Menoch. cons. 39. num. 33. lib. 1. Gerard. Mazz. cons.
* 16. num. 65. & 66.* communis teste Soc. Iun. cons. 57
14 num. 4. lib. 2. & datus ad emendum pro decem, si † viginti expendat, decem duntaxat recuperabit, Mádos. de annal. q. 68. num. 7. cum seq. Cremen. sing. 72. ficuti mandatum datum de prouidendo† de beneficio tã
15 ti valoris non trahitur ad beneficium minoris, vel maioris valoris, Dec. in c. constitutus, num. 3. de rescrip. Menoch. cons. 73. num. 14. lib. 1.

Quandoq; procurator constituitur ad resignandũ
16 in fauorem N. Quo casu† procurator debet renũciare in fauorem illius, vt fines mandati custodiat, c. cũ dilecti, in fi. de rescr. l. diligenter, ff. mand.

Ex quo infertur, quod, si procurator renunciat in
* 17 fauorem alterius, †nulla est renunciatio, vt fuit* decisum in Rot. in vna Maguntin. teste Ptolom. decisio. 102. Maguntin. Moedan. decis. 326. & decis. 341. Bur-

* sat. cons. 411. num. 4. cum seq. vol. 4. & * communiter est receptum, & ratio est, quia est contra formam mãdati, Alex. cons. 21. num. 4. lib. 6. Soc. iun. cons. 22. nu. 14. & 15. lib. 3.
18 Aliquando† constituitur procurator ad resignandum beneficiũ reseruatis fructibus, vt in casibus. Crescent. decis. 37. Caputaq. decis. 82. lib. 3.

Quo casu, si fructus nõ reseruantur, resignatio est
* 19 nulla ex defectu† consensus, vt fuit* resolutum in vna Zamoren. parochialis, coram R.P. D. Gypsio die 28. Maij 1586.

Sed dubium est, quid si Papa non concedit reseruationem omnium fructuum; vt hodie fit regulariter,
20 an si dictus procurator† renunciauit reseruata medietate, resignatio valeat? cum hic casus fuisset propositus in Rota in vna Mantuana Canonicatus, & præbẽdæ, aliqui dicebant renunciationem nullam, cum nõ fit seruata forma mandati, d. l. diligenter, ff. manda. cũ alijs, vt per Burs at. cons. 395. num. 13. cum seq. vol. 4.
* in contrariam tamen partem inclinabat* Rot. teste Crescent. decis. 37. lib. 1. licet postea ex alio capite cõtrarium fuerit firmatum, & hæc sententia est vera', quia ex quo Papa non concedebat reseruationes fructuum, poterat procurator resignare simpliciter, ergo eo magis reseruata medietate fructuum, quia con
21 ditio† domini fit melior, l. si quis mihi bona. §. sed si mandauit, & ibi Doctores, ff. de acq. hæred. l. vlt. §. vlt. cum ibi not. ff. mand. Aragon. decis. 41. in manuscr. ex quo cessat fundamentum in contrarium adductum', quod eo magis procedit, si adsit clausula in mandato pro vt bene visum fuerit.

Et hæc conclusio procedit, si procurator facit diligentiam, vt haberet reseruationem fructuum, iuxta formam mandati, nam facta huiusmodi diligentia, de qua constare debet, si id obtinere non potuit, tunc si resignauit reseruata medietate fructuum, aut aliqua
22 pensione, valida est resignatio, si vero nullam diligentiam† fecit, tunc resignatio nulla ex defectu potestatis procuratoris, Girard. Mazz. cons. 98. in princ. Socin. iun. cons. 11. num. 14. & 15. lib. 3. & ita fuit* resolutum in dic. Zamoren. parochialis coram R.P.D. Gypsio 28. Maij. 1586. vbi quidam constituit procuratorem ad resignandum reseruatis fructibus omnibus saluis quinquaginta, & alias, prout bene visum fuerit procuratori qui renunciauit reseruata pensione 150 duc. fuit resolutum resignationem nullam, quia excesit fines mandati: nam non constabat de diligentia facta pro reseruatione fructuum obtinenda. Et fuit no
23 tabiliter dictum, illam† clausulam, pro vt bene visum fuerit, referri ad expeditionem, & sic sub ea non in-
24 cludi facultatem† donandi, & illa clausula refertur ad arbitrium boni viri.

Et si mandatum fuerit datum ad renunciandum reseruatis fructibus, denominatione, voce, stallo, ac similia, & non aliter, nec alio modo, si procurator resignat reseruatis tantum fructibus, est nulla resigna
25 tio, quia omnes† conditiones in mandato contentæ
* sunt adimplendæ, ita fuit* resolutum decimono Dec. 1552. in vna Cauen. scholastiæ, coram D. Augustino & die decimoquinto Aprilis 1554. in eadem causa coram Oradino, teste Caputaq. decis. octuagesimase cunda, part. tertia, quia sunt conditiones correspecti
26 uę, & illis non adimpletis non videtur abdicatum† ius a resignante, Rot. decis. septima, de renunc. in antiq. Cassad. decis. tertia Card. Paris. consilio quinto, numero septimo, vol. 4. Bertrand. cons. 133. num. 24. lib. 2. & omnia capitula cẽsentur† correspectiua, vt vno nõ

seruato actus corruat Bal.in c.cum adeo.n.3. de resc. Soc,in l.si qui ducenta,§.vtrum,nu 3.de reb.dub. Cagnol.in l.si quis maior,num.196.C.de transact.clausula non alias nec alio modo importat cõditionem, Curt.Sen.cons.8.nu.7.Ias.cons.162.num.5.lib.2.& cõsi.86.num.16.lib.3.faciunt quæ scribunt Soci. consil. 99.lib.3 Marsil.sing.265.fines Dec.in l.transactionis. num.1.C.de transact.Manuel.Suarez.li.recept. sentẽ. verbo procurator.

Sed occurrit quærere de pulchro dubio in Rota proposito in vna Zamoren.parochialis die Mercurij 28.Maij 1586.per R.P.D.Gypsium. Quidam Antonius constituit procuratores ad resignandum parochialem reseruatis sibi omnibus fructibus loco annuæ pensionis propria auctoritate percipien. remanentib. pro congrua sustentatione resignatarij quinquaginta & alias iuxta formam supplicationis desuper signatæ, vel signandæ,& prout S.D. N.placuerit & suis procuratoribus,& cuilibet eorum bene visum fuerit expedire,procurator autem resignationi consensit reseruata dumtaxat pensione ducatorum 250.quamuis fructus parochialis certi singulis annis ad summam ducatorum 700.ascenderent.Dubitatum fuit, an huiusmodi resignatio esset valida,vel nulla, ob defectum consensus?

Et validam esse primo probatur ex clausula illa generali posita in mandato,& alias iuxta formam supplicationis,&c.ex quibus verbis videtur habuisse notitiã comprehensorum in supplicatione, & omnia contenta comprobasse,cum†mentionem faciens de scriptura illam legisse,& contentorum notitiam habuisse præsumatur,Bart.in l.qui Romæ §.duo fratres, ff. de ver. oblig.Card.Paris.cons.72.num.21.vol.2.Rolan.cons. 36.num.2.lib.2.Bero.cons.139.num.16.lib.2.Cravet. cons.245.num.1.

Secundo comprobatur fortius ex clausula posita in mandato,pro vt bene visum fuerit expedire, &c.ex quibus verbis libera†potestas videtur data,Io.And.in c.2.de iur.cal.lib.6.Bal.in tit.de pac.const.§. nomina. in fin.& tamen†procurator cum libera idem potest,q procurator specialis,Dec.consil.493.numer.2. Curt. Iun.cons.178.num.20.Afflict.decis.305.num.5. Ber. cons.24.num.9.& 25.lib.3.Franc.de March. decisio. Delphin.905.nume.2.p.2.& communiter * Doctores.

Tertio comprobatur, quia habens mandatum ad resignandum reseruata pensione†cum facultate transferendi potest resignare reseruata pensione absque dicta clausula,Caputaq.decis.89.par.3.ita & in casu nostro:namque procurator non dicitur fines † mandati excedere quoties facit contigua,& vicina mandato, Glos.1.in capit.licet ergo.8.q.1.Ber.cons.74. num.2. lib.1.Ferret.cons.208.nu.22.Rimina.iun.cons.26.nu. 17.li.1.Menoch.cons.37.num.65.lib.1.

His tamen non obstantibus contrariam opinionẽ credo veriorem, †huiusmodi resignationem esse nullã, secundum quam fuit*resolutum per Rot.in d.Zamoren.Parochialis 28.Maij 1586.proponente R. P. D. Gypsio.

Idque primo suadetur ex eo,quia nulla est resignatio,quoties facta fuit à procuratore excedente fines mandati,Paleott.decis.492.Franciscus, & decis. 442. & 249.& communiter doctores,vt dixi supra late. ex traditis in c.cum dilectus,de resc.l.diligenter,ff.mandа.& est*communis regula,Dec.cons.77.num.1.Ale. cons.21.num.4.lib.6.Neuizan.cons.70.num.7.Socin. Iun.cons.22.num.14.& 25.lib.3.

Et hæc nullitas †ipso iure venit.Card.Paris.consilio 47.num.42.& 50.vol.1.sed hic non fuerunt seruati fines mandati,siquidem †a pensione plurimũ distat fructuum reseruatio,vt colligitur ex traditis per Gig. de pens.q.8.Card.Paris.cons.143.num.35.volu. 4.pensio enim percipitur ex manibus †beneficiati,fructuum reseruatio auctoritate propria, vnde inuerisimile videt voluisse resignantem percipere dictam pensionem de manu resignatarij;idque eo magis suadetur, cũ pensio ad eam fructuum quantitatem non ascendat, quã resignans reseruari sibi mandauerat, cum resignanti deductis omnibus debebant 600.ducat.remanere,circa quod non licuit procuratori mandatum extendere de fructibus ad pensionem,Alcia.cons.77. num.2.to. 3.Mandatum enim est strictissimi†iuris, Rom.consil. 330.num.11.Paris.cons.47.num.87.88.& 105. vol.1. sicuti constitutus †procurator ad pensionem reseruandam non potest fructus reseruare,Paris.cõs.43. num. 35.vol.4.

Ita in simili†constitutus procurator ad resignandũ modo,& forma eidem procuratori bene visis, iuxta formam supplicationis signatæ vel signandæ,non potest resignare & consentire reseruationi pensionis cũ translatione,& reseruationi regressus, vt fuit resolutum*per Rot.in vna Cordub.coram Rubeo 10.Maij 1559.teste Paleott.decis.302.quidam Petrus,& in facti contingentia respondit Bursat.cons. 395.volu.4. per totum.

Immo Notarij fuerunt interrogati super dicta resignatione,& existimarunt consensum super supplicatione dictæ resignationis extensum †perperam fuisse. Remanet,vt contraria submoueamus.Non obstat primum argumentum deductum ex clausula posita in mandato,iuxta formam supplicationis signatæ.nã verba subsequentia,vel signandæ,ostendunt constituentem incertum & ignarum adhuc esse, an sit supplicatio,vel ne signata,propter naturam alternatiuæ†cuius vnam partem supplicationis sic signandæ,sic non visę sufficit esse veram,l.si quis,vbi Ale.ff.de verb.obligat. Bal.in l.ea lege,C.de cond.ob caus.vnde cessat contrarium quod procedit in dubio,arg.l.continuus,§.cum ita,ff.de verb.obl.

Ad secundum respondetur, clausulam, pro vt bene visum fuerit,facultatem donandi vltra mentem disponentis non dare, l.filius familias,ff.de donat.ca.vlt. & ibi Doctores de off.Vicarij in 6.Anchar. cons.32. sub num.3.Dec.cons.402.num.9.Paris.cons.8. nu. & vol.4.cum etiam procurator cum libera†id facere nõ possit,Alex.cons.22.num.8.lib.1.Fede.de Sen.consili. 2.Riminald.iun.consil.67.num.13.lib.1.Dec.consili. 493.num.16.Vnde arbitrium †boni viri importare tradit Bart.in l.creditor.§.Lucius,ff.mand.Afflict.decis. 91.nume.4.Socin.Iun.consilio 129.nume.54.lib. primo.Dec.dict.consil.493.num.16.versic.2. respondetur,vbi nu.7.ponderat illud verbum †expedire, quod mandantis vtilitatem respicit,Bald.in l.1.2.lectu.ante fin.versic.6.ff.de leg.2.Afflict.dict.decis.num.3.versi. sed posito,ergo non potuit procurator remittere resignatario duc.350.quolibet anno,Ias.in l.præses,num. 12.C.de transact.Bero.q.fam.34.num.4.& cons.174. num.13.& 25.lib.1.

Secundo,respondetur,dictam clausulam † modũ expeditionis respicere,& ad illum referendam esse,& ita omnes Domini*de Rot.dixerunt, & tradit.Bursat. dict.cons.395.nu.25.vers.1.

Non obstat tertium,quia respõdetur, omissis alijs responsionibus,quod impossibilitas,in qua decis.Caputaq.

putaq.fundatur,in hac facti specie cessat, quia huiusmodi resignationes eo tempore,& nunc,non ita difficiliter concedebantur.

Aliquando †constituitur procurator ad renunciãdum beneficiũ reseruata pensione,vt in casibus Card. S.Crucis decis.118.Crescent.decis.105.Pelegr.decis. 35.lib.1.li.diuers.decis.155.& decis.279.Moed.decis. 57.Cott.decis.401.Paleott. decis.492. Franciscus & 299.Fuerat,Card.Paris.cons.143.num.35.vol.4.Bursat.cons.395.sub num.11.12.vol.& 4.

Quo casu debet renunciare cum reseruatione pẽsionis expressæ in mandato, alioquin resignatio nulla excedens fines mandati vt fuit*resolutum in Rot. die 14.Decẽbris 1558.& die 13.Martij 1559.in vna Corduben.coram Quiroga teste Paleott.decis.299.incip. Fuerat datum,sequitur Bursat.d.cons. 395. sub num. 23.lib.4.Rebuff.de pacific.poss.num.180.

Et si constituit procuratorem ad renũciandum reseruata pensione propter labores, &c. debet exprimi dicta causa,quia, si mandatum factum fuit ad reseruatam pensionem ex causa laboris,&c.& procurator reseruet pensionem,& non†exprimat hanc causam laboris,reseruatio est inualida,ita fuit*resolutũ in vna Lamacen.pẽsionis 10.Ianuarij 1561.coram Paleott. teste eod.decis.204.alias 317.vel 492. 231. alias 354. sequitur Bursa.d.cons.395.num.22.nam†illa est ratio finalis causa laboris,Oldr.cons.5.Soc.iun.cõs.83.col. 2.lib.3.Roman.cons.417.Burlat.dic.cons.395. num. 31.& 33.

Et si fuerit constitutus procurator ad resignandũ reseruata pensione†libera,& exempta, si fuerit reseruata pensio,non tamen libera, & exempta, resignans poterit agere spolio aduersus resignatarium,petendo reformationem supplicationis, cum mandatum non fuerit iuxta suos fines seruatum,Sarn.de trienn. poss. q.27.in fi.Bursat.cons.380.num.15.vers.vnde, & fuit *resolutum in Rot.teste Moed.decis.183.sub tit. de probat.& remiss.

Et si in mandato non fuit dictum, vt reseruaretur pensio libera,si postea supplicatio fuit signata, cum clausula exemptionis,consensus autem fuit præstitus absque quo aliquid diceretur de pensione, & litteræ fuerunt†expeditæ absque clausula exemptionis, resignatio est bona,ita fuit*resolutũ die 14.Martij 1560 in vna Hispalen. canonicatus, & præbendæ coram Rub.vt habetur lib.diuers,decis.279.quia mandatum consensus litteræ concordant, & non est iudicãdum iuxta formam supplicationis,sed litterarum, vt habetur in regul.Cancell.de non iud.Et quia Papa concedit aliquid in supplicatione vltra petita, † habet huiusmodi concessio tacitam conditionem,si partes illæ vti velint,argum.leg.si quis in conscribendo,C.de pact.vnde,&c.

Et si mandatum fuit factum ad renunciandum reseruata pensione, si apponatur clausula † litteris non expeditis soluenda(supplicatione)etiam per successorem,&c.si fuit facta resignatio reseruata pensione absque hac clausula,resignatio est nulla,quia contra formam mandati ita fuit resolutum*in vna Corduben.dimidiæ portionis 14.Nouembris 1558.coram Quiroga,nam † obligatio in forma Cameræ,non transit ad successorem Gig.de pens.q.34.num. 10. Idemque in eadem fuit decisum * 3.Martij 1559. & quia postea fuit allegatum illam clausulam non dari de stylo, & fuit stylus probatus, Domini nihilominus confirmarunt decisionem*die 8.Aprilis 1560. vt habetur libr. diuers.decis.115.quia debet attendi mandatum, † & non stylus,Ias.in l.procurat.2.C.de procurat.

Et si datum fuit mandatum ad resignandum reseruata pensione super fructibus,redditibus, prouentibus,iuribus,† & distributionibus quotidianis,quæ residentes,& interessentes,&c.fuit reseruata pensio cũ dicta clausula,fuerunt tamen omissa verba, quæ residentes,& interessentes,pensio nihilominus valida cẽsetur,ita tentum * coram Chiroga die 24. Octobris in vna Corduben.dimidiæ portionis, vt habetur lib. diuers.decis.112.

Et mandato dato ad cassandum pensionem,vt alia sibi valida†reseruetur, non sequuta valida assignatione alterius,ille priori non priuatur, Moed.decis. 80. Paleott.decis.326.& est communis*opinio.

Et mandato dato ad renunciandum cum reseruatione pensionis, †procurator non potest†resignare seruatis fructibus,Paris.consil.143.num.35. vol.4. Bursat.consil.395.sub†num.12.Ratio,quia,si mandatum non refertur ad relatum,†cessat mandati exequutio,l. instrumento la grande,ff.de cond.& demonst.

Et si fuit datum mandatum ad resignandum reseruata pensione,cum pœna priuationis,in euentum non solutionis, &c.si reseruetur pensio absque dicta pœna,nulla est resignatio,vt ex supradictis colligitur, quia ex defectu mandati, & formæ non obseruatæ, nulla concessio, Alex.cons.6.numero 3.lib.4. Matth. de Afflict.decis.91.Dec.cons.493.numero 8. Vant. de nullit.tit.ex defect.mandat.numero 75. Menoch. cons.septuagesimosecundo,numero decimo, & sequen.lib.1.Est hic non est omittendum, quod, si aliquis constituit procuratorem ad consentiendum pẽsioni † in euentum resignationis sibi faciendæ,de parochiali ecclesia,& cum expressione quorumcunque casuum requirentium speciale mandatũ,puta de pensione soluenda litteris non expeditis, nec intimatis, & cum clausula,vt possit alia, quæ speciale mãdatum requirunt,& quæ ipse dominus cõstituens facere posset,procurator iste poterit consentire pensioni,cum pœna priuationis ob non solutionem,vt fuit*resolutum in Rot.teste Prospe.decis centesimadecimaoctaua,quia dictum fuit in mandato maiora expressis,& adiuncta fuit clausula generalis,&c.item fuit † posita clausula,vt possit omnia,quæ dominus,per quam uidetur habere liberam,Ias.in l.si procurator, de procur. & quia hoc tendit ad exequutionem pensionis soluendæ,Bursat.consil.395.numero septimo, cum sequent.

Sed,quæro, quidam constituit procuratorem ad resignandum,cum certis conditionibus,& nõ aliter, nec alio modo, procurator renunciauit, & præstitit consensum præter formam mandati, verum postea principalis ex varijs actibus videtur ratificasse hanc resignationem,ideo dubitatur,an resignatio huiusmodi possit sustineri,ex illa tacita ratificatione?

Et quidem videtur dicendum posse sustineri, primo quia ratificatio† omnia reponit in pristinum statum etiam in beneficialibus,cap.accedens, Abb. de præbend.

Ideoque,licet contractus gestus cum minori, sit nullus,tamen ratificatio facta,cum † fuerit maior, illum reddit efficacem,l.1. & secunda, C.si maior.facta,l.3.§.1.ff.de minor.cum alijs,vt per Afflict.decis. 220.col.2.communis* teste Paris.consil.49.numero 14.cum seq.vol.1.Late Menoch.de recup.possess.remed.15.numer.179.180.& 181.oct.Simoncell. trac de decret.lib.3.tit.9.numero trigesimotertio, & 34. Bursat.cons.424.num.33.vol.4.

Secundo,ex decis.21.de procur.in antiq.vbi dicit
65 quod quis potest permutare†nomine Titij,dummodo Titius postea ratificet,allegat Archid.in c.cum in tua,de consuetud.lib.6.& alia,&c.faciunt,quæ scribit Curt.iun.consil.263.in fi.

66 His tamen†non obstantibus,contraria opinio ve-
* rior est,quam tenuit Rot.in vna* Paduana Canonicatus coram,Aldobrandino die 11.Ianuarij 1557.teste Cott.decis.400.vbi dicit, idem decisum fuisse illa die in alia causa Placent.coram Oradino, & de hac decisione coram Aldobrandino attestatur Caputaq.de cis.3.lib.2.

Primo,quia in resignatione requiritur consensus
67 expressus,†& formalis,nec sufficit tacitus,ex reg.cancell.43.sed in hac resignatione,nõ adest consensus expressus,& formalis,quod patet,quia consensus præstitus a procuratore fuit nullus,cum non fuerit adimpleta forma mandati.Alex.consil.21.num.4.lib.6.Socin. Sen.consil.99.lib.3.Soc.Iun.consil.22.num.14.& 15.libro 3.Dec.consil.77.num.1. cum alijs in terminis nostræ conclusionis,adductis per Burs.consil.395.a nume.11.vsque ad fin.vol.4. Consensus vero principalis
68 †præstitus per ratificationem non est formalis,& expressus,sed psumptus,& imaginarius,Rebuff.in prax. tit.differ.inter priuileg.& resc.num.52.colligitur ex his,quæ scribit Bal.consil.184.ad intelligentiam in secundo libro,Alex.consil.117.col.2.lib.5. Dec. consil. 232.num.4.& 5.Cels.Hug.consil.108.nu.7.Tob.Noni.consil.67.num.9.Tiber.Decian.consil.11.nume.85. 87.& seq.lib.1.Rim.iun.consil.291.num.53.ergo,cum neque primus,neque secundus cõsensus sit pro vt requirit regula Cancellariæ,sequitur resignationem esse inualidam.

Secundo,quia resignatio fuit facta sub conditione
, sequitur ex regula communi* comprobata toties a*
69 Rot.nullum ius esse abdicatum a resignante ex facto procuratoris,quia non fuerunt†adimpletæ conditiones,Abb.in c.cum vniuersorum,de rer.permut.Moedan.decis.81.& 93.Sarn.decis.41.lib.1.Simonett.decis.39.Accoram.decis.16.Peleg.septuagesima, Cott. 231.in manusc.

Vnde ex ratificatione nõ potest induci resignatio,
tum quia non adest tunc auctoritas Papæ,cum sem-
70 per remanserit ius†apud ipsum resignantem: Abb.in cap.cum olim,num.19.de re iud.Cassad.decis.4.num. 6. super reg. requiritur in eius dimissione auctoritas
* superioris,iuxta* communem conclusionem,de qua alias late lib.7.

Tum etiã,quia ratificatio non retrotrahitur,quan
71 do actus,†ad quem deberet trahi,fuisset nullus a principio,Bar.in l.obseruare,in fi.ff.de off.proconsul.Alexan.consil.16.visa num.19.lib.6. cum alijs allegatis p Dec.in l.quod in initio,in fi.ff.de reg.iur. quod procedere regulariter dixit Parit.consil.49.num.61.vol.1. Curt.iun.consil.50.num.9.in fi.lib.1. Paris. consil.100.
* num.69.vol.4.Dec.consil.442.nu.22.&* communiter.

72 Hinc ratificatio†collationis nulle,non valet,Guid. Pap.consil.189.circa quæstionem,quod declaratur,vt per Rebuff.form.Vic.num.111.

Hinc consensus propinquorum, qui debet inter-
73 uenire in † contractu celebrando a mulieribus,debet esse expressus,& non sufficit tacitus, ac præsumptus, tamquam de substãtia actus,Arnon.sing.16.Roder. Suarez.titul.dellas duedas,num.29.& per totum Caualc.de tutorib.num.131.& 322.Stephan. Lambert. super stat. prohibit. mulier.contraher. sine cert. sol-
* lemn.Glos.consensus 12.numero 23.* & communiter,vt per Roland.consil.97.lib.1.

74 Hinc etiam ratificatio†non operatur,vbi non concurrit æquitas,Bar.in l.si vxor.§.si quis vxorem,ff.ad leg.Iul.de adult.Alex.consil.78.num. 20. vbi addendus lib.5.Dec.consil.226.nu.10.Cacher.decis. Pedem: tit. 119.num.23.cum alijs* communiter allegatis a Bursat.consil.370.num.17.

Accedit,quia solemnitas,quæ requiritur in actu ip
75 so,requiritur,†& in ratificatione,Glos.in c.statutum §.in nullo,de rescrip.in 6.Sarn.de impetran.benef. p obit.fam.Car.q.2.num.7.

Ex quibus satis patet responsum ad primum argumentum pro contraria opinione adductum.

Ad secũdum respondetur,quod illa decis.Rot. 21. de proc.ur.in antiquis loquitur in permutatione præ-
76 bendæ,in qua prouisio†superioris non est necessaria Rot.decis.10.num.2.de præb.Archid. in c.in tua de consuet.lib.6.ita Rot.vt per Cott.d.decis.400.

Accedit, quia quando quis habet notitiam facti,
& qualitatis, simpliciter ratificando videtur tantum
77 factum ratificare,†& non qualitates,Bar.in l. Pomponius scribit el primo,col.pen.vers.venio.ff.de negot.
* & ibi Card.Paril.dicit,quod opinio Bar.*communiter approbatur,teste Put.decis.397.num.4.lib.2.

Ideoque dicendum est, hanc ratificationem sufficere,sed reuocabiliter, cum non sit formiter præsti-
tus consensus,& per consequens poterit agere spolio
cum impleta non sit conditio Sarn.decis.41.lib.1.Simonett.decis.39.Moed.decis.81. Accoramb.decis. 16.Pelegr.decis.20.nec obstat quod exegit pensionẽ ipsemet,quia respondetur,quod intelligitur exegisse, cum eadem conditione,nam credebat pensionem esse validam,alias non exegisset, & sic non præsumitur mutatio ab initio,& non sufficit consensus tacitus, cum non adsit auctoritas Papæ,vt habetur lib.diuer. decis.114.

Quandoque constituitur procurator ad resignan
dum beneficium in fauorem N.modo, & forma ei-
78 dem procuratori†bene visis,vt in casu Paleott. decis. 302.quidam Petrus,lib.diuers.decis.252.Bursat. consil.395.vol.4.& hoc casu potest resignare,& reseruare pensionem in fauorem constituentis eum, & eam quantitatem pensionis quam voluerit, vt colligitur ex d.decis.252.lib.diuers.Paleott.decis.302. quia hoc
79 importat facultas ei concessa renunciandi † modo & forma bene visis,ad not.per Bal.in tit.de pact. const. §.nomina,in fi.Io.And.in c.2.de iur.calum. lib.6. p Berol.consil.vigesimoquarto,numero nono, & consil. vigesimo quinto,numero duodecimo,lib.3. Grat.cõsil.158.numero septimo,lib. 2. reseruatio enim pensionis tendit ad faciendam meliorem conditionem domini constituentis,ideo poterit,&c. Aragon. decis.41.in manuscrip. quantitas autem remittitur eius arbitrio,vnde poterit eligere, & expedire prout uoluerit litteras, & hæc conclusio nullam patitur difficultatem.

Dubium tamen est,an iste procurator poterit renunciare reseruata pensione tertio,cũ facultate transferendi,& cum regressu in cuentum non solutionis?

Videtur dicendũ affirmatiue primo,quia fuit con
80 stitutus modo,&†forma bene visis,quæ verba important liberam potestatem,Bald.in tit.de pac.constit.§. nomina,in fin.Io.And.in c.2. de iuram. calum. libro sexto, & tamen procurator specialis, & procurator
81 cum libera†æquiparantur,Curt.Iun.consil.178.numero vigesimo, Grat.consilio centesimo quinquagesimo nono,num.7.vol.2.

Hoc

Hoc tamen non obstante,contraria opinio est ve-
* rior,&* communis.vt dictus procurator constitutus
hac forma,modo,&c.non possit renunciare reserua
82 ta pensione†in fauorem tertij,& ita cum hic casus ac
* cidisset fuit* resolutum in Rot.in vna Compostell.pa
rochialis die 28.Iunij 1547.teste Put,dec.524.p.2.&
* vna*Corduben.pensionis coram Rubeo die 10.Mar
tij 1559.teste Paleott.decis.302.& habetur li. diuer.
decis. 252.& secundum hanc opinionem consuluit
Bursat.consil.395.vol.4.

Primo,quia tertius,in cuius fauorem est reseruata
pensio,non est nominatus in mandato,vnde consen-
83 tiendo procurator in fauorem†illius,videtur excedere fines mandati,& per cõsequens actus corruit, Ale. consil.21.n.4.li.6.Soci.Iun.consil.22.nu.14.li.3.Gerard.
84 Mazz.consil.98.in prin.forma†enim data omnino est seruanda,l.certa forma,l.prohibitum C.de iur.fisci,li. 10.Dec.consil.90.nu.6.& consil.261.n.4. Card. Parisius consil.12.n.47.& consil.15.nu.23.& consil.33.nu.21. vol. 2.Rolan.consil.70.n.13.li.1.& mandatum nequaquam
85 †trahitur de vna persena ad aliam,vt communiter*est
* †receptum,neque ad diuersa,Paris.consil.96.n.12.20.3.
86 Dec.consil.493.n.16.nam mandare voluisse creditur,* quæ sunt de natura actus,Cels. Hug.consil. 43.nume. 7.Vnde,&c.

Secundo,nullis verbis generalibus potest compre
87 hendi,vt pẽlio reseruetur per procuratorem personis extraneis†cum facultate transferendi, quia hoc est ni mis insolitum,nec comprehenditur in clausula cum libera,Dec.consil.402.Paris.consil.58.uol.4.& consil.96.
88 vol.3.nam pensio est quædam†donatio,& procurator etiam cum libera,non potest donare,Ale.consil.22.nu. 8.lib.1.Ber.consil.174.nu.13.lib.1.Riminald.iun.consil.67.nume.13.lib.1. eoque magis,cum mandata sint
89 stricti iuris,†& stricte interpretanda capite cum dilecto,in fin.de reser.

Tertio,quia,cum tertius, in fauorem cuius est re-
seruata pensio,non sit nominatus in mandato, vt supra est deductum,sequitur,quod potestas procuratoris non extenditur ad aliquid, quod posset facere ad
eius beneficium,cum mandatum non extendatur, ni
90 si ad causas,&†personas in eo,expressas, Rom.consil. 320.num.11.& ibi add.Idem Rom.consil.461.nu.6.&
91 noua persona non subintelligitur,l.si ita stipulatus,§. Chrysogonus.ff.de verb.oblig.Lap.in c.susceptum. in princ.de rescript.lib.6.

Non obstat ponderatio illorum verborum,modo,
& forma bene visis,quia respondetur,illa verba respicere modum,& formam resignandi in fauorem N.& reseruandi eam quantitatem pẽsionis, quam voluerit in fauorem constituentis, non autem reseruationem aliquam pensionis in fauorem tertij, quia,cum huius modi reseruatio non pertineat ad actum resignandi,
92 ad illa nec arbitrium,†nec libera potestas extendi potest,Gloss.in l.si mandato Titij,§.vlt.ff.mand. Bar. in l.ambitiosa,num.17.cum sequ.ff.de decr.ab ordin.
93 Generalis enim†potestas restringitur ad causam præcedentem,& sic ad resignationem,Card.Paris. consil. 96.num.10.& seq.vol.3.Dec.consil.179.col.vlt.Craue. consil.86.num.5.& consil.221.num.15.

94 Hinc verba†generalia in quacũque materia restringũtur ad suas causas,Bal.in l.si ita, §.ex hoc edicto.ff. de naut.caup.stab.Ale.consil.208.colum.penult.libr.2. & consil.113.colum.2.lib.7.Crauett.consil.171.numer. 13.& ideo illa verba non possunt importare reseruationem pensionis,cum eadem non sit ratio ad nota. per Crauett.consil.70.num.27.intelligenda igitur sunt
95 eo respectu,quo fuerunt†prolata,Dec.consil. 283. col.
96 1.Crauett.consil.307.sub nume.4.Eoque magis,† quia illa uerba important arbitrium boni uiri,Bartol.in l.si fic,in princ.ff.de leg.1.Butr.in c.quærenti, no.penult. de verb.signif.Ber.consil.174.num.23.lib.1.sed bonus vir non imposuisset pensionem extra mentem constituentis,vt deducit late Bursat.consil.395.num.37.volũ. 4.vbi alia deducit.vel responde,quod illa verba,forma
97 & modo bene visis,intelliguntur†quo ad effectum expeditionis,non vt possit beneficium onerare, Bursat.
* num.34.& 35.in d.consil.& ita fuit*dictum in Rota. in vna Zamoren.parochialis coram R.P. D. Gypsio, 28.Maij,1585.

Et procurator iste constitutus ad consentiendum
pensioni,cum hac clausula,& cum quibusuis alijs decretis,vinculis,& obligationibus, & clausulis, quibus
98 procuratori visum†fuerit,& placebit,&c.non poterit consentire translationi pensionis,vt fuit resolutum in
* vna*Compostellan.parochialis coram Augustin. 28. Ianuarij,1547.teste Put.deci.524.lib.2.teste etiam Pe
99 legri.decis.35.li.1.& decis.32.li.2.ratio, quia facultas †transferendi reputatur quasi impossibilis,arg.not.in l.apud Iulianum,§.constat.ff.de lega.1.& sic insolitũ,
100 & insolita non ueniunt sub generalitate,† Franc.in c. qui ad agendum,§.si aliquis,de procu.

In mandato tamen dato ad consentiendum regres
101 sui,& accessui,†cum clausula generali in fin. posita in præmissis,& circa præmissa,&c.venit potestas consentiendi translationi & ideo si procurator consentit, va
* lida est,ita fuit*resolutum in vna Toletan.pensionis teste Caputaq.decis.187.lib.2.

102 Quandoque†constituitur procurator ad resignã dum beneficium in fauorem personæ nominandæ p procuratorem,vt in casu,Paleott.decis.249.Io.&c.Io. Paul.decis.102.Guid.Bon.decis.90.Bursat.consil.380. li.4.& consil.395.num.24.eod.li.

Et hoc casu procurator poterit renunciare benefi
cium in fauorem cui voluerit:nam hoc importat facultas,data in mandato, vt clare colligitur ex verbis ipsius.

Dubium tamen est,an hoc casu iste procurator,q
est renunciaturus iuxta facultatem sibi datam in fauorem personæ per ipsum nominandæ, possit se ipsum nominare?

*103 Vera &*communis†est negatiua,vt non possit pcurator seipsum nominare, secundum quam fuit re-
* solutum in*Rot.in vna Burgen.coram Chiroga, die 2.& 23.Iunij anno 1559.teste Paleot.dicta decis.249. Io.&c.Io.Paul dict.decis.102.in terminis Respondit Bursat.consil.380.volu.4.& hoc idem vult consil.395.n. vigesimo quarto.

Ratio est;quia,cui est data facultas eligendi,vel no
104 minandi,non†potest se ipsum eligere, vel nominare, * leg.si mandauero,§.si tibi certum,& ibi Bartol. & * communiter,ff.mandat.Gloss.& ibi Bartol.in leg.plane,ff.quod cuiusque nomin.Baldus.in leg. si is cui C. de furt.capitul.per nostra de iur.patronat.capitu.Cumana,de electio.vbi Gloss.Petr.de Bail.in prima part. capitul.2.numero nono,Rocch. de Curt. tractatu.de iur.patro.verb.honorificum,numero vigesimo quinto,Bert.de Episcop.lib.1.p.3.q.24.col.2.Dec.in cap. licet de vitanda,num.29.de elect.

105 Hinc data † cuidam facultate eligendi Ambascia-
tores,non potest eligere se ipsum,Alberic.de Ros. de statu.quæstion.173.Hinc data potestate creditori vẽ
dendi pignus cui vult, non potest † vendere sibimet, Bald.in l.ordo columna 2.C. de exequut.re.iudic.& si

107 tradidi alicui pecuniam vt det cui voluerit, † non poteſt ipſimet dare d.l.ſi mandauero, §.ſi tibi centum.

Licet quis poſſit electioni de ſe factæ conſentire,
108 & eius conſenſus connumerabitur † in numero eligen
* tium, tex. & ibi Glo. & * communiter in cap. cum in iure peritus, de elect. Ias. in l. cum filio famil. num. 21. ff. de leg. 1.

Secundo, quia differunt inter ſe perſona nominãs,
109 & perſona nominata, ſicutit eligens & electus, c. qualiter de elect. dans, & recipiens, c. vlt. vbi Abb. de inſt.
110 baptizans, & baptizatus, † c. debitum, de baptiſmo, inſtituens, & inſtitutus, c. per veſtras de iur. patr. c. cum ad noſtram, vbi Abb. num. 4. de conceſſ. præben. vendens, & emens, locans & conducens, l. pupilli, §. item
111 ipſi, vbi Bart. ff. de auctor. tutor. imperãs, † & ſubditus, l. pen. vbi Glo. ff. de arbit. reſtituens, & reſtitutus, l. 1. §. ſin autem collegium, vbi Soc. ff. ad Trebell. vincens, & victus, l. licet. §. ſi plures, vbi Bart. ff. de procur. donans & confirmans, c. inter dilectos de fide inſtrum.
112 Et ob id patronus ſe ipſum præſentare nõ poteſt † ad Eccleſiam vacantem, c. per noſtras vbi Abb. Io. And.
* & * communiter de iur. patr. cum alijs adduct. per Lãbert. de iur. pat. p. part. lib. 8. quæſt. princip. art. 1. num.
113 6. & ſeq. & art. 2. num. 10. & ſeq. neq; procurator † conſtitutus a patrono poteſt ipſum patronum præſenta-
* re, vt fuit * tentum in Rot. in vna Salamantin. Cappellaniæ coram D. Veſtano die 14. Octobris 1552. teſte Caputaq. deciſ. 397. lib. 2.

Ratio rationis, ne iſti, ſe ipſos eligentes, & præſentantes, in vitium ambitionis incidant, Gloſ. & alij in
114 d.c. per noſtras, quod † eſſe non debet in clericis, c. inſcripturis. c. ſicut. 1. q. 6.

Tertio, facit, quia mandatum videtur cõtinere tres perſonas, nam fuit conſtitutus procurator N. vt renũciet in fauorem perſonæ nominandæ per Iacobum, quandoquidem nominans, & nominatus differunt, quare non ſequuta reſignatione in fauorem alterius, actus videtur geſtus contra formã, & per conſequens
15 † nullus, Cæphal. conſ. 219. num. 2. & conſ. 220. num. 15. lib. 2. Neuizan. conſ. 70. numero 7. Alciat. reſponſ. 371. num. 1. & 2.

Et per conſequens ex defectu formæ, vel mandati
116 non obſeruati, nulla † conceſſio efficitur, Afflic. deciſ. 91. Lodouic, deciſ. Perutin. 117. nu. 12. & ſeq. p. 2. Menoch. conſ. 72. nu. 10. & ſeq. lib. 2. & de arbitr. caſ. 201. Vaſq. tract. de Succ. ab inteſt. §. 4. num. 52.

Ex quibus patet limitatio ad illam regulam * com-
117 munem, & vulgarem, † quod ordinata charitas incipit a ſeipſo, c. non ſatis diſt. 86. Glo. per illum tex. in capite tertio. de ſupplen. prælat. negli. Iſa. ca. 58. Eccleſ. c. 33. Matth. c. 22. Paul. 2. Corint. 5. & ad Galat. vlt. & primo Timoth. 5. l. præſes, C. de ſeruit. & aqu. Bal. cõ ſil. 312. col. 1. poſt med. lib. 4. dicit, quod charitas ordi
118 nata plus amat † ſe in vngue pedis, quam proximum in vertice capitis, Bal. conſ. 199. col. 1. libr. 1. Pariſ. conſ. 26. num. 32. & 33. vol. 4. Cruett. conſ. 6. nu. 25. & conſil. 8. num. 17. cumque in hac claritate ſit † admixta am
119 bitio, & per conſequens † hoc vitium facit illam ceſſare, Card. dic. c. per noſtras de iur. pat. ita poſt Lamber. & Rocch. de Curt. optime, declarat Burſat. dic. conſ. 380. num. 2. vbi autem nihil obſtat, bene poteſt quis incipere a ſe, & conſanguineis, Pariſ. d. conſ. 26. num. 32. cum ſeq. Hinc exequutor deputatus ad diſtribuẽ
120 dũ inter † pauperes poterit ſibi ipſi dare, ſi egeat Paul. in clem. vnica de teſtam, Bened. Capr. de exequut. vlt. volunt. membr. 6. num. 169. & ſeq. & Abbatiſſa electa
121 † ad diſtribuendum inter pauperes poteſt eligere ſuũ Monaſterium, Anch. conſ. 84. num. 4. in fi. & patroni
122 poſſunt † præſentare filios ad ius † patronatus vacans,
* * Ber. conſ. 130. num. 46. & 56. lib. 2. & eſt magis ** cõis opinio, vt per Lamber. de iur. pat. art. 12. q. 8. prin. p. 1. 2. lib. num. 9. & ſeq. ac art. 13. Ac Epiſcopus cõſert beneficia filio legitimo † ac conſanguineis ſuis, (idoneis tamen) Abb. in c. quia clerici. de iur. patr. & conſ. 96. & in c. vt ſuper de reb. eccleſ. non alienan. & Epiſcopus bona † eccleſiæ ſolita dari in emphyteuſim potius
124 * in conſanguineos quam in exteros alienat, * communis teſte, Burſat. conſ. 127. num. 4. & 78. lib. 2. quod declara, vt per Cæphal. conſ. 142. num. 5. lib. 1.

Quandoq; conſtituitur procurator ad renunciandum beneficium † cum reſeruatione regreſſus, ſeu co-
125 adiutoriæ. Paleott. deciſ. 442 mandatum fuerat, lib. 1. diuerſarum deciſ. 180. Moed. deciſ. 109. in manuſcr.

Et hoc caſu debet renũciare facta huiuſmodi reſer
126 uatione † regreſſus, aut acceſſus, vel coadiutoriæ, alias nulla renunciatio, quia præter formam mandati.
* Ita fuit reſolutum * in vna Hiſpal. præb. coram Oradino die 28. Octob. 1560. teſte Paleott. d. deciſ. 442. mandatum fuerat, & tradit Burſ. conſ. 395. nu. 23. vol. 4. Corn. conſ. 142. num. 9. vol. 2.

127 Ampliatur † procedere, etiam ſi Papa non concedat regreſſus, & coadiutorias, vt fuit reſolutũ in Rot. vt habetur lib. diuerſ. deciſ. 180.

Et hoc procedit, ſi nulla diligẽtia fuit adhibita cir
128 ca † regreſſum, & coadiutoriam obtinendam, vt tradunt Paleott. & Burſat. loc. cit. & fuit idem reſolutum
* in vna Corduben. dimidiæ portionis 3. Aprilis 1560. coram Oradino, & 14. Nouembris, coram Chiroga, vt habetur lib. diuerſ. deciſ. 180. Io. Paul. deciſ. 112.

129 Quandoque etiam † conſtituitur procurator ad renunciandum beneficium, reſeruata pẽtione, & regreſſu, Put. deciſ. 369. lib. 2.

Et ſi aliquis reſignauit in fauorem N. reſeruata pẽ
ſione & regreſſu, ſi procurator qui habebat † ſufficiẽs
130 mandatum † ad conſentiendũ penſioni conſenſit non facta mentione de regreſſu, quæritur, an videatur regreſſui cõſentire? Fuit reſolutũ in Rot. in vna Hiſpal.
* cãtoriæ * coram Card. S. Cruc. die 27. Februarij 1546. affirmatiue teſte Put. d. deciſ. 369. lib. 2. qa fuit exiſtle datus cõſenſus pẽtioni, nã p regulã de exped. lit. regrieſtatio conſenſus, ſed in regreſſu non requirit cõſen
131 ſus † partis, cũ dependat a mera gratia, ita Put. loc. cit.

132 Quandoque ad † renunciandum ſimpliciter, vel ꝑ quacunq; recompenſa, Put. deciſ. 100. lib. 2. vbi refert notabilem caſum reſolutum in Rot. 11. Februarij in
* vna * Hiſpalen. cantoriæ coram ipſo.

Et in ſumma mandati fines ſunt per procuratorẽ
* datũ ad reſignandum cuſtodiendi diligenter, iuxta * oẽs regulas & concluſiones per Doct. receptas, de quibus ſupra ample, & tradit Ant. Aug. deciſ. 1. nu. 7. de
133 procur. lib. 2. & ſtricte, ac ſtrictiſſime mandatũ eſt † interpretãdum, & ih omni materia, vt per DD. * cõiter.
* Et per cõſequens, vbi madatũ, non obſeruat, renũ
* ciatio eſt nulla, vt eſt * cõis opinio oĩum doctorũ, qđ procedit, ẽt ſi ſumm. Pontif. geſta procuratoris admit
134 teret, nam nihilominus, ſi mandatum † non fuit obſeruatum, inualida eſt renunciatio, Ias. conſ. 162. col. 4. lib. 2. & conſ. 86. in fi. lib. 3. Card. Pariſ. conſ. 19. n. 15. cum ſeq. vol. 2. Burſat conſ. 395. num. 31. & 33. vol. 4.

135 Nãq; † conceſſio gr̃æ vĩ hr̃e tacitã conditionem, ſi mãdatum obſeruetur Menoch. conſ. 72. n. 10. & ſeq. lib. 1. Burſat. cõſ. 380. 15. lib. 4. Alex. conſ. 6. nu. 3. lib. 4.

Et quia plures caſus explicati ſunt ſupra, vt nihil in tactum remaneat, alij referendi ſunt.

Primo

Primo infertur, quod, ſi fuerit conſtitutus procura
136 tor ad renunciandum † coram Papa, non poterit renũciare corã Ordinario, vel alio Rebuff. in prax. benef. tit. de procur. ad reſign. conſt. num. 11. vbi atteſtatur vidiſſe pronunciari * nullam renunciationem, quia mãdatum erat factum coram Papa, & renunciatio erat facta coram Ordinario, Burlat. cõſ. 395. nu. 12. vol. 4. namque fines mandati non ſeruantur.

9 *Resignans post signatam supplicationem a Papa, potest alteri resignare.*
10 *Procurator,qui porrexit supplicationem,non potest dare consensum,si fuit reuocatus.*
11 *Datarius non facit gratias,sed Papa.*
12 *Reuocatio procuratoris dati ad resignandum debet intimari.*
13 *Reuocatio procuratoris ad litem debet intimari.*
14 *Mandatum ad committendum delictum reuocatur p notificationem faciendam mandatario.*
15 *Reuocatio non præsumitur,& num.31.*
16 *Mutatio voluntatis non præsumitur.*
17 *Resignatio facta per procuratorem reuocatum ante notificationem reuocationis est valida.*
18 *Illusio,& variatio in personis ecclesiasticis dānatur.*
19 *Papæ gesta debent esse firma.*
20 *Cœlestinus V.pluribus unam rem concedebat.*
21 *Cardinales debent esse stabiles.*
22 *Episcoporum actus debent esse stabiles.*
23 *Valent gesta Legati a latere reuocati ante notitiam reuocationis.*
24 *Collatio facta per Vicarium Episcopi valet ante scientiam reuocationis iam factæ.*
25 *Sententia lata a iudicibus reuocatis valet ante scientiam reuocationis.*
26 *Nuncij gesta ante scientiam reuocationis sunt firma.*
27 *Procurator datus ad permutandum beneficium potest permutare ante notitiam reuocationis.*
28 *Resignatio facta per procuratorem statim reuocatum valet,si ignorabat illam reuocationem.*
29 *Procurator reuocatus debet intimare.*
30 *Resignatio procuratoris reuocati valet,si non fuit intimatus.*
32 *Dicens procuratorem esse reuocatum debet hoc probare.*
33 *Testatoris voluntas non censetur reuocata,nisi expresse appareat.*
34 *Sufficit reuocare procuratorem absque intimatione, quoties fuit constitutus per metum.*
35 *Gesta causa metus sunt nulla.*
36 *Fundamento sublato,omnia corruunt.*
37 *Metus debet esse iustus.*
38 *Iustus metus qui dicatur,remittitur arbitrio iudicis.*
39 *Resignatio facta per procuratorem reuocatum,non autem intimatum,non valet,quoties intimatio non potuit fieri ob malitiam procuratoris aut superioris.*
40 *Fraus nemini debet prodesse.*

41 *Fraudibus via claudenda & num. 51,*
42 *Procurator censetur revocatus per mortem, absque alia intimatione.*
43 *Quod vacat per mortem, non potest alio modo vacare*
44 *Beneficiatus non potest renunciare in manibus Ordinarij, postquam constituit procuratorem ad renunciandum in manibus Papæ, non facta intimatione*
45 *Illusio quid.*
46 *Ratio posita in præmio dicitur finalis.*
47 *Ratio generalis ampliat dictum particulare.*
48 *Dictio Quomodolibet importat omnem modum.*
49 *Vbi adest eadem ratio, dicitur comprensio.*
50 *Dictio Quomodolibet operatur vltra expresse.*
52 *Prohibitum via directa, prohibetur indirecta.*
53 *Exceptio firmat regulam in casibus non exceptuatis.*
54 *Si Dominus & procurator renuncient eadem die, quæ attendatur.*
55 *Constituens procuratorem ad renunciandum non potest permutare nisi revocauerit illum procuratorē.*

QVAESTIO XXV.

QVAERO an Procurator datus ad resignandum possit revocari. Regula* communis & trita in iure nostro, etiam recepta in praxi, est affirmativa, scilicet procuratorem constitutum ad †renunciandum posse revocari, vt de hac regula attestatur Rebuff. in sua praxi tit. de revo. proc. nu. 1. & in concord. tit. de subl. cle. litt. glo. vlt. Glos. Paul. Gul. de Laud. Zaba. n. 10. Bonifac. de Vital. nu. vigesimo septimo, & comm. * alii de renunciat.

1 Idque probatur clarissime in dict. clem. vni, ibi teneat cessio facta per eum, antequam ad ipsius, vel illius (in cuius manibus cessio erat facienda) notitiam revocati huiusmodi sit deducta, &cæt. ex quibus verbis satis collig. hoc pro absoluto haberi, mandatum posse revocari.

2 Potest enim quis pœnitere non †solum in renunciatione, quam per se fecit, sed etiam in illa, quam per procuratorem facit, vt tradunt Put. decisio. 106. lib. 3. Paleott. decis. 257. Ant. Aug. decis. 350. lib. 3. Sarnen. decisio. 20. lib. 1. Cott. decisio. 16. Moed. decisio. 11. Gabriel. cons. 198. num. 3. lib. 1. Bursat. cons. 394. vol. 4. & est* com. sententia DD. sed etiam in ea, quæ sit p procuratorem, quia viget eadem ratio, immo maior, arg. auth. multo magis, C. de sacrosanct. eccl.

3 Amplia, primo procedere, vt † non solum possit revocari expresse, sed & tacite, scilicet cõstituendo aliũ procuratorem ad renunciandum coram eodem, vel coram diuerso, Cardin. Zabar. in clem. vnic. nume. 14. de renunc. & comm.* DD. idque receptum est etiam *per Rot.

4 Namque revocatio vel fit, quia resignans vult retinere illud beneficium, vel quia vult alteri renunciare per se, vel per alium procuratorem coram Ordin. vel Papa.

5 Declara tamen, dummodo revocatio fiat ante p̃stitum consensum formalem per procuratorem in Camera, vel Cancellaria; nam tunc† perficitur resignatio, Put. decisio. 106. lib. 3. Gabr. cons. 144. lib. 1. num. 4. & est communis* DD. sententia, & per Bursatum cons. 395. vol. 4. & jus abdicatur ab ipso vt amplius

6 non possit se intromittere, inuito resignatario & sine suspicione Felyn. in cap. dilectus, de maior. & obe. Put. decis. 31. nu. 3. lib. 1. Cassad. decis. 21. super reg. Cancellariæ, Rip. lib. 2. Respon. cap. 17. & 18. & habeatur,

7 quoad †illud mortuus, Paris. cons. 93. nu. 26. volu. 4. & hoc expresse scribit Rebuff. tit. de revoca. procur. numero primo.

Ante vero potest revocari, etiam post porrectionem supplicationis, namque die 19. Octobris 1543.
* coram Put. in Ro.* fuit resolutum, porrectionem sup
8 plicationis factam per procuratorem † non perficere
* resignationem, & die 16. Ianuarij 1548. fuit tentum, *posse aliam porrigere, & super illa consensum præstare, etiam post signatam primam supplicationem, post
9 †præstitum paruum cõsensum, post solutam composi
* tionem, vt pluries* in Rota fuit resolutum, vt retuli li.
* 1. qu. 12. & seruatur* com. in praxi, & die 16. Decembris 1560. in vna Gadicen.* Canonicatus fuit coram Oradino dubitatum, si procurator ad resignandũ obtinuit signari supplicationem, ac præstitit paruum cõsensum, ante vero extensionem paruæ datę, & parui consensus resignans reuocauit, & reuocatio fuit intimata in Camera, & Cancellaria, an procurator possit procedere ad extensionem consensus parui, & sic præstare consensum formalem, &, si procedat, an valeat
* resignatio, fuit* resolutum, †non posse, &, si procedat,
10 nulliter præstare; namque Papa admittit quatenus par
11 tes in eadem voluntate persistant, & Papa dat† gratias non Datarius qui concedit paruas Datas, teste Cott. decis. 16.

12 Requiritur tamen, vt †reuocatio procuratoris expressa vel tacita sit intimata, vt aperte dicitur in d. cl. vni. de renunc. in illis verbis, *antequam ad ipsius, vel illius notitiam reuocatio huiusmodi sit deducta*, & ibi
* Gloss. Cardin. Zaba. Bonif. de Vital. & communiter* & hoc volunt Rebuff. in prax. tit. de procur. ad resign. reuoc. num. 2. Idem Rebuff. cons. 90. num. 13. ver. 3. q.
* Ferre. cons. 93. num. 3. & est* comm. opinio. Et ita cõ
* muniter* practicatur, pariter reuocatio procuratoris
* ad litem non valet, nisi fuerit intimata* procuratori, l. si mandasset. ff. mandati c. mandato, de procur. Glo. vlt. in c. nec illud 30. q. 5. glo. 2. in c. tibi domino, dist.
* 63. Put. decis. 303. li. 2. & est communis* opin.

Ita etiam mandatum datum ad committendum
14 delictum reuocatur si fuit facta notificatio† mandata
13 rio, Bar. post Guliel. de Cun. in l. si pecuniam. §. si seruum. ff. de condit. ob ca. Albe. in l. 1. col. pen. ff. de off. procu. Gæsa. Glo. in c. cum quis de sent. excomm. lib. 6. de qua re late Clar. lib. 5. recep. sent. q. 89. Menoch. de Arbi. iud. casu 352. & 353.

15 Fit ratio est, quia reuocatio† non præsumitur. Ale. cons. 169. nu. 5. lib. 5. Hier. Gabriel. cons 105. num. 4. lib. 1. Mascard. de prob. conclus. 1280. nu. 1. nam non
16 præsumitur mutatio† voluntatis, l. sancimus. C. de test. Ale. cons. 81. nu. 4. & cons. 146. num. 19. lib. 5. & cons. 189. ad fin. lib. 7. Corn. cons. 69. num. 5. & 206. nu. 9. & 226. nu. 16. lib. 1. Rom. cons. 295. nu. 8. Paris. consil. 72. col. 1. lib. 4. Socin. iun. cons. 106. num. 38. lib. 1. cũ alijs, vt per Mascard. conclus. 1078.

17 Vnde valida erit renunciatio facta † per procuratorem reuocatum, si ante scientiam reuocationis præstitit consensum formalem vt expresse probatur in dic. clem. vni. de renunc. ibi, *sancimus, vt, si quis ad cedẽdum Pontificali, aut aliæ cuilibet dignitati, vel beneficio, procuratorem sponte ac libere constituerit, & ipsum ignorantem postmodum duxerit quomodolibet reuocandum, teneat cessio facta per eum antequam* ad ipsius, vel illius, (in cuius manibus cessio erat facienda) *notitiam reuocatio huiusmodi sit deducta*. & ibi

ibi Glos. tradit. in ver. teneat Gul. de Laud. Card. Zab.
* Imol. Bonif. de Vital. & communiter* Gem. in c. vlt. §. vlt. de procur. Imol. in c. quidam 3. col. de ren. Gig. cons. 51. num. 7. Rebuff. in praxi dict. tit. de proc. ad resig. reuoc. num. 2. Io. Selu. in tract. de benef. par. 3. q. 16. in princ. Fel. in c. ex parte decani, num. 15. de resc. Roffin. in tract. de ben. c. 24. num. 1. Maiol. de irreg. lib. 3. cap. 6. num. 11. Crau. cons. 76. num. 1. & consuluit Navar. cons. 6. de ren. in addit. Et ratio ponitur in
18 princ. d. Clem. vnicæ cum illusio, & variatio† in personis Ecclesiasticis maxime sint vitandæ, &c. quod ẽt deducitur ex c. bonæ 2. de pot. præl. c. cum olim de re iud. Glo. & Zabar. in prin. c. de Clem. Idem Zabarell. in cons. 137. factum sic se habet, & cons. 141. etiam si sint illæ personæ Ecclesiasticę in dignitate maxima
19 constitutæ, prout in Põtificę† Maximo, vt eius actus sint stabiles, tradit Rot. decis. 32. de præb. in antiq. Felin. in cap. cum olim, sub num. 5. de sen. & re iud. Bal.
20 in c. 1. de not. feud. vbi inuehit contra Cœlestinum † quintum, qui de mane faciebat gratiam, de sero vero illam reuocabat, quod etiam scripsit idem Bald. cons.
21 328. num. 5. lib. 1. & in Cardinalibus † tradit Bald. in l.
22 1. in 4. col. C. de Lat. libert. tollen. in † Episcopis Rot. decis. 29. de concess. præb. late Fel. d. c. cum olim, sub. num. 5. & hanc esse rationem tradit Fel. d. c. ex parte decani, num. 15. vers. ratio.

23 Hinc valent gesta per legatum a latere reuocatum à Papa in Consistorio ante notitiam reuocationis, vt in facti contingentia respondit Cald. cons. 4. de off. leg. per c. audita, vbi DD. de rest. spol. c. 1. de concess.
* præb. in 6. & est* communis conclusio.

24 Hinc valet coll. factat per Vicarium Episcopi ante scientiam reuocationis Rom. singu. 57. † fuit quæstio Romę, & sing. 566. Iason l. more maiorum, num. 8. ff. de iurisd. omn. iud. per l. si forte, ff. de off. præsid. & cõ
25 * muniter* DD. & valet† sententia lata a iudicibus re-
* uocatis ante notitiam reuocationis Abb. & alij* cõ. in c. audita, de rest. spol. Bald. in l. 1. in fi. C. vt lit. pen.
* & in l. mandatum num. 17. C. mand. & communiter* DD. & valen gesta per nuncium ante scientiam reuocationis Bald. in l. mandatum columna penultima, C. mand. Imol. in capitulo quidam columna tertia de renunc. vbi loquitur in nuncio dato ad renunciandum, Fel. in d. cap. ex parte decani numero 15. versic. amplia primo.

27 Hinc procurator datus ad † permutandum beneficium, si postea fuerit reuocatus poterit tamen permutare ante notificationem, Lap. in cap. vlt. de proc. in 6. vbi dicit, ad hoc vidisse Bullas Papales approban
* tes* hoc dictum, & ibi Gemin. prope fin. hoc etiam vult. Fel. in d. ca. ex parte decani, sub numero 15. vers.
* amplio 3. Ioan. Scl. d. q. 16. num. 5. 3. par. &* communiter DD.

28 Idque procedit, si reuocatio† fuit facta statim, verum clam & ignorante procuratore, nam valet cessio facta per d. procuratorem, Bal. Barb. Fel. in d. c. ex parte decani, sub num. 15. vers. amplio 2.

Immo in hac materia non sufficit, quod procurator sciuerit reuocationem, vt non possit vlterius pro
* 29 cedere, sed † requiritur intimatio, ut * communiter scribunt DD. sup. citati, & tradit Gloss. in d. clement. vnic. verb. deducta, de ren. Sequitur Card. Zab. & Bo-
* nif. de Vital. qui dicit, quod DD. ita tenẽt & isti DD.
* ita interpretantur illam Clementinam, & pluries*
* fuit decisum per Rotam, & in praxi, * ab omnibus recipitur, nam ita practicatur, alias autem, si non fuerit facta intimatio, procurator poterit consentire re-

signationi, & valida erit resignatio, etiam si cõsensus
30 fuerit præstitus† post mortem constituentis, ita * fuit
* resolutum in vna Segobien. die 27. Maij. & 7. Iunij coram Vestano, de anno 1552. teste Caput. decis. 224 par. 1.

Et ratio rationis est illa, quam supra adduxi, quia
31 ignorantia revocationis præsumitur, † argu. l. verius. ff. de probat. reg. præsumitur de reg. iur. in 6. Rot. decis. 21. de concess. præben. Felin. in c. cæterum, col. 8. vers. valet processus de rescrip. per quæ hoc vult Rebuff. in prax. tit. de infir. resign. num. 37.

32 Ideo dicenti procuratorem esse †reuocatum, ei in
* cumbit onus probandi, Card. Zabar. communiter *re-
ceptus in d. clem. vni. num. 22. de renun. Nam regulariter asserenti revocationem incumbit onus probandi, l. 3. §. si duobus, ff. de adim. leg. Bal. in l. si plurib. † nu. 1. ff. deleg. 1. Alex. cons. 169. num. 4. libr. 5. Mascard. de probat. concl. 1280. num. 2. & alii plures scriptum reliquerunt, voluntatem testatoris non censeri † revocatam, nisi hoc manifestum sit, Card. Paris. consil. 50. nu
me. 14. & cons. 90. num. 2. volu. 4. Curt. Sen. cons. 103. num. 2. Roland. à Vall. cons. 31. num. 43. lib. 4. Natt. cõ
si. 5. Gabr. cons. 110. num. 3. lib. 1. Cesal. cons. 67. nu. 5.
* lib. 1. & *est communis opinio.

Limita primo, quoties constitutio procuratoris est
34 facta per metum, quia tunc teneret revocatio, licet non † peruenerit ad notitiam procuratoris Glo. in
* clemẽ. vni. verbo libere quam sequitur Card. Zaba. & alij communiter, * Io. Selu. de benef. par. 3. q. 16. num.
* 2. Rebuff. in prax. tit. de revo. procur. nu. 10. Ruin. con
* si. 121. num. 21. vol. 4. vbi videtur affirmare hanc* com
* munem, & Gloss. in d. clem. vni. ad hoc* dicit singularem Io. Selu. loco cit.

35 Ratio est, † quia gesta causa metus, sunt nulla, l. 1. ff. de eo, quod met. causa, vbi referuntur verba prætoris, quæ diuina esse scribit Neuizz. consil. 52. num. 46. Menoch. de arbit. iud. casu 135. num. 1. & lic constitutio procuratoris à principio non valuit. ergo & neque renunciatio sequuta virtute actus inualidi, argu. l. hactenus. in fin. cum l. sequent. ff. de aqu. plu. arcend. † sublato
36 enim fundamento omnia† corruunt, le. nam origo. ff. quod vi, aut clam. l. egi, de execut. re iud. cap. cum Paulus prima. quæstione prima. Crauett. consil. 6. num. 36. & consil. 290. numero 1. vnde superflua est intimatio revocationis in actu inualido. leg. 4. §. condemnatum ff. de re iud.

37 Metus tamen debet esse† iustus, vt in terminis scribit Ruin. d. consil. 121. num. 21. volu. 4. & regulariter in
* omni materia requiritur iustus metus, vt est* communis, & recepta DD. sententia, & qui dicatur iustus me-
38 tus, Respondent DD. remitti† arbitrio iudicis, Abba. in cap. cum virum, numero, 8. de regula. Ruff. Comẽs. consil. 68. columna 2. Deci. cons. 218. num. 3. Cardin. Paris. consil. 53. num. 60. & consil. 60. num. 17. & cons. 139. num. 10. & 11. & cons. 170. num. 19. vol. 4. Alciat. respond. 5. num. 5. Grammat. cons. 12. nume. 47. & cõ muniter DD. vt per Menoch. d. tractat. de arb. iud. cõ
* si. 135. num. 3. & est communis* opinio.

39 Secundo limitat nõ ,pcedere, † quoties p malitiam ,procuratoris, aut illius, in cuius manib. renunciat. erat faciẽda, nõ potuit fieri intimatio ante cessionẽ, Card.
* in d. clem. vn.. n. 22. & cõiter* alij DD. de ren. Bal. in c. audita, col. 2. de rest. spol. & alios DD. quos ad hoc refert, & sequitur Io. Selu. d. 3. p. de benef. q. 16. nume. 2. vers. & præmissa etiam non procedunt.

Quod probatur aperte in dicta clement. vni. in fin. de renunci. ibi, *nisi forte per ipsos, aut alios malitiose*

factum fuerit, quominus ad eos, vel eorũ alterum ante cessionem potuerit reuocatio peruenisse, &c. per ip
* sos declarantur hæc verba, à Glo. communiter* recepta per procuratorem, vel superiorem.

40 Et ratio est, ne factus †profit, Abb. in c. innotuit, &
41 c. dudum, de elect. fraudibus enim via †claudenda est. Rainer. de Forliuio, in l. omnes populi, sub. nu. 8. vers. nec obstat. ff. de iust. & iur.

Tertio Limitatur, non procedere, quoties, antequam procurator renunciaret, moritur dominus, nã
42 tunc, †censetur reuocatus procurator absque alia intimatione.

43 Nam beneficium, cum vacet †per mortem, non potest ex alia causa vacare c. susceptum de reser. lib. 6. ita Fel. in d. c. ex parte Decani, num. 16. vers. & hoc etiam probatur, de rescrip. Glo. Zabarel. & cõmuniter DD. in dicta clemen. vnic. de renunc. vbi ita limitant illam
* Clementinam, & est communis, &* recepta omnium DD. sententia, de qua amplius dixi supra quæstione præcedenti.

Vnde secundo infertur quod beneficiatus nullo modo poterit resignare beneficium in manibus Or-
44 dinarij, †postquam constituit procuratorem ad resignandum in manibus Papæ, nõ facta prius intimatione reuocationis, vt in terminis in facti contingentia
* interrogatus respondit Barbat. cons. 49. lib. 4. & est* communiter receptum.

Pro qua opinione Barbat. dicit esse tex. in d. clem. vnic. de renunc. vbi prohibet illusionem, & variatio-
45 nem in personis Ecclesiasticis, illusionem † inquam, quam faciunt clerici, constituendo procuratores ad resignandum, & postea illos reuocando absque intimatione, in qua re consideratur illusio procuratoris
46 constituti, & Papæ, & hæc ratio cum apponatur † in procemio dicitur esse finalis, l. 1. in prin. ff. ad Maced. Bar. in l. cum quid. ff. si cert. pet. & in l. ambitiosa, ff. de decret. ab ord. facien. Bal. in l. 1. ff. de iust. & iur. Abb. in c. ex multa, de vot. Ang. in l. siquis cum aliter, ff. de verb. obl. quæ ratio habet nedum locum in casu quo loquitur d. clem. scilicet in reuocatione procuratoris
47 sed etiam in casu quæstionis nostræ, ideo ratio † ampliabit dictum particulare, l. cum auus, ff. de cond. & demonst. l. cum acutissimi, C. de fideic. namq; eo ipso quo constituit procuratorem ad renunciãdum in manibus Papæ, si postea renunciauit in manibus ordinarij, videtur, variare, & illudere procuratori, ac Papę, in
* cuius manibus facienda erat renunciatio. Secundo Mouetur Barba. quia, si communis* opinio est, quod quotiescunq; reuocatur procurator, requiritur intimatio, per resignationem videtur reuocatus procurator, sicuti per mortem, cum resignans dicatur mortuus, quoad illud beneficiũ, Gl. in clem. ne Romani, de elect. ergo.

Tertio, facit, quia dicit dicta, clem. vni. quomodo-
48 libet reuocauerit, hoc enim † verbum est admodum prægnans, & importat omnem modum, per quẽ possit directa, vel indirecta via reuocari, c. cum, ex eo de sen. excom. clem. si summus, eod. tit. sed inficiari non potest, quin eo ipso, quo constituens resignat beneficium aliquo modo dicitur reuocare procuratorem, quia impedit resignationem faciendam per procura-
49 torem, & per consequens iste casus comprehẽsus est in illa clem. attentis verbis, & attenta †eadem ratione, l. his solis C. de reuo. don. Declate in c. at si clerici, §. de adulterijs num. 18. de iud. & cons. 284. col. 2. Card. Paris. cons. 83. num. 21. vol. 3. & cons. 69. num. 3. vol. 4. Cravett. cons. 118. num. 15.

50 Immo verbum quomodolibet † operatur vltra expressa, Ang. in l. quod si nolit. §. si quid ita ff. de d. edi. Gloss. in clem. 1. de re iud.

Quarto, quia si aliter diceremus, de facili committeretur fraus cõtra dictam clem. quia daretur modus
51 & via, vt clerici illuderent, & variarent, resignando in manibus ordinarij, quod esset non debet l. fraus. ff. de leg. cap. quanto, de diuor. cap. porro, de priuil. cap. plerique & cap. putant quidam, 14. q. 3. nam quod est ꝓhibitum †via directa, non potest fieri via indirecta, & obliqua, l. oratio. ff. de spons. c. cũ quid vna via, de reg. iur. in 6. faciunt etiam ea quæ adducit, idem Barb. cõsil. 11. num. 27. col. 15. lib. 1.

Quinto quia in d. clem. vni. excipitur vnus duntaxat casus in fi. vers. nisi, exceptio enim in vno † casu
53 firmat regulam in casibus non exceptuatis. l. quæsitũ, §. idem respondet, ff. de fund. instr. Siluan. cons. 56. nume. 20. Cravett. cons. 24. col. 8. vers. 10. in fi.

Ideo concludendum est, dispositionem d. clemen. vni. de ren. loquentem in reuocatione procuratoris, vt debeat fieri intimatio, habere locum in casu huius quæstionis, vt si ipse dominus velit renũciare, debeat reuocare procuratorem, alioquin renunciatio nõ valeat, & hanc opinionem tenet Prob. in Rub. de renũ.
* in clem. num. 33. in fi. & secundum eam fuisse * pronunciatum attestatur Barb. d. cons. 49. licet dicat fuisse appellatum, & instatum, vt declaretur bene sententiatum, & male appellatum.

* Ita etiam fuit iudicatum* per Senescalcum Petragoricen. die 2. Martij 1513. cuius sententia fuit per curiam confirmata die 23. Maij 1514. in fauorẽ Magistri Raimũdi. Ita etiam fuit* iudicatum per curiam in fauorem Magistri Gulielmi de la Fargne contra Magistrum Ioannem de Croponte, & latum arrestũ die prima Febr. 1532. vt refert Boer. decis. 207. num. 6. qui etiam ipse videtur firmare hanc opinionem, &
* ita vidisse* in senatu Tholosano obseruari tradit Io. Selua in tract. benef. 3. par. q. 16. num. 9. & hãc opinionem tenuit sæpius Rota, vt reperi annotatum, adeo
* quod hæc est communis* opinio, a qua non est recedendum iudicando, & consulendo.

Quamuis Fel. in cap. ex parte Decani, num. 16. de reseri. contrarium tenuerit. nam in hoc communiter est reprobatus vt ex rationibus suprascriptis manifeste apparet.

Ex quo etiam apparet superfluam esse quæstionem, quam ponit idem Fel. d. num. 16. vers. Quid autem si, quoties eadem die fuit facta renunciatio do-
54 mini, & procuratoris, & non † apparet de prioritate: namque debet distingui, aut constat de intimatione reuocationis, aut non: primo casu attenditur renunciatio domini, secundo casu procuratoris, & in
* hoc * communiter DD. conueniunt. Et ideo alias fuit tentum in Rota in una Camerinẽ. coram Chiro-
55 ga, quod qui dedit †mandatum ad resignandum, non potest permutare illud beneficium, nisi reuocauerit procuratorem, ut habetur libro diuersarum decis. 3. in manuscr.

SVMMARIVM.

1 *Procurator reuocatus censetur per intimationem factam in Camera, & Cancellaria.*
2 *Notitia superioris prodest.*
3 *Quæ fiunt in Cancellaria, vel Camera, dicuntur fieri in conspectu superioris.*
4 *Cancellaria dicitur organum Papæ.*
5 *Facta*

5 *Facta in Cancellaria dicuntur fieri in Consistorio Papæ.*
6 *Notarij constituti ad recipiendum resignationem repræsentant personam Principis.*
7 *Scientia præsumitur.*
8 *Reuocatio procuratoris adresignandum debet fieri in Camera, & Cancellaria.*
9 *Intimatio reuocationis procuratoris ad resignandũ potest fieri ipsi procuratori.*
10 *Intimatio reuocationis mandati dati ad resignandum debet fieri omnibus procuratoribus.*
11 *Intimatio reuocationis procuratoris ad resignandum quomodo debeat fieri.*

QVAESTIO XXVI.

VIGESIMOSEXTO Quæro, quãdo, & cui debeat fieri intimatio reuocationis mãdati procuratorij ad resignandum in manibus Papæ.

Primo potest fieri huiusmodi intimario reuocationis in Camera, &
1 Cancellaria, & sufficit licet †nõ fuerit facta intimatio procuratori, & procurator non poterit amplius consentire. vt scribunt Cresceu. decis. 105. lib. 1. in manuscri, Achill. de procur. Caput. decis. 31. lib. 3. in manuscr. Put. dec. 110. lib. 2. Cott. decis. 16. Moed. decis. 150. incipien. circa, dicens ita* seruari in Curia.

* Et ita fuit pluries per Rotam* resolutũ teste Achille de Grass. dict. decis. 12. de procurat. & dic. 4. Nouembris. 1551. fuit idem firmatum teste Cap. d. dec. 31. li. 3.

2 Et ratio est, quia sufficit †intimationem deduci ad notitiam superioris, clem. vni. de renun. ibi ad ipsius, vel illius, & Felin. in c. ex parte Decani, nu. 15. de reseri & communiter. DD. sed quæ fiunt in Cancellaria, vel
3 Camera, dicuntur fieri in cõspectu †superioris Sarnen.
4 de trien. q. 7. & in procemio reg. p. q. nu. 22. nam † Cancellaria dicitur organum Papæ, Cassad. super reg. dec. 22. & Ideo dicimus quod ea quæ in Cancellaria fiũt
5 in Consistorio Papę, fieri dicuntur, vt habetur in dec. 363. in nouis, Sarnen, de trien. q. 7. num. 2. Cassad. dec. 2. de renunc. & hæc ratio fuit in multa consideratione in Rota, vt collig. ex Caput. 1. decis. 31. lib. 3. & facit q dicitur de publicatione per Cassad. decisio. 28. super reg. & per consequens Notarij constituti ad recipiendum resignationes, & ad alia, dicuntur esse in Consi-
6 storio Papæ, & repręsentant †personã Principis, Cassa. decis. 21. in fin. & deci. 3. de renun. Achi. de Grass. d. de cis. 12. de procur.

Hinc dicit Put. decis. 110. lib. 2. quod sufficit reuo-
7 catio apud acta absque intimatione, quia †scientia præsumitur Paul. de Castr. in l. 1. col. 2. C. de †satisd.

Et, cum ibi præstetur consensus, (scilicet in Camera
* vel Cancellaria, vt de stylo* attestatur Orad. decis. 82. Plancentin. lib. 1. ideo in eodem loco sufficiet, facere reuocationem.

Et licet cle. vnic. de renunc. dicat, quod intimatio debeat fieri procuratori, vel quod ad eius notitiã de-
* ueniat, tamen fuit pluries resolutum per Rotam,* & comprobatum per* stylum, vt sufficiat intimare Iudici, & sic Notarijs Cameræ, vel Cãcellarię. Cap. dec. 31.
8 Et debet fieri †in vtroque loco, scilicet in Camera & in Cancellaria, ita fuit dictum in vna Valentin.* pẽsionis. coram domino Pisauren. teste Crescent. decis. 105. in manusc. vbi princ Palis reuocauit procuratorem in Camera, & procurator consensit in Cancellaria, & dubitabatur de validitate pensionis, & fuit resolutum esse validam: namque reuocatio debebat fieri in vtroque loco, quia cum literæ Apostolicæ expediantur vel per Cameram vel per Cancellariam, intimatio reuocationis debet fieri non solum in vno loco, sed etiam in alio, & hanc cõclusionem firmat Rebuf. cõs. 90. nu. 13. vers. 1. q. & est* communis opinio.

9 Secundo, potest fieri †huiusmodi intimatio reuocationis ipsi procuratori, vt probatur in d. clem. vni. ibi, *ad ipsius vel illius &c.* de ren. vnde, quemadmodum sufficit intimare in Camera, vel Cancellaria, ita, & ipsi procuratori, & est cõmunis opinio omn. DD. Tho. de Tan. decis. 34. manuscr.

Et quando procuratori tantum debeat fieri, vide casum per Thom. de Tan. d. decis. 34. Et, si sunt plures
10 †procuratores, omnibus intimatio reuocationis faciẽda est, alioquin cessio facta per eum, cui non est notificata, valebit, arg. l. si duo, vbi DD. ff. de procur. cle. 1. de appell. ita Rebuff. de reuoc. procur. in prax. n. 2. & ratio est, quia, quantum ad procuratorem, non intimatum, censetur dominus durare in eadem voluntate, cũ si voluisset, notificasset, sicut alteri, arg. l. vnica. §. fin autem. C. de cad. tol.

11 Et in intimatione debet seruari, quod dicitur in clem. caufam, de elect. vbi* communiter DD. declarãt tradit Card. in d. cle. vni. nu. 22. Gloss. in vers. peruenisse, de renun. Rebuff. d. tit. de reuoc. procur. n. 15. & in tract. nomin. q. 14. & in concor. tit. de litt. obla. ar. 2.

Et stylus obseruat, vt si est absens a Curia, volens reuocare procuratorem constitutum ad resignandũ, constituat alium procuratorem existentem in Rom. Curia, cui mandet, vt reuocet mandatum, datũ alias ad resignandum tale beneficium, vel ad cedendum cõmendæ, aut iuri, & auferat ei omnem potestatem illi attributam, & vt ipsam reuocationem intimet in Cancellarijs Apostolicis, vel ipsemet constituens in partibus coram Notario, & testibus reuocet procuratorem iam constitutum a se, auferendo etiam potestatem ei attributam, & in ipsomet instrumento constituat alium procuratorem ad intimandum in Camera & Cancellaria, aut alibi, vbi opus fuerit,

Qui procurator constitutus presens in Curia, recepto mandato, aliquando facit illud per cursorem intimare procuratori reuocato, & deinde solet in actis vnius ex notarijs Camerę, ac Notarijs Cancell. exhibere mandatum ipsius reuocationis, & tam Notarius Cameræ quam Cancell. extendunt, & notant in libris Camerę & Cancell. respectiue ipsam reuocationem & intimationem, & hoc sufficit pro validitate reuocationis & intimationis illius.

Aliqui autem pro maiori eorum satisfactione vltra præmissa solent etiam obtinere per acta vnius ex Notarijs Cameræ ab Illustrissimo Card. Camerario inhibitionem, qua inhibetur omnibus & singulis Notarijs Cameræ, & Cancell. & eorum substitutis, ne sub pœnis & censuris &c. audeant extendere consensum, resignationis talis beneficii per talem, in fauorem talis, quoniam mandatum procurationis de super alias factum fuit reuocatum, & reuocatio fuit intimata in Camera, & Cancell. prædictis. Quæ inhibitio per cursorem intimatur cum dimissione copię singulis.

Et, si est præsens, qui constituit procuratorem ad resignandum. & velit illam procuratorem reuocare, poterit idem obseruare, faciendo per cursorem intimare procuratori reuocãdo, & Notarijs Cameræ, &

* Cancellariæ, & ita obseruat * praxis communis Curiæ Romanæ, a qua non erit recedendum.

SVMMARIVM.

1 *Procurator datus ad resignandum an censeatur reuocatus per intimationem reuocationis factam resignatario, & num. 6. & num. 10.*
2 *Quod dolo fit, est nullum.*
3 *In permutatione sufficit reuocationem intimare compermutanti.*
4 *Dolosus ingressus in beneficijs prohibetur.*
5 *Tacens verum, quando peccet.*
7 *In resignatione, quando reseruatur pensio, debet resignatarius consentire.*
8 *Literæ non expediuntur absque consensu.*
9 *Expeditio literarum, est necessaria, quo ad canonizationem gratiæ.*
11 *Beneficium resignatum debet conferri resignatario, alias nulla resignatio, & num. 13.*
12 *Beneficium permutatum conferendum est compermutanti.*
14 *Consuetum habetur pro facto.*
15 *Resignationes in fauorem, non fiebant tempore Clementis.*
16 *Si in instrumento reuocationis procuratoris dati ad resignandū sit præsens, & testis, resignatarius pro curator, censetur reuocatus.*
17 *Negans interuenisse in instrumento, an ei credatur.*
18 *Testes reprobantes instrumentum debent esse omni exceptione maiores.*
19 *Procurator constitutus ad renunciādum in manibus Ordinarij potest reuocari.*
20 *Si instrumentum procuræ non est receptum a procuratore sufficit, pro reuocatione denunciare Notario.*
21 *Notarius tradens parti instrumentum reuocatum, ut falsarius puniri debet.*

QVAESTIO XXVII.



1 Igesimo Septimo, Quæro an sufficiat reuocationem procuratoris intimare resignatario absq; qd intimetur procuratori constituto ad resignandum?

Diuersæ sunt DD. sentētiæ. Fel.in c.ex parte decani, nu.15. vers.ex hoc inferri potest, ad dubium, de quo aliàs fui interrogatus, de rese.tenuit negatiuam opinionem, vt non sufficiat, sed requiratur vt intimetur procurator.

Pro qua opinione primo adducitur d. clem.vnica de renunc.vbi loquens de reuocatione procuratoris ad resignandum requirit intimationem faciendā procuratori, vel superiori, sed quando innotescit resignatario, neutri eorum, ergo, &c.

Sed hoc argumētum tollitur ex eo, quia debet innotescere procuratori, vel superiori iux.d.clem.vt aliquid non fiat ad fauorem resignatarij, vnde, licet illis non innotuerit si, tamen fuerit intimata resignatario, debet sufficere, namq; videtur in dolo, & per conse-
2 quens renunciatio, si fiat, erit nulla, arg.c.cum dilecti de elect.& alio modo respondit Put.decis.428.lib.1. vt per eum.

Affirmatiuam tamen opinionem, quod sufficiat intimare resignatario, tenuit Ioann.Selua in tract.de benef.in 3.par.q.16.num.6.hoc idem firmat Prob.in addit.ad Io.Monac.in rub.de renun.num.6.vbi dicit
* ita vidisse seruari in senatu * Paris. Rebuff. in prax.d. tit.de reuoc.procur.num.5.

Pro qua opinione primo adducitur, quia in pmutatione sufficit, vt intimatio fiat ei, cum† quo faciēda
3 erat permutatio, & sic sufficit reuocationem esse notam alteri compermutanti, Lap.quem refert, & sequitur Germā c.vlt.§.sane.num.6.vers.sed pone de procurator.lib.6.ergo idem in renunciatione.

Respondeo, diuersam esse rationem, nā in permutatione is, cum quo est permutatio facienda, gerit vicem partis, Rot.decis.8.de procu.in antiq.sed iste habens spē in renunciatione futura, est vt extraneus, vnde non videtur quod intimatio facta ei operetur plus quam si esset facta personæ extraneæ: ergo.

Secundo, adducitur, quia, si post intimationem factam resignatario sequatur cessio ad eius fauorem, videtur esse in dolo, tacendo dolose reuocationem, vt
4 patet, sed in beneficijs debet omnis dolus abesse, ca. cum dilecti, de elect.c.dudum, §.nos igitur, de præb. Io.And.in c.si capitulo, de concess.præb.in 6.

5 Respondetur, negando, esse in dolo† quia tacēs verum non peccat, nisi quando est productus, vt testis, Inn.& alij DD.in c.1.de crimi. sal.But.in c.quia veri simile.3.not.de præb.

Quid dicendum?

* Cum hic casus fuisset propositus in Rot.* in vna Salamant.Abbatiæ Sancti Saturnini, 20. Iunij 1539.
6 coram Io.Paulo Tholomeo, fuit per omnes † facta distinctio, aut resignatio est simplex, scilicet absque reseruatione, & tunc non sufficit intimare resignatario, sed requiritur, vt hat intimatio procuratori, & ita procedit prior sententia, quam tenuit Felinus, qui, dum ponit exemplum, videtur loqui in simplici resignatione, num.15. vers. ex hoc, aut vero resignatio non est simplex, vt quia fit in fauorem alicuius reser
7 uata pensione, aut fructibus, † adeo quod resignatarius debet dare suum consensum, & hoc casu sufficit intimare resignatario, pro vt attestatur Moed. decis. 115.incip.circa intellectum, clem.vni.in manusc.

Et ratio est, quia, cum resignatur simpliciter in fauorem absque pensione, tunc non consideratur persona resignatarij, & licet, superior sibi præiudicet, est tamen per accidens, quia sibi ita placuit, quando vero resignatur in fauorem, reseruata pensione, vel reseruatis fructibus, tunc, eo quia resignatio non potest vires habere sine facto resignatarij, ideo sufficit ei intimare. Nec obstat, quod pensio potest reseruari per Papam, absque consensu. nam cum consensus, sit
8 necessarius per regulam, ideo non expediuntur literę absq; dicto consensu, & quoad successores necessaria
9 est expeditio maxime quoad canonizationem gratię vt dicam late lib.seq.

* Hoc idem fuit confirmatum* in Rot. in vna Burgen. Cappellæ coram Sarnen. vltimo Ianuarij 1543. teste Moed.decision.184.circa declarationem clem. vnica teste etiam Put.decisione prima, de renunc.in manusc.

Et quia hæc distinctio patitur aliquas difficulta-
* tes, & potest impugnari, ideo Rota* ab ea recessit, &
10 firmauit, † sufficere intimationem reuocationis faciēdam resignatario, quoties resignatio fit in fauorem alicuius, tam si reseruentur fructus, aut pensio, quam si fiat simpliciter in fauorem, & hanc opinionem te-
* nuit* Rot.14.Februarij 1543. in dicta Burgen. Cappellæ coram Sarnen. teste Moed.dic.decis.184.circa col.3.

col.3. teste etiam Put.decis.428.lib.1. teste etiam Th. de Tan.decis.34.in manuscr. Et eandem sententiā cō firmauit Rot.12.Nouembris 1543. per tres sentētias coram D.Rauellen.in d.causa Salamantin. Abb. teste Moed.decis.185.incip.licet supra, sit de renun. quam etiam opinionem, vt supra dixi, firmauit Io. Sel.tract. de benef..3.par.q.16.num.6.Prob.in addit.ad Io.Monac.tit.de renunc.vbi dicit, ita vidisse seruari in senatu
* Parisiensi, & hęc est* communis omn.DD.* sententia, à qua non est recedendum iudicando, & consulēdo, & illam tenet etiam Put.decis.428.libr.1. Guidobon. decis.9.

Nam in resignatione, quę fit in fauorem, tam si fiat reseruata pensione, quam non reseruata, debet conferri
11 beneficium resignatum illi, in cuius fauorem facta est resignatio, alias nulla, Cassād.decis.3.de ren.Ptolo. decis.101.incipit Conche.Palent.decis.48.Abb.in ca.
* cum pridem, de pact.& communiter* DD. vnde persona resignatarij est considerabilis, & reputatur pars, ex quo sequitur quod viget ratio posita per Felin.d.c. ex parte decani, nu.15.vers.ex hoc inferri, dum respondet ad contrarium de permutatione, & dicit sufficere intimare ei, cum quo est permutandum quia gerit vicem partis, Rot.decis.8.de procu.in antiq. sed hæc rō habet locum etiam in resignatione in fauorem, ergo eadem erit in vtroque casu iuris dispositio, l.illud.ff.ad l.Aquil.& ita retorquet argumentum in contrariū Io. Selu.d.q.16.num.6.vers.tamen istud mihi non placet.
12 Accedit, quia, sicuti superior† non potest beneficia p mutata aliis conferre, quam cum permutantibus. c.1.
* vbi* omnes de rer.perm.li.6.ita Papa non † consueuit
13 aliis conferre, quam illi, in cuius fauorem fit resignatio, vt fuit* pluries resolutum in Rot.& tradit Moedā. tract.sig.gra.tit.resignationes.col.3.& 4. quod cōsue
14 tum † debet pro facto haberi, not. in l. apud Iulianum. §.constat, de leg.1.

Immo Feli.in d.c.ex parte decani, n.vers.ex hoc inferri, in contrarium allegatus non obstat huic cōmu-
* ni* conclusioni, nam loquitur in resignatione simplici non expressa aliqua persona, & ita procedere fuit declaratū per Ro.d.die 12.Octobris 1543. vt tradit Caput.d.decis.185.& vere, ponit quęstionem hoc modo. Titius milit procuratorem Romæ cum mandato ad renūciandum beneficium, Sempronius accedebat ad Curiam, vt impetraret dictum beneficium, vacaturum per renunciationem, & dum &c.

Ad tex.in d.clem.1.de ren. Respondet Put.d.decisi.
15 428.li.1.quod tēpore Clementis† non fiebant resignationes in fauorem certæ personæ, sed simpliciter, ideo tex. considerauit intimationem faciendam esse procuratori, vel superiori, sed hodie cum inualuerint iltæ resignationes in fauorem certarum personarum, dicendū est, quod in tali resignatione militat eadem ratio, quæ in permutatione.

Et hic erit tertius modus reuocandi procuratorē constitutum ad resignandum in manibus summi Pontificis.
16 Hinc est, quod, siquis† constituit procuratorem ad renunciandum duo beneficia in fauorē Titij, & Caij & postea constituat alium procuratorem ad renunciā dum eadem beneficia in fauorem personarum bene visarum, sine clausula, citra reuocationem, in quo instrumento fuit testis Titius, qui est vnus ex duob. in cuius fauorē primus procurator debebat resignare, si dictus primo procurator resignauit in fauorem Titij, & Caij, personarum nominatarum, resignatio est nulla, facta in fauorem Titij, quia ipse fuit testis in secundo instrumēto. ex quo videtur sibi intimata reuocatio. quatenus vero attinet ad Caiū, renunciatio est
* valida, quia non fuit intimata.* ita fuit resolutum in Rot.in vna Gerunden.coram D.Flasconen. die 14.Ianuari 1550. teste Guid.decis.90.

Et, si ille, in cuius fauorem debebat renunciare primus procurator, fuit testis in secundo instrumento,
17 in quo fuit † constitutus alius procurator ad renuncian dum in fauorem alterius, neget hoc, & dicat quod interuenit ut testis in dicto secundo instrumēto, fuit alias dubitatum, an valeat renunciatio facta per procu-
* ratorem secundo loco constitutum, & fuit* resolutū affirmatiue in vna Gerunden. Sacristię coram Oradino 5.Nouembris 1554. teste Caput.decis.100.p.2.qa, cum iste habeat interesse, nō est omni exceptione ma
18 ior, † prout testes reprobantes instrumentum debent esse, Bar.in l.1.§.si quis negat, n.22.in fi.ff.quemadmo. test.aper. Ale.cons.35.n.2.& 3.li.7. Corn.cons.261.li. 4. Dec.cons.102.colū.1.vers.propterea, Paul.de Cast.
* consil.261.num.5.lib.2.& communiter* DD. hoc volunt.

Si vero procurator fuit constitutus ad renuncian-
19 dum in manibus ordinarij, tunc ille procurator potest
* † reuocari, vt est* communis opinio, quę ex prædictis satis expresse apparet, & intimatio dupliciter fit, vel ip si ordinario, vt tradit Bonif.de Vitall.in cle.vni.n.38.
* de ren.& probatur in d.clem.vnica.* vbi communiter DD. vel procuratori, iuxta ea, quæ diximus supra, & Bonif.de Vitall.dicit intimationem reuocationis potius faciendum esse procuratori.

Si vero instrumentum procuratorium non est receptum a procuratore, sufficit denunciare Notario, qui est rogatus de illo, quod pęnituit, & ideo nō expediat ita Rebuff.in prax.tit.de reuoc.procu.nu.9. vbi dicit, quod si post dictam notificationem Not. conficiat in strumentum & tradat parti, † tanquam falsarius puniri debet, arg.l.si fundum, C.de rei vend. DD. in l. con-
* tractus, de fid.instrum.* communiter in c.ex parte de reser.& hoc refertur ad renūciationem factam in manibus Papę, & ad illam, quæ fit in manibus ordinarij.

SVMMARIVM.

1 *Procurator certioratus à domino, vt nihil faciat vsq; ad nouas literas, non potest interim resignare.*
2 *Procurator, qui porrexit supplicationem, superuenientibus literis resignantis non debet præstare consensum.*
3 *Resignans, etiam pœnitere potest signatam supplicationem & datatam.*
4 *Mandatum expirat morte mandantis.*

QVAESTIO XXVIII.

1 Igesimo octauo, Quæro, si procurator, q habuit mandatum ad renunciandum, recipiat litteras a constituente, in quibus dicatur, quod de negocio resignationis nihil aliud faciat, nisi denuo certioratus fuerit, an possit, hoc non obstante, resignare, & prestare cōsensum resignationi, vel sufficiat hoc loco intimationis reuocationis procuratoris.

1 Omissa disputatione, Affirmatiua † opinio est verior, vt hoc sufficiat loco intimationis, quia per illa verba posita in dictis litteris, voluntas, licet non sit reuocata, cessat tamē vsque ad nouas litteras, vt late explicat Ias.in l.100.§.si ita stipulatus.nu.14.vers. tamen.ff.de
* verb.oblig.& secundum hanc opinionem fuit * iudicatum in Rot. teste Card.S.Crucis, dec.131.

Ideo non debet vlterius procedere, donec habuerit alias literas,& in hoc residentcommuniter*DD. & communiter practicatur.

2 Ampliatur hæc conclusio,procederet etiam si ille literæ peruenerunt ad manus procuratoris, postquã porrexerat supplicationẽ,& supplicatio fuerat signata,ac data:namq; post receptionem dictam litterarũ non potest vlterius procedere, & ad præstandum cõ * sensum formalem deuenire ita dictũ in * Rot.in vna Segobien.de villa castri coram Pelegrino teste eodẽ decis.127.lib.1.

* Namque communis opinio,&* recepta,ab omni
3 bus,te habet,vt resignans possit pœnitere,etiam post * signatam supplicationem,& datam,vt pluries fuit re- * solutum*in Rota,& seruatur in praxi.

Et per consequens simoniace resignans,beneficiũ * vacat per mortem eius,vt fuit* etiam decisum in vna Mantuana,ut per Crescent.decis.37.lib.1. in recoll. manuscr.nam mãdatum factum alicui,vt nihil faciat,
4 nisi mandatario de nouo certiorato, † expirat morte mandantis,nec Mandatarius aliquid facere potest,ni si adsit noua voluntas mandantis,Alex.in l.100.§. 1. vbi Ias.late num.14.allegans concordãtes.ff. de verb. * oblig.& est*communis opinio,ac secundum eã fuit * *resolutum in Rot.in d.Segob.de villaCastin.coram D.Vestano,29.Apr.1552.teste Caput.decis.139.p.2. Non obstat doctrina Bal.in l.post dotẽ,col.2.ff.solut. matr.quia reprobatur ab omnibus,vt ibi fuit dictum.

SVMMARIVM.

1 *Procurator ad resignandum morte reuocatur.*
2 *Furiosus habetur pro mortuo.*
3 *Renunciare est donare.*
4 *Furiosus non potest donare,& alienare.*
5 *Tempus dati mandati inspicitur.*
6 *Furiosus non potest constituere procuratorem ad resignandum.*
7 *Procurator ad resignandum an censeatur reuocatus si principalis effectus fuerit furiosus.*
8 *Mortuo principali,procurator ad resignandum quando censeatur reuocatus.*

QVAESTIO XXIX.



VIgesimonono,quo,si resignans, qui dedit mandatum ad renunciandũ,effectus sit furiosus,an per hanc superueniẽtiã furoris censeat reuocatus procurator?

Pro affirmatiua, adducitur primo,Procurator datus ad re-
1 signandũ,† reuocatur per mor tem,Crescent.decis.169.alias 171.lib.1.Th. de Tan.
* decis.106.in manuscr.& communiter*DD.sed furio
2 sus† habetur pro mortuo,l.1.§.sed furiosus,ff.de acq. poss.l.2.§.furiosus,ff.de iur. codic.Spec.tit.de test.§. 1.num.88.Card.Paris.cons.99.num.15.& cons.110. num.13.vol.2.Tiraq.in trac.de pœn.temp. aut remitt. * causa 3.num.2.& 3.& communiter* DD.vt per Mascard.de prob.concl.828.n.23.ergo per superuenien tiam furoris reuocatur procurator sicut per mortẽ.

3 Secundo adducitur,quia† renũciare est donare,iux * ta* cões regulas,& conclusiones supra relatas,sed furiosus† non potest donare,& alienare valide,cum ca-
4 reat sensu,& intellectu,l.in negotiis contrahendis,& l.Furiosi,vbi plene Dec.ff. de reg. iur.l.nec ignorans. C.de don.l.sanum,C.de trans.Fulgos.cons. 80. quidã col.2.Alex.cons.139.col.3.& 4.lib.1.cum alijs,vt per Card.Paris.cons.87.num.10.cum seq.vol.3.ergo &c.

Pro negatiua adducitur,quia inspicitur tempus da
5 ti mandati ad renunciandum,& ad illud † renũciatio retrotrahitur.Abb.in c.sollicite,col.ante pen.de rest. spol.Lap.alleg.24.Bal.in c.audita,de rest.spol.Ferr.cõ sil.93.n.2.Menoch.in trac.de recup. post. remed.1. num.274.&*communiter DD.sed illo tempore resignans erat habilis: nam nondum erat effectus furio-
6 sus,cum furiosus non possit constituere procuratorẽ † ad renunciandum,Card.Paris.cons.15.num.9.cum seq.vol.4.& dixi supra:ergo.

Quid dicendum?

7 Distinguendum existimo,aut† procurator incepe rat,puta quia porrexerat supplicationẽ,quę fuit signata,&datata,& hoc casu vera est posterior sententia,vt per superuenientiã furoris non censeatur reuocatus, & per consequens poterit vlterius procurator proce dere,s.præstare consensum formalẽ. Aut vero procu rator non inceperat aliquid facere,& hoc casu verior * est prior sententia, vt censeatur reuocatus per superuenientiã furoris,& ita distinxit*Rot.cũ hic casus ac cidisset,ita resoluendo in vna Messan.coram Fabio,2. Octobris 1558.teste eod.decis.23.manus. Ita in Ismi
8 li,si fuit datus procurator ad resignandũ, & dictus,p curator porrexit supplicationẽ,& postea† moriat̃ pro curator non censetur reuocatus, & poterit consensum formalẽ præstare,secus verò,si nihil fecit, vt fuit * resolutum*in vna Senen.parochialis coram D.Martino de Spinosa 1513.teste Cassad.decis.1.de renunc. & in alia Palent.scholastriæ,corã Cumano, vt late p Put.decis.83.& 92.lib.2.de qua re dictũ fuit supra late.Et hæc opinio cõiter *,seruatur in praxi,vt audiui.

SVMMARIVM.

1 *Procurator primus censetur reuocatus per constitutionem secundi.*
2 *Renunciatio secunda facta per alium procuratorem valet,si prima facta per alterum fuit facta in fauorem mortui.*

QVAESTIO XXX.



RIgesimo, Quæro de casu pulcherrimo.Quidã constituit procuratorem ad renunciãdum in fauorẽ Titij, postea constituit alium procuratorẽ sine clausula citra reuocationẽ,ad resignãdũ in fauorem Caij. Iste secundus procurator porrexit supplicatio nem,resignando in fauorem Caij,qui eo tẽpore erat mortuus,vnde hoc forsan sciens primus procurator resignauit in fauorem Titij.Quæritur an hæc secun da resignatio valeat.

Et quidem videtur dicendum non valere, primo,
1 quia per constitutionem secundi procuratoris† muta uit voluntatem,l.si quis cum procurator,§.vlt. ff. de * procur.cum alijs,vt per DD. * communiter in locis præallegatis.ergo,&c.

2 Hoc tamen non obstante,† cum hic casus accidis-set,& fuisset propositus in Rota,contrarium fuit reso lutum,vt valeat dicta renunciatio,facta per primum, procuratorem, in vna Gerunden. Canonicatus die 22.Iunij.1554.teste Guidob.decis.91.in manusc.quia licet,

licet,vt dictum est,per constitutionem secundi procuratoris mutauerit voluntatem,non tamen simpliciter mutauit voluntatem, sed conditionaliter,si resign.facienda per secundo loco constitutum fuerit valida,quia voluit hanc secundam personam potius habere quam primam.sed cum inualida extiterit, ergo ad huc durauit prima voluntas,argu.l.quod si alij. ff. ad im.legat.

SVMMARIVM.

1 *Procurator constitutus ad resignandum cum iuramẽto de non reuocando,potest nihilominus reuocari & nu.16.& nu.18.*
2 *Procurator cum iuramento de non reuocando in qualibet materia,potest reuocari.*
3 *In spiritualibus non cadit interesse.*
4 *Actus contra iuramentum quando sit nullus, & nu. 11.& nu.& 24.*
5 *Beneficia libere conferenda.*
6 *Quis potest se iuramento ligari.*
7 *Communis opinio ex numero Doctorum.*
8 *Exemplis non est iudicandum.*
9 *Procurator ad permutandum cum iuramento de non reuocando,non potest reuocari.*
10 *Aliud est constituere procuratorem ad resignandum simpliciter,& aliud causa permutationis.*
13 *Periurus contraueniens iuramento,quamuis actus sit validus.*
14 *Quod à principio est voluntarium,ex post facto est necessarium.*
15 *Ex iuramento oritur obligatio.*
17 *Papa dat beneficia,& non resignans.*
19 *Consuetudo,vt procurator non possit reuocari,non valet.*
20 *Procurator constitutus cum iuramento ad extinguẽdũ regressum,potest reuocari.*
21 *Periurus,ob reuocationem procuratoris non priuatur regressu.*
22 *Potest reuocari procurator non obstante pacto de nõ reuocando.*
23 *Procurator ad præsentandum potest reuocari.*
24 *Iurans non reuocare testamentum,potest illud reuocare.*
25 *Diuisio potest fieri,non obstante iuramento.*
27 *Episcopus potest reuocare Vicarium,non obstante iuramento.*
28 *Promittens cum iuramento non alienare,si alienet tenet alienatio.*
29 *Iurans non contrahere matrimonium, si postea contrahat,valet matrimonium.*
30 *Iurans non fideiubere,non mutuare,nõ acceptare Episcopatum,non intrare Monasterium, potest postea hæc facere,non obstante iuramento.*
31 *Faciens contra iuramentum,efficitur periurus.*
32 *Faciens contra iuramentum ex causa iusta,non efficitur periurus.*

QVAESTIO XXXI.

TRIGESIMO primo quæro,an possit reuocari procuratorconstitutus ad resignandumcum iuramento de non reuocãdo. Duæ sunt DD. sentẽtiæ
1 Affirmatiuã †opinionẽ tenuit Fed. de Sen.quẽ refert, & sequitur Gemin.in c.vlt.§.vlt.n.5.de procur.in 6. Boer.decis.207.n.2.Moed.decis.187.col.3.incip. dubium fuit,& hanc dicit*communem opinionem Io. de Selu.quem refert Gabriel.de iur.iur.concl.1.num. 12.vers.contrarium.

Ad quam probandam primo adducunt,quia procurator constitutus in qualibet materia,cum iuramen
2 to de non†reuocando,potest,non obstante iuramento,reuocari,Glo.in c.vlt.ver.reuocatus,de procur. in 6.quam sequitur Lap.Gemin.Anchar.& Franc, Bar. in l.cum precario.ff.de preca.Angel.in l. & in perpetuum.ff.de procur.& in l.Stichum.§.vsu fructum.Et ibi Imol.ff.de solu.Alex.cons.18.n.7.lib.6.& cons.29. in 4.dubio,li.5.Angel.cons.125.Punctus est talis Decius cons.475.n.18.Card.Paris.cons.69.nu.119. vol. 3.& hęc opinio seruatur in praxi,vt tradit Fel. in d.c. ex parte,nu.13.in fin.

Sed huic argumento potest responderi, procedere in profanis,in quibus potest cadere interesse,vt tradit Rot.dec.8.de procur.in antiq.secus autem in spiritua
3 libus in quibus non†cadit interesse,l.1.C.si mancip.ita
14 *Agens contra fidei commiſſarium poſſeſſorem debet probare vitam ſuiorum.*
16 *Negatiua,quando eſt fundamentum intentionis alicuius,debet probari.*

QVAESTIO V.

1 Vinto, Quero, An reſignatarius teneaꝰ ꝓbare reſignantem ſuper vixiſſe? Vñ dicendum quod ſic, quia quis tenetur † probare illud, ſuper quo ſe fundat, pro vt in probãda ętate maiori, vel minori tradit Bar.in l. de ætate ff. de minorib. Io. And.in c.intimabus de reg.iur.in 6.Salicet.& alij in l. cũ te,C.de prob.Anch.in c.acceſſit in prin.de diſp. impub.Alex.conſ.49.nu.16.lib.5.Dec.conſ. 682. nu. * 16.cõis* opinio,de qua teſtatur Fel.in c.in præſentia num.28.de prob. Mandoſ. etiam atteſtatur de cõi in reg.18.q.3.nu.3.& hoc eſt regulare in omnibus materijs,vt qui,in aliquo ſe fundat,debeat probare illud, * l.2.ff.de prob.Dec.conſ.267.Non excedit col.5.* cõmuniter Doct.in c.in præſentia de prob. vnde cũ ius ſuum pendeat a reſignante,& hoc ſit fundamentum, 2 tenetur probare vitam reſignantis,& ſic ſuam†intentionem,l.ſpadonem §.qui abſolutus,ff.de excuſa.tut. Bar.in l.qui inter & l.qui duos. §. cum in bello ff.de reb.dub.Fulg.in l.ſed & ſi ff.de ſenten.& re iudic.late Corn.conſ.119.col.vlt.lib.1.

Hoc tamen non obſtante contraria opinio eſt ve- 3 rior,quod † reſignatarius nõ teneatur probare vitam * reſignantis,vt fuit tentũ in Rot.*in vna Ilerden.Parochialis 24.Nouemb.1539.coram Io.Paul.vt atteſtaꝰ Put.deciſ.85.in fi.lib.1.Moed.deciſ. 126.per obitum in tit.de ren.Io.Paul.Ptolem.deciſ.129. Ratio eſt,qa 4 quiſq;† præſumitur viuere vſque ad centum annos,l. vlt.§.& nobis C.de Sacr.ſan.Eccleſ.l.an vſufructus in fi.ff.de.vſufr.Gloſſ.in l.2.§.ſi dubitetur,vbi Bartol.in princ.ff.quemad.teſt.aperian.Dec.conſ.204. num.4. * communis*opinio,& regula,teſte Dec.conſil. 575. numero 10. Ex quo ſatis datur intelligi reſignatarium non teneri probare vitam,cum ꝓſumatur viue-

re,& resignatio hoc præsupponit,Put.decis.280.num. vi.lib.2.& quamuis multi icribentes magnæ auctoritatis confutent supradictam regulam communem,dicentes non probari iure,vt voluerunt Dec.sibi contrarius in l.si emancipati col.3.de collat.in l.vlt.C.de edidiui Adr.toll.num.28.in cuius interpretatione excellentissimus D.meus Marc. Antonius Bizonus,nunc. meritissimus Episcopus Fulginaten. & Nuntius Sedis Apostolicæ in Regno Neapolitano; Hoc idē tenuit Cardinalis Parisius cons.86.num.20.cum sequen.volu.4.Corn.cons.119.num.8.li.1 Ruin. cons.189.num. 14.lib.1.Alcia.in tract.presump.p.3.reg. 1.præsumpti.
** 44.& hęc est**magis communis opinio teste Mand. in reg.19.Cancell.col.vlt.in principio. namque in dicta l.vlt.dicitur † quod vita longissima est centum annorum,quod verum est,per Card.in clemen.1. de rebus.Eccles.non alienan.Specu.de probat.§.1.Plin.lib. 7.cap.48.namque esto,quod hoc verum sit ob auctoritatem tot nouissimorum doctorum,tamen inficiari non potest,quin ex hoc non eliciatur,quem præsumi potius uiuere;vnde præsumptio est pro resignatario, quod resignans uiuit,vt deducunt Aret.in ca.causam, quę,col.8.de test.Ale.cons.27.col.vlt.lib.7.& consilio 119.num.8.lib.1.& cons.195.col.1.ii.3.Socin.Iun.consil.26.li.2.Feli.in c.ex tenore col.vlt.de testib.& communiter* Doctores.Quapropter sufficiet tei allegare
6 vitam absque alia probatione Bald.in l.2.§.si dubitet. ff.quemad.testam.aper.Alberic.in l.vlt.col.2.Salic.co. 1.C.de sacr.sanc.Eccles.Dec.cons.133.col.3.

7 Hinc nemo est tam senex, & viribus confractus, quin nō præsumatur uiuere per quinque annos, vt egregiè probat tex.in l.hereditatum.ff.ad leg.Falci. vbi
* Alex.& communiter*Doctores,vel saltem per annū, v. si ribit D.Hieronymus in 2.par.epist.tit.3.epist.40. Tullius in lib.de Senect.Roman.cons.363. petitum a me,col.1.Gomes.in §.item si quis in fraudem nume. 55.Inst.de act.& in q.7.de infir.resign.col.pen.in fin. Accedit,quia principaliter de resignatione agitur,secundario uero de vita,& sic,cum fundamentum resignationis principaliter non sit in uita, non mirum,si eam non tenetur probare,argum.not.per Io.And.in c.Infamibus de reg.iur.in 6.Doctores in l.cum te C. de probat.quia præsumitur pro resignatione,&c.

8 Comprobo †vlterius,quia præsumitur pro validitate actus,Tiraq.de retract.consanguin.§.30.glo.1.nume.32.Socin.iunior cons.113.nume.3.lib.4.Accedit in super,quia præsumitur resignantem uiuere. nā alias
9 Papa gratiam non fecisset,Put.decis.280.num.11.lib. 2.Ad contrarium respondetur,vt per supradicta,quia fundamentum principale non est in vita, sed in resignatione,pro qua præsumitur,vt supra scripsi,&c.

10 Sed hic cadit dubium,†si à Titio fuit N.resignatū, aliquod beneficium,quod possidetur à tertio,an resignatarius agens cōtra possessorem dicti beneficij resignati teneatur probare resignantem super vixisse, an vero possessor allegans mortem resignantis teneatur illam probare.& sic, cui incumbat onus probandi? Videtur dicendum, possessorem allegantem illam non teneri probare,quia mors,cum sit priuatio vitæ,
11 est quædam negatiua,†ad not.per Bart.in tract.testiū in verb.mortuum hominem,in principio, & in l.2.§.
12 si dubitetur,vers.aduerte.ff.quemadmo.testam.aper.† vnde probari non potest,Crauett.cons.1.in fin.Grammat.decis.56.num.4.vnde negatiua probatur † eo ip-
13 so,quod contrarium non probetur, Barbat. cons.79. li.2.Rip.in l.ex facto.§.si quis rogatus,numer.7.ff.ad Trebel.Lanfran.Orian.in cap.quoniam contra,num. 14.de proba.Alex.cons.83.in princ.lib.1.& cons.190.
* col.3.lib.6.*communis opinio, vt patet ex adductis per Franc.Hercul.in tract.negat.ex quo sequitur resignatarium debere probare vitam,sicuti,quādo agitur
14 contra fideicommissarium possessorem,agens tēnebet probare uitam filiorum.Socin. sen.in l.qui duos.§.cū in bello.ff.de reb.dub.

His tamen non obstan.contraria opinio est verior
15 quod immo †possessori alleganti resignantem mortuū tempore resignationis incumbit onus probandi,non autem resignatario,qui non se fundat principaliter in vita resignantis,sed in resignatione,pro qua præsumitur iuxta allegata supra in præcedenti quęstione,& cū hic casus fuisset propositus in Rota per D.Io.Paul.in vna Ildern.parochialis die 13.Ianuarij 1539. (nam vacauerat parochialis per mortem cuiusdam Cardinalis,quæ fuerat collata cuidam Martino in fauorē certæ personæ,quę egit cōtra possessorem, qui possessor dicebat resignatarium teneri ad probandum resignantem superuixisse,resignatarius vero contra.) Domini fuerunt varij,& ideo nihil resolutum, vnde iterū causa proposita fuit die 24.Nouembris eiusdē anni 1539
* & fuit tentum,*resignatarium nō teneri probare. ita etiam fuit tentum in eadem causa die 4.Martij 1541 vt attestantur Moedan.decis.126. per obitum Cardinalis,Put.decis.85.li.1.Io.Pau.Ptolom.decis.129. Nō obstant contraria,quia respondetur,quod quando ne
16 gatiua est fundamentum intentionis alicuius, per illū †probanda est,siue agat,siue excipiat,Bar.in l.in illa stipulatione,num.5.& in l.ita stipulatus.ff.de ver. oblig.
* Ble.in dict.l.in illa num.14.vbi attestatur de* communi Corn.cons.340.num.3.li.1.Dec.cons.78.in fi. Cardinal.Paris.consil.138.in princip.& cons.153.in fi.volum.4.Crauett.cons.221.Socin.Iun.cons.4.num.30.& cons.39.num.62.lib.2.& regulare est probandam esse negatiuam ab eo,qui in illa se fundat, Alex.consil. 34.in princip.lib.2.& cons.114.in princ.lib.3.Dec.cv sil.529.col.1.Card.Paris.cons.22.num.66. & consilio
* 104.in princ.vol.4.& est communis* omnium Doctorum sententia,vt patet ex infinitis, quæ congerit. Hercu.d.tract.de negat.nu.2.

SVMMARIVM.

1 *Resignatarius debet capere possessionem benef. resignati.*
2 *Ius acquiritur prouiso per solam collationem Papæ, vel Ordinarij.& nu.55.*
3 *Ius,quod acquiritur prouiso per collationem, non est firmum ante apprehensionem possessionis.*
4 *Possessio benef.non transfertur per collationem.*
5 *Possessio est facti.*
6 *Possessio ad alium non transit, nisi fuerit apprehensa.*
7 *Prouisus ante apprehensam possessionem nō potest ad ministrare.*
8 *Prouisus ante apprehensam possessionem nō potest percipere fructus.*
9 *Possessio benef. potest capi per se, & per procuratorem.*
10 *Beneficium potest renuntiari per procuratorem.*
11 *Matrimonium potest contrahi per procuratorem.*
12 *Possessio potest capi per consanguineos.*
13 *Ad capiendam possessionem benef.requiritur mandatum speciale.*
14 *Etiam laicus potest constitui ad capiendam possessionem benefi.*

15 Man

15 *Mandatum ad resignandum non extenditur.*
16 *Antea licebat capere possessionem vigor supplicationis absque litteris,hodie secus.*
17 *Capiēs possessionem benef. absq.litteris est intrusus,& perpetuo inhabilis.*
18 *Constituio Iulij III.de capienda possessione cum litteris,est inuridi obseruantia.*
19 *Sequestrum non relaxatur resignatario vigore sententiæ latæ in fauorem resignantis,nisi litteris expeditis.*
20 *Possessio benef.potest capi nomine Cameræ cum breui.*
21 *Breue de capienda possessione datur citra vitium spolij,& attentatorum.*
22 *Breue de capienda possessione potest dirigi Aud.Cameræ,qui postea decernit monitorium.*
23 *Verba,Constito de resignatione,intelliguntur de valida.*
24 *In breui da capienda possessione debet forma seruari.*
25 *In breui de capienda possessione,quid debeat narrari.*
26 *Breuia expediuntur registrata supplicatione.*
27 *Resignatarius non potest capere possessionem propria auctoritate.*
28 *Possessio apprehensa propria auctoritate est nulla.*
29 *Capiens possessionem propria auctoritate dicitur violentus possessor.*
30 *Capiens possessionem propria auctoritate an dicatur intrusus.*
31 *Possessio benef.capienda est cum executore.*
32 *Traditio possessonis de iure spectat ad Archidiaconū.*
33 *Possessionis traditio hodie fit per Episcopos.Vicarios & alios ordinarios.*
34 *Possessio capienda manu Nuntij in Regno Neapolitano.*
35 *An in Regno Neapolitano possesio benef.resignati capienda fit de manu Nuntij.& nu.38.*
36 *Lex est fauorabilis,cum fuit facta ad obuiandum malitij.*
37 *Verba generalia omnia capiunt.*
39 *In claris nullum dubium.*
40 *Fructus a die vacationis vsque ad possessionem in Regno Neapolitano spectant ad Cameram.*
41 *In Regno Neapolitano expeditur Exequatur Regium super litteris beneficialibus.*
42 *Possessio Canonicatus eget capitulari traditione.*
43 *In possessione benef.debet seruari statutum rationabile loci.*
44 *Possessio apprehensa vigore gratiæ nullæ est nulla,& debet iterum capi.*
45 *Quomodo capiatur possessio benef.resignati.*
46 *Executor,quomodo tradit possessionem benef.*
47 *Instrumentum conficitur de traditione possessionis benefic.*
48 *Forma instrumenti capturæ possessionis.*
49 *Possessio probatur per traditionem clauium, vel annuli.*
50 *Possessio probatur per lignorum incisionem.*
51 *Arboris incisio spectat ad dominum.*
52 *Possessio probatur per ea,quæ spectant ad solum dominum.*
53 *Capta possessione benef.censetur apprehensa omnium rerum,&c.*
54 *Mortuo resignatario ante apprehensam possessionem, an vacet benef.per eius obitum.*
56 *Moriente beneficiato vltra duas dietas a Curia, benef.dicitur vacare in partibus.*
57 *Ord.non potest conferre benef.vacantia in Curia.*
58 *Collatione Papæ existēte nulla,benef.vacat in Curia.*
59 *Mortuo resignante post conseusum,benef. non vacat per eius obitum.*
60 *Resignante mortuo,antequam resignatarius cōsentiat pensioni, benef. vacat per eius obitum.*
61 *Resignatario non præscribitur tempus ad capiendam possessionem viuente resignante.*
62 *Possessio,& publicatio benef.resignati debet fieri intra tempus sta tutum*
63 *Resignans reseruata pensione non potest impedire resignatarium,ne capiat possessionem.*
64 *Amero executore litterarum Apostolicarum non datur appellatio.*

QVAESTIO VI.

1 SEXTO,Quæro,An Resignatarius teneatur capere possessionem beneficij resignati.Communis* opinio omnium Doctorum est affirmatiua, quæ tota die*practicatur,& pluries*fuit decisum in Rota, & probatur in regula, & constit.de publican.resignat.tradit Rebuff.in prax. tit.de permut.n.18.Pontan.de spol lib.1.c.9.n.94.Put. decis.402.lib.

Nam quamuis ex sola canonica institutione facta a Papa,vel Ordinario absq.traditiō e possessionis,eiusque apprehensione,ius illo bene ficio prouiso acquiratur,vt probat tex.in c.vlt.& ibi Petr.de Anchar.Gemin.Franc.de concess.præb.lib.6.Glo.in c.penult.penult.verb.collatio de præbe.lib.6.Din.in regul.1.nu. 8.& regul.qui prior de regul.iur.lib.6.Abb.in c.cum autem,& cap.seqq.estum de iur.patr.Innoc. & alij in c.inter cætera de præben.Ias.in l.quoties col.3. C. de rei vendic.Doct.omnes*in c.si tibi absenti de præb. lib.6.& ibi in specie Gemin.nu.2.hoc notat, & est* communis opinio omnium Doctorum,teste Couar. lib.3.variar.resolut.cap.16.n.1.Illud tamen ius non ē
3 firmum,& efficax,ante quam †prouisionem,vt scriptum reliquit Rebuff.cons.186.nu. 18. & probatur in
* dict.c.si tibi absenti,vbi *omnes Doctores hoc notant,cum sit necessaria corporalis possessio,vt per Couarr.dict.c.16.nu.6.vers.est tamen,& huiusmodi pos
4 sessio nequaquam transfertur per collationem tex. optimus in c.cum Bertoldus de re iudic. Rebuff. in
5 prax. titu.requisita ad collationem nu.22.possessio † enim est facti,l.denique ff.ex quib. caus.maior. ideo
6 ad alium non transit,si non sit per eum †apprehensa: l.cum heredes,ff.de acquir.possess.ita arguit Rebuff. in prax.tit.de permut.num. 18.in fin.Card.Paris.cōs. 96.n.3.vol.4.quo fit,vt ante apprehensam possessionē
7 prouisus non possit administrare † in beneficio sibi collato,Abb.in cap.transmissa col.3.de elect.Cappel. Tholosan. decis.443.& ibi addito.Mil.in verb.possess. beneficij,Federic.de Sen.cons.234.Franc.in cap.cum qui de præbend.in 6.Rebuff.de pacific.possess.n.234. & 251.communis,*teste Io.Selu.de benef. p.2. q.15.
8 Rip.lib.2.respons.c.31.nec† percipere fructus Card. Paris.cons.5.nu.21.& 22.& cons.38.num.7.cum seq vol.4.

Et quia materia est vtilis,& valde practicabilis, id eo de pluribus dubitare contingit,& primo,an huiusmodi possessio beneficij possit capi per procuratorē. Communis*responsio Doctorum est affirmatiua,†.
9 posse capi per se,& procuratorem,vt per Couar.dict. lib.3.variar.resol.c.16.nu.8.vers. possessio autem beneficij,vbi dicit esse manifesti iuris,& ita stylus*noto
10 rius seruat,vt omnes sciunt,ita per procuratorem re nunciatur

nunciatur quoque beneficium, Host. in summ. in tit. de renunc. num. 7. Petr. Gregor. Syntag. iur. lib. 17. ca. 17. num. 37. & communiter *alij, vt dixi lib. præcedē- ti. q. 1. & matrimonium † posse contrahi etiam per procuratorem probat tex. in c. vlt. de procu. lib. 6. vbi omnes* Doctores notant, Sed dubium est, an possit capi huiusmodi possessio per procuratorem † habentem generale mandatum, & posse videtur tenere Glo. in l. 1. §. per procuratorem. ff. de acq. poss. Bart. in l. qui mihi donatum. ff. de donat. Vinc. Hercul. in d. §. per procuratorem, nu. 14. & alij, quos refert, & sequitur Couar. dict. c. 16. lib. 3. var. resolut. num. 9. moti quia possessio nihil iuris tribuit, cum ad factum referatur. In contrarium tamen est* communis, & vera sententia, vt* requiratur ad hoc mandatum speciale, Glos. Gemi. Frā. & alij* omnes in c. si tibi absenti de prēbend. lib. 6. Inn. in c. accedens de prēb. Felin. in cap. non nulli §. sunt & alij. num. 46. de resc.

Imol. in dict. l. 1. §. per procuratorem, ff. de acquirē. poss. & in d. l. qui mihi donatum. ff. de donat. & alij omnes, & secundum hanc opinionem iudicauit Rot.* in vna Asturicen. parochialis coram Cardi. S. Crucis 25. Maij 1551. teste Caputaq. decil. 344. part. 2. & in vna* Ispalen. pensionis Mercurij 20. Nouembris 1577. coram Blanchetto. & ita obseruat* consuetudo, & stylus* omnibus notus, & forma huius mandati habetur in Formulario instrumentorum fol. 68. videlicet, ad ipsius domini constituentis nomen, & pro eo speciali ter, & expresse possessionem corporalem, realem, & actualem talis beneficij per liberam resignationē N. vacātis factam, de qua sibi per præfatum Sanctissimū Dominum nostrum Papam, pro vt in literis prouisionis huiusmodi continetur, gratiose extitit prouisum, petendum, obtinendum, intrandum, recipiendum, apprehendendum, nanciscendum, manutenēdum, & defendendum, nec non continuandum, &c.

Et est notandum, quod potest non solum clericus constitui procurator ad hoc, † sed etiam laicus, Roffiniac. de benef. c. 12. num. 14. quod iustificatur ex rationibus adductis supra lib. præcedenti. quæst. 3. Et huiusmodi mandatum † stricte interpretatur', vt non extendatur, prout fuit* in notabili casu decisum, in Rota, in vna Alexandrina Præposituræ, coram Anto. Augusti no de anno 1552. teste Caputaq. decis. 335. vbi fuerat datum mandatum ad capiendam possessionem beneficiorum diœcesis Mediolan. fuit resolutum non extendi ad beneficia diœcesis Alexandrinæ.

Secundo, Dubitatur, An huiusmodi possessio possit capi vigore supplicationis signatæ † manu Sanctissimi Domini nostri? Respond. quod antea licebat, Coras. de benef. p. 4. cap. 1. num. 19. Pet. Pecch. de ammortinat. bon. c. 26. num. 2. Put. decis. 229. in princ. libr. 2. Mandos. regul. 31. q. 2. num. 3. & alij plures, quos longum esset recensere, nunc vero secus, nō potest enim hodie capi sine litteris Apostolicis expeditis, vt Iulius III. statuit in const. 33. incip. Sanctissimus, & dicit† cōtra facientes esse intrusos, & non facere fructus suos, & esse perpetuo inhabiles, & huiusmodi † constitutio seruatur de* stylo, & est in viridi obseruantia, Roffin. de benef. dict. c. 27. num. 3. & ad hoc facit, quod alias decidit Rot. 9. Aprilis 1533. coram Camillo, non esse relaxandum sequestrum resignatario † vigore sententiæ latæ in fauorem resignantis ex sola supplicatione, nisi litteris expeditis, teste Sarn. decis. 164. lib. 1. in manusc. per ea, quæ dicit Card. in Clemen. 1. de sequestr. fruc. & possess. litteræ ergo expeditæ requiruntur, vt possit capi possessio, alias non est bona, immo nulla, cū non sit seruata forma statuta, Cardina. Paris. consil. 65. nu. 8. vol. 4.

Limita. tamen, nisi possessio capiatur nomine Camerę vigore breuis, † nam huiusmodi breue succedit loco litterarum, & possessio rite capitur, ita Cott. decisio. ducentesima septuagesima nona. in manuscript. Put. decisio. 155. libr. 1. solet enim in Curia sępe in beneficiis litigiosis, & in quibus speratur de lite, dari breue de capienda possessione cum clausula citra vitium spolij, & attentatorum. vt per Staphil. de liter. grat. & iust. in vlt. part. de rescript. in form. breuis nu. 24. Sarn. in tract. breuium, sub num. 14. Lancellott. de attent. 2. par. cap. 4. nu. 394. vbi plura in huiusmodi materia deducit, & resignatarius potest obtinere breue etiam † di rectum Auditori Cameræ, vt constito de resignatione in fauorem ipsius illum immittat in possessionem, amoto quolibet detentore intruso, & tunc Auditor Cameræ solet decernere monitorium, vt habetur lib. diuers. decis. 214. in manuscr. & huiusmodi breue † intelligitur de valida resignatione, vt fuit decisum corā R. P. D. Rubeo 25. Octobris. 1557. in vna Corduben. pensionis, vt habetur dict. lib. diuers. decis. 238. & procedit, † forma seruetur, vt fuit conclusum in vna Archipresbyteratus sanctæ Priscæ coram Oradino die 11. Martij. 1560. & si fuit narratū, quod † debuerat, vt fuit resolutum in vna* Nolan. Abbatiæ. 19. Decembri 1558. teste Card. Paleott. decis. 115. & breuia † de stylo expediuntur registrata supplicatione, Pelegrin. decis. 187. lib. 2. in manuscr.

Tertio Dubitatur, An resignatarius possit capere possessionem propria auctoritate? Communis opinio est negatiua, Mil. in suo repert. in verb. possessio beneficij, Doctores post Abb. in cap. trāsmissa de elect. cum venissem, de restit. spolia. Din. in regul. 1. de reg. iur. lib. 6. vers. & hoc ostenditur necessario, Archid. in c. eum. qui, de præben. lib. 6. Anchar. in regul. siue possessione col. 10. de regul. iur. communis* stylus, & praxis Romanæ curiæ, teste Couar. lib. 3. variar. resolut. c. 16. col. 12. & in terminis de resignatario tradit Pontan. de spol. lib. 1. cap. 9. num. 94. vers. in. alioquin illa possessio iure attentatorum † reuocatur, cum sit nulla, vt docet Couarr. loco cit. dicens hunc esse* stylum, & ille dicitur violentus † possessor, Gemin. & Franc. in c. cum, qui de prēben. lib. 6. cum alijs, vt per Couarr. d. cap. 16. col. 12. vers. illud prætermittendum, vt declarat Pontan. dict. lib. 1. de spol. cap. 9. nu. 92. & 93. quē vide, & † Intrusus secundum Rebuff. prax. p. 1. formul. nou. prouisio verbo perse, vel per alium fol. 166. Felin. in cap. veniens n. 2. de accusat. Pet. de Perus. de vnion. quæst. 2. In contrarium tamen* est communis opinio, vt non sit intrusus, qui cepit possessionem propria auctoritate, cum haberet canonicum titulum. Abb. nu. 3. & alij in cap. transmissa de elect. de communi, Selu. de benef. par. 2. q. 15. sub num. 3. Rip. lib. 2. respons. de resci. c. 31. & fuit firmatum in Rota.* coram Cantucio in vna Romana Cappellaniæ die Lunæ 14. Maij 1576. in qua fuit data responsio ad Rebuff. & alios, P cedere in capiente possessionem beneficij propria auctoritate absque auctoritate superioris, hoc est absq; titulo. Quare debet resignatarius possessionem beneficij resignati capere † cum executore. Rota. decis. 1. de renunc. in nou. Roffiniac. de benef. c. 12. nu. 13. Pont. de spol. d. li. 1. c. 9. nu. 94. & est* communis, & recepta, opinio apud omnes, & hoc spectabat olim † ad Archi. c. ad hæc §. in quadam de off. Arch. c. vt nostrum eod. tit. Host. in summ. de off. Arch. §. quid sit eius officiū, Abb. in c. dudum, de elect. & in c. de excess. prælat. Idē

Abb.

Abb. consi. 21. lib. 1. Dec. in c. super eo, col. vlt. de off. de legati. Nunc autem † de consuetudine spectat ad Epi-
33 scopos, Vicarios, & alios Ordinarios, vt de consuetudine attestatur Couar. dist. c. 16. col. 14. fol. mihi 543. & secundum aliquos est de iure, c. licet Episcopus de præben. lib. 6.

34 Et in Regno † Neapolitano possessio est capienda de manu Nuntij Apostolici, vt habetur in constit. 29. Pij IIII. incipien. Cupientes, & aliter capta possessio, vt ibi dicitur, nullius est roboris, & momenti, & pro uisis nullum ius propter eam acquiritur, nec vllatenus
* suffragatur, & huiusmodi constitutio* est in viridi obseruantia. Dubium tamen est, an forma huius constitutionis sit obseruanda in capienda possessione beneficij resignati? Pro affirmatiua primo facit, quia mens
35 † Pij. IIII. fuit occurrere fraudibus, quæ eo magis possunt in resignationibus considerari, & interuenire, vt patet ex constitutione Pij V. & Gregorij XIII. de public. resign. & lex dicitur fauorabilis, cum est facta † ad
36 obuiandum malitijs, & fraudibus, Felin. in ca. de 4. col. 5. in fi. de præscript. Caputaq. decis. 15. num. 7. par. 2. &
* est* communis opinio. Secundo, quia verba dictæ cō stit. sunt admodum generalia, ac prægnantia, apta cōprehendere omnes casus: vnde non mirum, si hunc
37 quoque capit. l. in fraudem in fin. & ibi Bald. ff. de testam. milit. Crauet. consi. 92. nu. 4. & consi. 118. nu. 14. & consi. 308. nu. 3.

38 His tamen non obstantibus, † contraria opinio ver-
* ior est, & seruatur in* praxi, & probatur, primo, ponderando verba dictę constitutionis ibi, dum dicit: *per obitum, & alias quouis modo, præterquam per cessum illa obtinentium pro tempore vacantium &c.*, ex quibus verbis clarissime patet, hunc casum excipi, ut dicta constitutio non habeat locum in beneficijs vacā-
39 tibus per resignationem, quare nulla cadit dubitatio, † cum id exprimat Summus Pontifex, Roland. a Valle consi. 77. num. 5. li. 1. Cefa. consi. 138. num. 20. lib. 1. Socin. Iun. consi. 12. num. 2. lib. 2. secundo, ponderando rationem. nam vera ratio, cur ibi datur huiusmodi forma in capienda possessione in beneficijs vacantib. in Regno Neapolitano, est, ne Camera Apostolica de
40 fraudetur. nam fructus à die vacationis † vsque ad diē, quo prouisi capiūt possessionem in dicto Regno, spectant ad Cameram Apostolicam, vt dicitur expresse in dicta constitutione, s. Pij. V. sed huiusmodi fructus non debentur Cameræ Apostolicæ in resignationib.
* conditionalibus, vt* stylus obseruat, & colligitur ex p̄dictis; ergo in huiusmodi per resignationem possessionem capientibus cessat prædicta constitutio, & per cō sequens contraria allegata videntur sublata. Et in præ dicto Regno Neapolitano sup litteris resignationis,
41 † tantequam capiatur possessio, expeditur Exequatur Regium per Pro regem Regni, habita prius relatione
42 à Cappellano maiori, & possessio canonicatus † eget Capitulari traditione, Pontan. de spol. c. 15. num. 156.
* communiter* per omnes est receptum ac debet ser-
43 uari in possessione cuiuscumque beneficij † statutum, & consuetudo rationabilis loci, alioquin posset annullari, vt docet Card. Paris. consi. 65. num. 48. vol. 4. & ca-
44 pta † vigore gratiæ nullæ, & processus fulminati est nulla, ideo denuo debet apprehendi cum gratia reuocida ta, Card. Paris. consi. 74. num. 53. vol. 4. & est communis* opinio.

Quarto, Dubitatur, quomodo debeat capi huiusmodi possessio beneficii resignati? Respondeo, per se, vel per procuratorem † debet resignatarius requi-
45 rere loci ordinarium vel alium, vt stante resignatione, & prouisione illum mittat in possessionem, qui solet accedere, vel mittere alium in loco beneficij, Rebuff. optime in prax. tit. de immiss. in possess. n.
46 12. & 13. & ibi † resignatario tradere possessionem per introitum, & osculum ad altare, per traditionem pla uium, annuli, vel biretti, per aspersionem aquæ, & alia similia, vt per Rossniac. de benef. dic. c. 12. nu. 11. 12. cum sequent. Rebuff. titul. de miss. in possess. n. 27.
47 & Notarius † præsens conficit de hoc instrumētum, q̄ solet extendere a tergo littterarum, vt constet de hoc actu. instrumentum sit hac forma. In Dei, &c. Constitutus N. rector, † vel procurator, vt cōstat, &c. habens & tenens in suis manibus has præsentes litteras Apostolicas resignationis D. N. Papæ sub plūbo expeditas cum chordula canapis impenden. sub Datum Romę &c. Dominum Episcopum, vel Vicarium, &c. debita cum instantia requisiuit, quatenus vigore dictarū litterarum ipsum poneret, induceret, &c. in corporalē realem, & actualem possessionem dicti beneficii, cum eius iuribus, & pertinentijs vniuersis. Qui D. Episcopus, vel Vicarius, videns huiusmodi requisitionem ef
48 se iustam, & rationi consonam, receptis dictis bullis, p̄sonaliter se cōtulit ad dictam Ecclesiam. vel mandauit N. &c. vna cum me notario prædicto, & testibus infra scriptis, specialiter vocatis, ac rogatis, & dictum principalem, vel procuratorem, in corporalem, realē, & actualem possessionem, &c. Qui quidem continuādo actum possessionis deambulauit per dictam Ecclesiam pacifice, & quiete, nullo contradicēte, nec oppugnante, faciens omnia, & singula denotantia actus verę, realis, & actualis possessionis. Quibus omnibus sic peractis, requisiuit me notarium, &c. vt publicum de prædictis conficere deberem instrumentum, &c. vt per Rebuff. in prax. dic. tit. de miss. in possess. nu. 14. qui ponit plures casus.

49 Quo fit, vt per † traditionē clauium, vel annuli, aut birreti probetur possessio, §. item si quis merces, Instit. de rer. diuis. l. clauibus, vbi Bart. ff. de contrahen. empt. Socin. sen. consi. 13. num. 14. 30. l. 4. Rossiniac. de benef. dic. cap. 12. num. 11. 12. & sequen, Bertrand. cōs. 30. num. 12. vol. 1. Couarr. lib. 3. variar. resolut. dic. c. 16. nu. 11. Menochi. de retinen. possess. remed. 3. nu. 569. Grammatic. decis. 71. n. 6. & communiter* Doctores
50 vt per Mascard. de probat. conc. 1184. & per † lignorum incisionem, Alex. consi. 88. n. 13. col. 5. Ruin. consi. 68. n. vol. 5. Natt. consi. 672. num. 19. vol. 4. Bertazol. consi. 1. num. 59. lib. 1. nam arboris incisio non solet spectare
51 † nisi ad Dominum, l. diuortio. §. si fundum. ff. solut. matrimonio, l. arboribus in princip. ff. de vsufr. & regulariter per ea, quæ ad solum dominum spectant, probatur † possessio, Natt. d. consi. 672. num. 19. late Card. Paris. consi. 99. nu. 2. cum sequ. vol. 4. & alijs modis, vt late per Mascar. de probat. concl. 1178. & per 25. sub sequentes conclusiones, & capta possessione corpora
53 lis beneficij censetur apprehensa omnium † rerum ad beneficium pertinentium, vt per Bart. & Aret. in l. cū super. col. 4. de caul. poss. & propriet. Bertach. de Episcopo. lib. 1. p. q. 566. Lambert. de iur. patr. 2. lib. 3. par. q. 11. art. 9. quod declara, vt per Couarr. dic. c. 15. lib. 3. variar. resolut. fol. mihi. 547. vers. verum

Quinto, Dubitatur, si resignatarius expediuit literas resignationis in Vrbe, & postea in itinere cum profi-
54 ciscetur ad capiendum † possessionem moriatur an vacet beneficium per eius obitum. Rebuff. in facti cō tingentia consultus respondit beneficium vacare per eius obitum, quamuis possessionem adhuc non cepit
55 set, consi. 48. sub n. 1. Namque iam ex † collatione dominium,

minium,& omne ius cosequutus fuit. Din. in reg.1. n. 8.de reg.iur.cũ alijs adductis in princ.huius quæstionis,vnde nihil refert possessio ad titulum,& in hoc*cõ muniter Doctores concordant,vt per Couar.li.3.var. resol.c.16.col.1.& 2.Et illud beneficium dicitur vaca
56 re in partibus,& non †in Curia, si mortuus est vltra duas dietas capitul.2.& ca. præsenti de præbend. lib. 6.& ibi Doctores notant,ita Rebuff.loc.cit. & effectus est magnus,vt sciamus,ad quem spectat collatio namque ordinarius non potest se intromittere in be
57 neficiis vacantibus in curia,vt dicitur*per omnes in d.c.2.& late probaui lib.1.q.4.si autem collatio Pa-
58 pæ non†teneret,beneficium vacat in Curia Abb.& alii in c.inter dilectos.de excess.pl.& si moriatur Resignãs,ante quam resignatarius expediat literas post ta
59 men consensum formalem†prætitum, beneficium va
* cat per renunciationem,& nõ per obitum, vt pluries *firmauit Rot.Vnde resignatarius poterit postea expedire literas,& capere possessionem,vt*communiter omnes affirmant. Quare, si ordinarius contulit per mortem resignãtis,collatio est nulla, vt respondit Rebuff.cons.84.si autem Resignãs moritur, ante quam
60 resignatarius † consentiat pensioni, aut reseruationi fructuum,beneficium vacat per obitum,vt fuit resolutum*in vna Mantuan. Canonicatus, & præbendæ coram Sarn.teste Crescent. decis. 37 . in manuscr. & consensus postea prætitus per dictum resignatarium minime suffragatur.

Vltimo,dubitatur,intra quantum tempus tenetur Resignatarius capere possessionẽ beneficij resignati
61 Quidam tenent,†Resignatario non præscribi tempus ad possessionem capiendam viuente resignãte Rebuff.83.num.6.& cons.84.& cons.185.num 12. Rof
62 finia.de benef.c.12.nu.20.sed hodie veritas est,vt resignatarius debeat capere possessionem & publicare in tra tempus statutum per constitutiones Pij V.& Gregorij XIII.de publicandis,vt intra dicetur.Nec omit tam quod Resignans,reseruata pensione,non potest
63 †impedire resignatarium,ne capiat possessionem beneficij resignati, & possessio capta per dict.resignatarium, pendẽte appellatione,interposita a prædicto resignante,non est attentata,quia a mero executore†
64 literarum Apostolicarum non datur appellatio;c.nouit,vbi Doctores de appell.ita* fuit dictum in R. P. D.Bubalo in vna Ippogirien.Præposituræ,& die lunæ.1.Februarij.1588.

SVMMAIVM.

1 *Concursus debet fieri in collationibus Parochialium*
2 *Dubium nullum cadit,vbi verba sunt expressa.*
3 *Ex verbis geminatis colligitur voluntas enixa.*
4 *Ex verbis geminatis sumitur vis orationis præcedentis.*
5 *Concursus,quare requiratur.*
6 *Ratio finalis,quæ ponitur in principio.*
7 *Vbi eadem ratio,ibi idem ius*
8 *Vbi militat eadem ratio,lex non dicitur extendi.*
9 *Fauorabilis materia,quæ tractat de salute animarum*
10 *Materia fauorbilis quæ.*
11 *Fauorabilia sunt extendendæ.*
12 *Episcopus in vacatione parochialium,quomodo procedat.*
13 *In resignatione parochialis facta in fauorem non requiritur concursus.*
14 *Concursus iure nouo inductus est*
15 *Dispositio loquens de resignatione intelligitur de simplici.*
16 *Regressus non intrat in resignatione in fauorem.*
17 *C.18.§.Nec non,sess.23.de reform. non habet locum in resignationibus in fauorem.*
19 *Priuilegium loquens de beneficijs vacantibus non habet locum in his,quæ vacant per resignationem in fauorem,& num.23.*
19 *Beneficia permutata vacant.*
20 *Beneficia permutata debent conferri permutantibus.*
21 *Beneficia permutata non includuntur in reseruatione.*
22 *Condicio debet impleri.*
24 *Resignationes parochialium,quæ fiunt in Curia,committuntur ordinarijs in forma dignum.*
25 *Ille,cui est collata parochialis in Curia, examinatur ab examinatoribus.*
26 *Episcopo nolente examinare eum,cui collata fuit parochia,datur appellatio ad suffraganeum.*
27 *Doctoratus non excusat ab examine per concursum.*
28 *Quando concedatur,vt examen fiat in Vrbe.*

QVAESTIO VII.

SEPTIMO,Quæro,An in resignatione parochialis,quæ fit in fauorem coram
1 S.D.N.requiratur examen per concursum†iuxta formam requisitam in Cõc. Trid.cap.18.sess.24.de reform.& in cõstit.32.Pij.V.incipie.In conferendis an no.1566.

Prima facie videtur dicendum requiri,primo ponderando verba dict.cap.18.*quos omnes ad infrascriptum examen teneri mandat per obitum,vel resignationem,etiam in curia,seu aliter quomodocumque cõtigerit.*ponderatur,dum dicit.etiam in curia,ecce verba sunt expressa,vnde nullum cadit dubium, quin,ẽt in resignationibus factis in curia,requiratur dictum†
2 examen.l.illam C.de collat.l.ancillę.C. de furt. Corn. cons.12.col.2.li.2.Dec.cons.484.n.1.Roland.à Vall. cons.77.nu.5.lib.1.Socin.Iun.cons.12.nu.2.lib.2. Id que confirmant verba subsequentia, seu aliter quo-
modocunque,ex quibus geminationibus † colligitur
3 voluntas clara & enixa,arg.l.Balista,cum ibi not.ff. ad Trebell.Bart.in l.cum scimus,C.de agric.& censit.li. 10.Cruett.cons.201.num.42.& cons.226.n.6.Cefal. cons.135.nu.12.lib.1.ac vis †orationis præcedentis,
4 Bal.in l.domum col.1.in fin.C.de rei vendic.Ias.cõs. 215.col.2.lib.2.& cons.5.col.3.in fin.lib. 3. Cruett. cons.313.nu.5.vers.10.

Secundo,quia ratio,quare iure nouo per Conciliũ
5 inductus est concursus,est,quia expedit†animarum, saluti a dignis,ac idoneis parochis gubernari.hæc .n.
6 †ratio est finalis,cum ponatur in princ.Bald.in l.vlt.de hæred.instituend.sed hæc ratio militat,etiam in pro-
7 uisionibus Apostolicis,ergo tidẽ ius,l.illud ff. ad leg. Aquil.l.a Titio ff.de verb.oblig.c.cum de dilecta de cons.vtil.vel.inutil.& procedit etiã materia odiosa,ga
8 non est extensio,sed comprehensio,& dispositio legis immediata,l.his solis C.de reuoc. dona.l.2.§.qd si decesserint ff.ad Tert.Dec.in c.at clerici.§.de adulterij.n.18.de iud.& in c.2.requiris nu.2.de app.& cons. 284.col.2.& cons. 301.col.2.Card.Paris.cons.83.n. 21.vol.3.& cons.69.nu.3.vol.4.Cruett.cons.118.nu. 15.Tiraquell.in l.si vnquam,verb.libertis n.37 .C.de reuocan.don.quanto ergo magis in hoc casu,in quo
9 agitur de salute animarum,quæ materia†est fauorabi-
* lis,Abb.in c.1.de postul.prælat.& est*communis omnium Doctorum sententia,namque fauorabilis mate
10 ria dicitur,quæ principaliter in fauorem,†& vtilitatem hominum introducta est, Dec.in cap.sanctæ Mar.nũ. 109.de const.arg.l.ff quis nec causam ff. si certum petat.& l.qui exceptionem ff.de condit.indeb.aut in vtilitatem publicam,l.hoc insin.ff.de condit & demonstrat.l.2.§.exercitum,vbi Bar.ff.de inf.leg.ita uulnera tus in fin.ff.ad leg.Aquil.l.quemadmodum.vbi Barto. C.de agric.& censit.lib.11.Cruett.cons.294. num.8. vers.17.in fin.vnde potius dictum decretum Concil.
11 Trident.est extendendum,†quam restringendum,regul.odia,vbi late Dinus.ff.de reg.iur.Bart. & Doctores omnes in l.omnes populi in 5.q.princ.ff.de iust.& iur.Socin.Sen.in l.1.§.bonorum ff.ad Trebe. Craue. cons.113.sub num.2.in fin.

Tertio, comprobatur,quia in prouisionibus p obtum,quę fiunt de parochialibus in Romana Curia, p ceditur per†examen in concursu,iux.dict.cap.18.sess.
12 24.Concil.Trident.nam statim habita notitia vacationis Episcopus proponit edictum pro concursu,& mittit approbationem in curia,factam ab examinatoribus deputatis in Synodo diœcesana,& a Sede Apostolica confertur approbato,pro vt colligitur e dicta constit.
* Pij V.& fuit sæpius*decisum in Congregatione Con-
* cii.& id*fieri tota die practicamus.ergo idem in vacationibus p resignationem,cum hæc etiam sit vera vacatio.
13 His tamen non obstantibus cõtraria opinio est ve-
* rior,& communiter *vsque ad hunc annum recepta, vt non requiratur examen per concursum in resignatione parochialis,facta in fauorem, coram Sanctissimo,iuxta decretum Concil.Trident. & constitut.Pij V.secundum quam opinionem pluries in facto cõtin
* genti respondit,& censuit*sacra Congregatio Conc. Trident.in vna Ilerden.3. Octobris 1566. & in una Imolen.de mense Maij.1569.& in vna Aurien.3.Kalend.Februarij.1565.& alias pluries,his verbis fuit responsum.1.Decretum hoc.Concil.Trident. quod dicit,vacationem omnem de ecclesijs parochialibus, ẽt per resignationem, examine per concursum præuio, ab ordinario debere conferri ei,quem aptiorem iudicauerit,locum non habet in resignationibus factis in manibus Papæ in fauorem.2.Concilium Triden.loquens de examine per concursum faciendo, non habet locum in vacatione parochialis per resignationẽ factam in manibus Papæ, in fauorem, quam idem Pontifex admiserit, & mandauerit expediri in forma dignum 3.Scribantur literæ ad Episcopum N.in resignatione facta in fauorem certæ personæ,non esse necessarium examen per concursum, sed satis esse,resignatarium ab examinatoribus in Synodo deputatis, simul cum ordinario probari idoneum.4. Resignatione facta in manibus Papæ in fauorem certę personæ, & ab eo admissa,ille,in cuius fauorem resignatum est, non est examinandus per concursum, sed sufficit, si examinetur eo genere examinis,quod vocatur.In forma dignum.
14 Ratio est,quia iure nouo†per Cõcilium inductus est concursus,& non habet locum in resignationib.
15 quæ fiunt in fauorem,cum illa verba,†Per resignationem,etiam in Curia,intelligantur per resignationem simpliciter factam, & non de ea, quæ fit in fauorem. Moedan.decis.338.sub tit.de reuerc.in princi.incip. licet regressus sit impositus,Pue.decis.314.num. 1.lib. 1.Caputaq.decis.82.lib.1.in manuscri.Cardi. Paleott. decis.48.in Bononien.Mandos.in tract.signat.grat.tit
* Regressus.co.3.ante medium,& communiter*docto
res hoc recipiunt.
16 Hinc,si aliquis habeat †regressum per cessum vel decessum in tali beneficio,& qui obtinet beneficium, resignet in fauorem,regressus non intrat, prout iudi-
* cauit*Rot.die 28.Aprilis 1542.in vna Cæsenat. Parochialis S.Domitij,coram Sarnen.teste Put.dict. decis. 314.lib.1.& in alia*Bononien.Monasterij,die 28.Februarij,1558.teste Caputaq.decis.82.lib.1.
17 Hinc etiam tex.Conc.Trident.c.†18.sess.23.de reform.nec non &c.vbi loquitur de vnione facienda Seminario de aliquibus beneficijs simplicibus etiam ante vacationem,& vult,quod illud decretum locum habeat,etiam si beneficia sint reseruata,vel affecta,nec p resignationem ipsorum beneficiorum vniones, applicationes suspendi,&c.fuit interpretatus a Sacra Congregatione Concilij non habere locum in resignationibus factis in fauorem certæ personæ,&c.vt late suo loco dixi.
18 Hinc consuluit Gabriel.cons 199.vol.2.quod priuilegium†concessum in fauorem inquisitionis Hispanię supprimendi de vna quaque ecclesia vnum canonicatum,& præbẽdam,quam primum per cessum, vel decessum vacauerint,non vendicant sibi locum in vacatione ex causa permutationis,quia, licet beneficiat
* resignata causa permutationis vacent,*c.1.de rerum
19 permut.lib.6.vbi*communiter Doctores Rot. decis.
20 13.eod.tit.in nou.non tamen alijs, quam permutare† volentibus,conferri possunt,Cassad.decis.1.de rerum
21 permut.sicut non includuntur in reseruatione de primo vacaturo,Franc.in d.c.1.num.6.Cassad.d. decis.
* numero 2.& alij Doctores* communiter hoc vo-
lunt.

Hinc priuilegiũ concessum Magno Magistro,Hie
22 rosolymitano†conferendi beneficia in curia per cessum,vel decessum, interpretatur in cessione simplici-
* ter facta,non autem in ea,quæ fit in fauorem,*ita cõclusum in Rota de anno 1540.teste Put.relato a Mandos.de signat.gratiæ.resignationes,colum.3.vers.nec & Ratio rationis est, quia resignans in fauorem non intendit abdicare ius a se,nisi resignatario acquiratur beneficium resignatum.inest enim huiusmodi condi
23 tio,qua non impleta resignatio† non potest effectum suum sortiri,Rot.decis.7.de renunc.in nou. Cassado.
* decis.3.eod.tit.Caputaq.decis.83.n.3.& est* communis,ac vulgaris Doctorum sententia. Vnde sequitur, quod,quæ in dicto decreto Conc.Trident.dicuntur, huiusmodi resignationibus nequaquaquam conuenire possunt,& per consequens in illis non habebit locũ Dec.in l.secundum naturam ff.de regul.iur. Idẽ Dec. in l.seruus num.13.C.de pact.Ex qua ratione satis cessat primum argumentum in contrarium adductum, cum illa verba posita in dict.decreto Conc. Trident. vel resignationem in curia,intelligantur de resignatione pura,& simpliciter facta.

Secundum etiam cessat,cum ratio allegata non cõueniat his resignationibus ex prædictis.

Tertium etiam non obstat,quia differt in casu proposito vacatio per mortem,& vacatio per resignationem,vt satis ex probatis colligitur, & huiusmodi resi
24 gnationes parochialium,quæ fiunt in fauorem†certæ personę in Romana curia,committuntur ordinarijs
* locorum in forma dignum,& ita fieri videmus* tota
* die,vt omnibus notum est, namquam hic est stylus *vulgaris.Quare resignatarius solet præsentare literas resignationis,vt examinetur,non per cõcursum, cum
25 hoc non requiratur,sed* ab examinatoribus deputatis in synodo diœcesana,simul cum ordinario proba-

tur idoneus,& postea consequitur possessionem parochialis,vt sæpe fuit conclusum * per Congregationẽ Conc. Trident.in decisionibus præ allegatis, & etiam
* aliàs,& ita fieri *omnes sciunt, & practicantur, & si exhibita bulla parochiæ relignatę Episcopo ,reiectus
* sit ab examine,de quo fides* examinatorum affertur,
* Congregatio Concil.in tyna Cæsenaten.censuit dan-
26 dam esse appellationem ad suffraganeum Rauennaten.Et quia alias N.Episcopus scripsit,quod non pro
* baret examen presbyteri relignatarij,*sacra Congregatio Concil.censuit,quia præsumptio est pro presbytero,vt respondeatur a Datario ad Episcopum,vt idẽ Episcopus testes examinet,& siquid contra eum hẽt, quod indignum reddat,transmittat, & ad excusandũ
26 quempiam ab hoc examine non sufficit Doctoratus, vel licentiatus in Theologia, aut iure canonico,vel
* graduatus in publica vniuersitate,* vt cẽsuit sacra Cõgregatio Concilij.

Solet quandoque obtineri.vt examen fiat in Vrbe,
* pro ut aliàs Congregatio* Conc. censuit concedenti-
28 dum esse hoc ei,qui multos annos mansit in curia, te ste Anasta.Germon.de Indu.§.quibus vis,num.11.& alias fuit concessum familiari Papæ,& Congregatio,* Concilij censuit ordinarium de dicto examine facto in curia rationem deberet habere, ac si ab eo examinatus,& approbatus esset, & hoc,quando non habet literas dimissoriales, nam tunc conceditur ex gratia speciali R.P.D.Datarij.si vero habet dictas literas,& est præsens in vrbe,solet passim concedi, vt tota die* practicamur,& tunc expediuntur literæ in forma gratiosa.

SVMMARIVM.

1 *Acceptatio resignatarij requiritur pro perfectione resignationis.*
2 *Renunciatio non acceptata non prodest.*
3 *Confessio non acceptata non probat.*
4 *Donatio non acceptata non dat ius.*
5 *Beneficia absentibus collata eis non queruntur ante acceptationem,& nu.8.*
6 *Beneficium potest conferri absenti.*
7 *Absens potest eligi.*
9 *Beneficium dicitur vacare,antequam absens,cui collatum fuit,acceptet.*
10 *Beneficium non acceptatum,& in Curia resignatum. in eadem Curia dicitur vacare.*
11 *Beneficia vacantia in Curia solus Papa confert.*
12 *Beneficium resignatum per procuratorem coram Papa,in Curia dicitur vacare.*
13 *Beneficium non acceptatum non potest resignari.*
14 *Nemo potest dare,quod non habet.*
15 *Priuatio,præsupponit habitum.*
16 *Nemo cogitur acceptare beneficium.*
17 *In renunciatione tacita non requiritur auctoritas superioris.*
18 *Videtur tacite renunciare,qui per triennium non acceptat collationem.*
19 *Repudiatio tacita est eiusdem effectus,sicut expressa.*
20 *Qui non habet ius,non potest renunciare.*
21 *Reseruatio expirat collato beneficio reseruato.*
22 *Ante acceptationem collationis non expirat reseruatio.*
23 *Acceptatio quid est.*
24 *De acceptatione Resignatarij debet constare.*
25 *Ius non abdicatur a resignante,antequam resignatarius acceptet.*
26 *Post acceptationem resignatarij resignans liberatur ab onere soluendi pensionem.*
27 *Resignans debet probare acceptatione m resignatarij ad effectum vt liberetur ab onere soluendi pensionem.*
28 *Resignans liberatur a residentia, & alijs oneribus post acceptationem resignatarij.*
29 *Acceptans beneficium videtur obligari ad onera in cumbentia illi beneficio.*
30 *Resignatio roboratur ex consensu illius,ad cuius commodum fit,& in vim pacti transit.*
31 *Resignatarius potest beneficium acceptare,etiam per procuratorem.*
32 *Ad acceptandum requiritur mandatum speciale, & num.36.*
33 *Ad contrahendum matrimonium requiritur mandatum speciale.*
34 *Mandatum ad acceptandum beneficia dicitur speciale,quamuis aliquod non nominetur.*
35 *Ad acceptandum beneficia,potest etiam laicus constitui.*
37 *Absens,potest ratam habere acceptationem factam suo nomine.*
38 *Ratihabitio habet locum etiam in his,qua mandatum speciale requirunt.*
39 *Excommunicatus potest acceptare beneficium sibi ante collatum.*
40 *Superueniente excommunicatione,collatio suspenditur,donec fuerit absolutus.*
41 *Acceptatio beneficij non præsumitur.*
42 *Acceptatio est nudi facti.*
43 *Facta non præsumuntur,nisi probentur.*
44 *Facta sunt sui natura incerta.*
45 *Probatio factorum dubia.*
46 *Acceptatio resignationis,quomodo probatur,& nu. 50.*
47 *Per ea,quæ fiunt tantum a domino,probatur dominiu.*
48 *Heres præsumitur acceptare hæreditatem, quoties se ingerit in bona defuncti.*
49 *Possessor præsumitur dominus.*
51 *Expeditio literarum probat acceptationem.*
52 *Actus præsumitur factus ad instãtiam illius,in cuius vtilitatem tendit.*
53 *Supplicatio præsumitur signata ad instantiam illius cuius fauorem concernit.*
54 *Litteræ expediuntur cum impensa.*
55 *Actus,factus cum impensa præsumitur factus mandato eius,cuius interest.*
56 *Præsumitur pro mandato eius,qui soluit pensionem.*
57 *Citatio præsumitur facta ad instantiam partis.*
58 *Acceptatio præsumitur ob solutam compositionem.*
59 *Acceptatio præsumitur ob nouam prouisionem.*
60 *Resignatio facta absque reseruatione in fauorem alicuius præsumitur per eum acceptata.*
61 *Beneficia simplicia desiderantur.*
62 *Facta præsumuntur,quando sunt consueta fieri.*
63 *Præsumitur acceptata resignatio,per renuntiationem eiusdem beneficij.*
64 *Per resignationem probatur effectuatio collationis.*
65 *Tempus,cum est de substantia actus, est probandum.*
66 *Appellans debet probare se appellasse,& infra decẽ dies.*
67 *Præsentatus tenetur probare se infra legitimum tempus fuisse præsentatum.*
68 *Acceptatio præsumitur facta in tempore.*
69 *Quisque vult sibi acquirere.*
70 *Factum præsumitur,quod de iure erat faciendum.*

17 *Resi-*

71 *Resignatarius obligatur ad onera beneficij post acceptationem,& num.74.*
72 *Resignatarius tenetur soluere pensionem.*
73 *Resignatarius tenetur recitare horas.*
75 *Resignatarius post acceptationem consequitur, fructus beneficij resignati.*

QVAESTIO VIII.

CTAVO,quæro, An requiratacceptatio resignatarij perfectione resignationis. Cõmunis*omnium Doctorum sen
8 tẽtia est affirmatiua,fmq̃ fæpius ,nũciauit *Rot.& tota die practicari videm⁹, & post Rebuff. scribit Christopho. Rossiniac.de benef.c. 14. nu. 26.quia attestatur ita fuisse *decisum in Gallia,Melchiõ.Pallezz.in tract.maiorit.p.1.q.24.n.26.& fuit decisum in vna Cesar.Augustan.*Vicariæ sancti Egidij coram Accorambono.vt dixi lib.1.q.8.nu.27. & hoc
* scribunt *communiter Doctores in c.si tibi absenti de præbend.lib.6.& plures refert Couar.lib.3 variar. resolut.cap.16.sub nu.2.in fin.col. 3. vers. est igitur.
2 Hinc dicimus,renuntiationem non acceptatam†non prodesse,vt scribit Bald.in c.cum venissent.col. 4. de cauf.possess.& propriet.& in l.3.in 3.no. C.de repud. hered. Alciat.in tract.præsump.regul.3.præsumpt.21. nu.7. vbi etiam scribit,confessionem nõ acceptatam
3 †non probare,Cin.in l.1.in 6.q.C.de confess.& ibi Salicet.in 15.oppo.Ias.in l.postquam Iiti.C.de pact.Fel. in c.si cautio,de fid.instrument.Franc.de Curt. cons. 77.Alex.cons.21.col.6.lib.Marsil.in rubri.de probat. nu.113.Hinc etiam dicimus,donationem non acce
4 ptatam†non dare l.absenti,& ibi Pau.de Castr. & Cuman.ac alij.ff.de donat.cum alijs,vt per Riminald.Iunio.in princ.Institut.de donat. nu.663.
5 Hinc beneficia†absentibus collata eis non acquiruntur,nisi acceptent illa,cap.sit tibi absenti,de præbendis.li.6.vbi Gl.Petr.de Anchar.Gemin.& Franc. ac alij*cõiter,non esse necesse, vt sit præsens ille,cui beneficium confertur,vel alter pro eo recipiens nã
6 potest conferri†absenti,& ignoranti,c.gratia, de refer.
7 lib.6.nam etiã absens potest†eligi,c.innotuit de elect. Gemin.c.si forte,& c.quam sit,eod.tit.lib.6.Requiri-
8 tur tamen acceptatio ipsius,per†quam quæritur ei ius in beneficio,& potest dici beneficium esse suum,quo ad titulum,vt Gemin.& Franc.nu.3.in 3.not.tradunt Cardin.Zabarell.in clem.Auditor, & in clem.sequ.in 2.not.de refer.Bellam.decis.167. Mandosin 3. regul. referu.q.14.n.3.& antequam absens,cui collatum fuit
9 beneficium,acceptet,illud dicitur†vacare, sed non libere,vt possit conferri,ante quam absens declaret voluntatem,suam.Franc.in dict.c.si tibi absenti, num.4. Rebuff.cons.49.n.2.cum sequen.& nu.16.dicit,quod
10 beneficium non acceptatum.†& in Curia resignatum in eadẽ curia dicitur vacare,Gemin.in c.2.de prẽben. lib.6.Guid.Pap.cons.48.Barbat.cons. 40. illud col.6. vol.2.Oldrad.cons.57. Collectan.in c. ecclesia vestra nu 10.de fortilegis,Sarn. de triennal.q.30.n.2 .cũ aliis vt per Couarr.lib.3.variar.resolut.c.16.num.3 Io.Selua.de benef.p.3.q.72.in fine.Ex quo cõstituit Rebuf. dict.cons.49.non posse conferri per ordinarium,nam
11 beneficia in curia vacantia†nullus præter Papam conferre potest,dic.c.2.vbi oẽs Doctores de prẽb.lib.6.& ideo,si presbyter Angelus relignat per procuratorem beneficium coram summo Pontifice , ordinarius de
12 eo disponere non potest,quia in Curia dicitur†vacare
* Bal.in l.Titius §.Romæ ff.de excus.tutor.& est*Cõmunis opinio,vt supra lib.8.ostendi,& ob id ante ac-
22 dist.7.Potest etiam lex abrogata allegari ad corrobo rationem legis nouæ,c.super eo de cognat.spirit. Fel.
23 d.c.1.nu.16.vers.Item quatenus concordat cum lege noua,Archid.in cap.vltimo de off.leg.lib.6.& alij omnes hoc sequuntur.

* Et hęc constitutio Gregorij XIII.cum sit in viridi*obseruantia,in compilatione septimi libri Decre-
24 talis.quam prius mandauit faciendam dic.Gregorius & postea Sixtus V.Gregorius XIIII.Innoc.IX. & demum S.D.N.Clemens VIII.vigilantissimus,& eruditissimus,ob actiones illustres,& heroicas,ponitur distincta in 8.§.lib.1.sub tit.de Renunc.c.2.ex mente sacræ Congregationis ad hoc a Sanct.S delectæ,in qua Cõgregatione etiam ego interfui,sub benignitate S. Beat.& patrocinio Illustrissimorũ & Reuerẽdissimorum D.D.S.R.E.Cardinalium Pinelli,ac Matthæi,q ob ingenij claritatem,eximiamq.probitatem,& doctrinæ maxima cum diligentia,curant,vt quam primũ ad communem vtilitatem publicetur.

SVMMARIVM.

1 *Resignatio debet publicari vt obuietur fraudibus.*
2 *Publicatio resignationis requiritur ob publicam vtilitatem.*
3 *Publicatio resignationis est facienda fauore animarum.*
4 *Fraudibus est obuiandum.*
5 *Resignationes occultæ & simulatæ tollendæ.*
6 *Resignans per resignationem amittit omne ius.*
7 *Resignans habetur pro mortuo.*
8 *Resignans non potest percipere fructus post resignationem.*
9 *Resignatarius peccat permittendo,vt resignans percipiat fructus.*
10 *Resignans post renunciationem non potest spiritualia ministrare.*
11 *Intrusus spiritualia ministrare non potest.*
12 *Communis error non iuuat recipientem spiritualia.*
13 *Communis error facit ius.*
14 *Communis error non procedit in spiritualibus.*
15 *Excommunicatus occultus non confert ordines.*
16 *Collatio facta ab occulto excommunicato non tenet.*
17 *Collator excommunicatus etiam ignorans,nulliter cõfert.*
18 *Præsentatio facta ab excommunicato tenet.*
19 *Excommunicatio lata ab excommunicato,nulla.*
20 *Communis error non prodest intrusis.*
21 *Interest populo,vt agnoscat suum pastorem.*
22 *Decimæ & oblationes ac alia emolumenta debentur veris prælatis.*
23 *Contractus confecti ab intrusis sunt nulli.*
24 *Beneficium vacat morte possessoris.*
25 *Possessor censetur dominus.*
26 *Ordinarij non debent deludi.*
27 *Materia litigandi est tollenda.*
28 *Publice inter est vt lites finiantur.*
29 *Lites occasionem mali præbent.*
30 *Longa vacatio Ecclesiarum prohibita.*
31 *Successio in beneficijs prohibetur.*
32 *Per resignationem perditur possessio.*
33 *Prouisione quæritur ius in re.*
34 *Hominum instinctum ad acquirendum.*
35 *Causa finalis ponitur in principio.*
36 *Dispositio a ratione proœmij regulatur.*
37 *Edictum de publicand.an sit odiosum.*
38 *Fauorabilis dispositio quæ emanauit ad obuiandum fraudibus.*

QVAESTIO I.

RIMO Quæro,ob quam cau
1 sam beneficia sunt publicanda Communis*responsio est, necessariam fuisse inuentionem huius publicationis,vt obuiare tur fraudibus, & multis malis, Gamb.dec.147.Caputaq.dec. 318.lib.1.in manuscr. & decis. 215.p.3.in impress.Corn.cons.137.vol.3.quem refert & sequitur Put.decis.453.nu.2.li.r. Tho.de Tan.decis.54.in manuscr Sarn.regul.de public.resig.q.3.col. 5.& q.9.& q.10.col.vlt.in fin.vers.necessaria & q.12. verstamen Rebuff.in sua reg.in prax. Roman.cons. 433.sub nu.1.Cassad.decis.22.super regul.Cancell.& expresse dicit in dictis const.Pij.V.& Gregorij XIII. Ideo inquit Caputaq.dict.decis. 215. requiri publica
2 tionem †ob publicam vtilitatem,& Put.dict.dec.453.
3 nu.6.lib.3.fauore animarum quando quidem fraudi
4 bus est obuiandum,l.cum hi,§. si cum his, de dolo, ff.de transact.l.magis ff.si pupillus ff.de reb.eorum,l. si legatarius C. de legat.1. quæstionis in fin. de fidei
5 com.Et Primum caput fraudis est, †vt tollatur occultæ & simulatæ resignationes, & ne resignantes post admissam resignationem in graue animarum periculum in beneficijs sic resignatis se intrudãt, fructus p cipiendo,similiaque faciendo,vt veri Prælati,quod ad modum pernicios um est eorum conscientijs.Respectu resignantis,quia cum per resignationem †miserit
6 omne ius,quod habebat in beneficio resignato,c.qui in dubijs,vbi*omnes de renunc.Oldra.cons.237.Calder.cons.4.de renunc.Cassad.decis.4.num.3.de restit spolia.habeatur pro†mortuo Card.Paris.cons.93.nu.
7 26.vol.4.omnes fructus,quos postea percipit,tenetur restituere,sicuti intrusus,Io.Monac.in c. si te. n. 3.de renunc.in 6.Card.Paris.cons.143. num.8.vol.4. Rot.decis.1.de renunc.in nou.&*communiter Doctores,vt supra dixi lib.1.q.6.Respectu resignatarij,
8 quia peccat permittendo†resignantem vti beneficio
9 cum non sit pastor,vt late tradit Hieron.Pau.in prax. Cancell.quæ est impressa post.prax.Rebuff.fol.mihi 602.col.2.Et hanc rationem considerauit Pius V. in dicta constitut.182.in princ.illis verbis. *Sanctissimus Christo pater & Dominus noster Dominus Pius V. animo repetens,quæ,& quam grauia inconuenientia,& absurdæ ex occultis beneficiorum resignationibus,& cessionibus in dies oriantur,cum sæpe contingat,quod occulte resignantes,vel cedentes huiusmodi,etiam post resignationem,vel cessionem per eos factas non solum fructus ex beneficijs sic cessis,vel resignatis prouenientes indebite percipiuntur,*& Gregorius XIII.in dicta constitutione.87.ibi.*quod in illis constitutionibus,quas ad prohibendas simulata occultasue beneficiorum ecclesiasticorum resignationes diuersi*

diuersi Romani Pontifices multifariam ediderũt &c. Et hanc rationem considerauit Rot.vt per Caputaq. decis.319.lib.1.& per alios communiter.

10 Secundum Caput fraudis est,ne resignantes in beneficijs,& dignitatibus,vbi spiritualia sunt ministranda,manentes in possessione,ministrarent sacramenta fidelibus,vt veri prælati,forte ordines, vel beneficia conferendo,indulgentias dando,& similia exercendo ex quo magnum fidelibus,& preiudicium, ac scanda
11 lum generetur,quia intrusus sine†titulo spiritualia, ministrare non potest,vt notant omnes Doctores in c.ex frequentibus de Instit.Abb.post.Inno.in c.nihil col.penul.de elect.Nec in istis spiritualibus receptis
12 †ab intruso,communis error recipientes iuuat.Sarn. de public.q.3.col.6.vers.nec in istis,&c.nam quam-
13 uis communis error faciat ius,& excuset.l.Barbarius Philippus.ff.de off.præt.late Socin.cons.32.col.8.& se
14 quẽtes.1.& communiter Doctores,tamen †non procedit in spiritualibus,Bal.in l.non mutat,C.de liberal. caus.Abb.in c.si vero circa fin.de sent.excomm.Felin.in c.ad probandum col.3.de re iudic.Card.Paris.cõs. 136.col.2.vol.4.Socin.regul.227.fallen.5.communis opinio,vt per Gabriell.com.opin.de probat.conclus.
15 8.num.36.& ideo excommunicatus occultus non confert ordines Bal.in dict.l.non mutat Socin. cons. 59.
16 col.3.Hinc collatio facta ab occulto excommunicato nõ valet c.cum inter,vbi Doctor.de elect.Archid. in c.nullus dist.63.Gul.Benedict.in repetit.c.Rainutius verbo mortuo el.1.num.285.de testamen. com munis*teste Gabriell.dict.conclus.8.nu.37. etiam si
17 ignoraret collator se esse excommunicatum Glos.in c.pastoralis.§.verum,vbi*communiter de appell.Neque electio cap.1.ne sed. vacan.lib.6.Imol.in c.cum
18 dilectus nu.28.de constit.Neque præsentatio,Abb. in cap.nobis de iur.patron.communis*teste Roech. de cure.de iur.patron.competens q.8.in princip.Ne
19 que excommunicatio Feder.de sen.cons.137.in fin. communis teste Calderin dispu.incip.excommunicatus.Ita etiam dicta regula l.Barbarius non procedit
20 in intruso,nam deficiente titulo communis † error non prodest Bal.in l.2.col.1.C.de sent.Innoc. in cap. nihil circa med.vbi Ab.de elect.Felin.in c.cum dilecta,col.2.de rescr.Anchar.cons.213.incip.in parvbi dicit hanc esse*communem, Ruin.cons.48. col. 2.lib.4.Boer.decis.150.& hanc quoque rationem cõsiderauit Pius V.in citata constitutione 182. ibi, *sed etiam quod grauius est dolendum tamquam veri Prælati,vel beneficiati,sacramẽta ministrant,ordines cõferunt,& indulgentias Christi fidelibus concedunt in maximum animarum periculum & scandalum plurimorum,*&c.valde enim interest populo vt agnoscat
21 suum†pastorem.Sarn.de publican. q.9.& hanc quoquerationem approbauit Rot.in una*Aftoricen. parochialis coram Achille,*teste Horat.Mandos.in add. ad Rom.cons.433.in vers.b.duplicem.

Tertium caput fraudis est,ne parochiani, & alij cõtrahant cum resignantibus existentibus in possessione beneficiorum resignatorum, tanquam eum veris
22 prælatis,& ex hoc decipiantur;& ne prædicti ei†solũant decimas,& oblationes,& alia debita,& postea cogantur eadem soluere veris prælatis,& repetere ab his intrusis,quibus soluerunt, quod quam sit iniustum,& damnosum colligitur ex Bald.in capitul.in litteris,colum.pen.de rest.spol.Ia.in l.si vrbana.colum.penul.& vlt.ff.de condict.indebit. Abb.in c.nihil.col.penult. & in c.qualiter.col.vlt.de elect.cum aliis,vt per Dec.con
23 sil.407.vilis.num.1.nam contractus confecti †ab intrusis sunt nulli,c.alienationes.12.q.2.& hanc rationẽ considerat Sarn.de public.d.q.3.col.5.vers.5. Caputaque.decil.319.lib.1.Pius V.in dict.const.182.ibi, *Nõ nunquam etiam cum eisdem resignantibus,vel cedentibus,tanquam cum veris prælatis, aut beneficiatis contrahentes,illisque decimas,census,& oblationes, & alia iura Ecclesiastica persoluentes illas postmodum veris prælatis,seu beneficiatis iterum soluere,et ab illis intrusis non sine maximo ipsorum soluentiũ damno,& incommodo repetere cogantur.* Ideo valde interest parochianorum illos habere pro prælatis,qui vere & realiter sunt tales.Sarn.de public.q.9.col.1.

Quartum caput fraudis est, ne ordinarij deludantur.nam sæpe eueniret, quod resignantes decederent
24 in possessione beneficiorum,& quia morte possesso-
25 ris dicitur vacare beneficium, possessor † enim censetur dominus,l.sue possidetis,vbi Glos.C. de probat. Feder.de sen.cons.13.col.2.Imol.in Clemen.1. vt lit. pend.ordinarij conferrent ea beneficia, existimantes
26 vacare,ex quo eluderentur,vna cum personis prouisis detecta renunciatione,Rebuff.& Sarn.loc. citatis.
27 daretur etiam materia † litigandi inter prouisos,& resignatarios,Rom.d.cons.433.num.1.Cassad.dict.decisi 2.num.2.super reg. Cancell. & litigandi occasio debet tolli,c.finem litibus,cũ ibi notat.de dol.& con
28 tumac.& ideo † concernit publicam vtilitatem ex eo, vt lites finiantur,Bal.in l.1.in 5.notab.C.de nouo codice compon.& in l.1.de furt.Alex.cons.190.col.2.libro 2.& cons.171.col.3.lib. 7. nam clari iuris est extinctionem litium ad conseruationem congregationis humanæ pertinere,sicuti e contrario litium introductio criminum occasionem, & alia detrimenta parit,vt exorditur Clement.dudum,de sepult. Sarn. de annali.q.1.col.2. Quæ deductio etiam in summis Pontificibus potest considerari, & hanc rationem ponit Pius V.dict.const.182.ibi.*Plerumque ordinarij collatores,ac etiam Romani Pontifices pro tempore existentes beneficia huiusmodi occulte resignata,vel cessa per obitum ipsorum resignantium, vel cedentium vacare existimantes,illaque tanquam per obitum nacantia conferentes, detecta postea resignatione, vel cessione prædicta, simul cum personis prouisis grauiter deluduntur,& fraudantur,* quæ deductio potest accidere etiam ex alio capite.nam si moreretur resignatarius,vacaret beneficium vere, & tamen non posset conferri per summos Pontifices, vel per ordinarios, cum ignorent vacationem, existimantes existentem in possessione esse verum dominum,& titularem, ex
30 quo daretur longa vacatio † Ecclesiarum a canonibus prohibita,c.ne pro defectu,de elect.& etiam eluderentur expectantes, existimantes vacare per mortẽ resignantis,inter quos,& intrusos essent lites, Rom. d.cons1433.num.1.Cassad.d.decis.22.num.2.Sarn. d. q.3.& quæst.9.

Quintum caput fraudis est,vt tollantur successiones,quæ prohibentur in beneficijs ecclesiasticis cap. 1.de præb.c.ex transmissa,c.ad decorem c.ab abolendam c.ad extirpandas de fil.presbyt.c.7.Conc. Trid. sess.25.de reform.quam rationem ponit Card. Paris. cons.39.vol.4.dum dicit requiri publicationem ex regul.Cancellariæ, vt innotescat omnibus quorum interest,requiri petitionem possessionis ad excludendã fraudem, ne scilicet resignans velit viuens potiri beneficio,& per resignationẽ voluerit sibi de successore prouidere,quod prohibitum est in iure,quæ suspicio colligitur ex eo,nam cum per resignationem per-
32 datur ius,&† possessio,Innoc.in c.quod in dubijs de renunc.

33 renunc.& prouisione †quæratur ius in re,c.vlt.de concess.præb.lib.6.c.pen.& c.si tibi absenti de præb. eod. lib. Ideo non est credibile,quod post ✠situm ius in beneficio,passus fuisset alterum gaudere, & residere in beneficio,quæ præsumptio scripto iure,inquit Parisi. fundata est,l.sicut §.superuacaneū.ff.quib.mod.pign. & hypot.l.si is qui ff.de acquir.hæred.nam in hoc cō-
34 currit hominum instinctus †ad acquirendum,& non ad perdendum,l.cum de indebito,ff.de proba.c.super hoc de renunc.& hanc rationem cōsiderauit Pius V. d.constit.182.ibi. *Ac etiam considerans quantum in beneficijs ecclesiasticis ea,quæ hæreditariæ successionis imaginem referunt,canonicis sanctionibus sint odiosa,ac sanctorum Patrum decretis contraria.Quod quæ propter varias & diuersas fraudes, & malitias quæ in dictorum beneficiorum resignationibus,seu in rium in illis,vel ad illa competentiū cessionibus,quas maxime puritas simplicitasque decet,quotidie excogitātur,& adhibentur,plerumque beneficia huiusmodi quasi iure hereditario occupata detinētur.*& sic ratione fraudis reqritur publicatio in resignationibus beneficiorum,quæ ratio finalis est, cum ponatur in
35 principio †dictarum constitutionum Pij V.& Gregorij XIII.nam quæ dicuntur in procemio,causam finalem inducunt,iuxta vulgarem tex.in l.vlt.ff.de hæred. instituend.Roma.cons.180.in ante pen.col.Alex.cōs. 55.in princ.lib.1.& cons.7.col.2.lib.2.cum alijs vt per Ias.in l.si pacto quo pœnam circa fin.C.de pact.Bartbat.cons.10.col.penul.lib.1.& ratio, proœmiū est ita potens,quod sicut corpus ab anima,ita dispositio ab ipsa proœmiali ratione regulatur vt dicit Ias.in l.quadringenta col.2.ff.ad Trebell.quem refert & sequitur Sarn.de annal.q.1.col.1.& hanc esse finalem rationem vt obuietur fraudibus,quæ ex occultis resignationibus oriuntur fuit dictum in vna*legionen. canonicatus.22.Aprilis 1577.coram Illustrissimo Cardin.Aldobrandino & in vna*Carthagin.coram R.P.D.Vicecomite,nunc dignissimo Archiepiscopo Mediolanē. Ex qua ratione infero,quod,quamuis multi scripse-
37 rint edictum †de publicandis esse odiosum & pœnale, Caputaq.decis.110.lib.2.Pelegrin.decis.103.lib.1.in manuscr. Idem Caputaq.decis.355.num.6.p.3.Sarn.de cis.140.lib.2.in manuscr.& q.19.mihi tamen videtur
38 †fauorabile, cum emanauerit ad obuiandum fraudibus iuxta communem,de qua Caputaq.decis.319.lib. 1.in manuscr. & opinionem*Rotæ,de qua idem Caputaq.decis.215.par.3.

SVMMARIVM.

1 *Resignationes factæ extra Curiam debent infra mensem publicari.Hodie infra tres menses,vt num.4.*
2 *Resignationes factæ in Curia debent publicari infra sex menses.*
3 *In publicatione resignationum beneficiorum vltra montes dantur nouem menses.*
4 *Prouisus ab Ordinario per renunciationem debet publicare intra tres menses.*
5 *Longius tempus datur causa maioris distantiæ.*
6 *Ordinarius debet admittere vel reijcere renunciationem infra mensem.*
7 *Ordinarij nō conferentes beneficia resignata infra mē sem sunt priuati facultate conferendi.*
8 *Cardinales non conferentes beneficia resignata intra mensem sunt priuati potestate conferendi.*
9 *Tres menses dati ad publicandum in resignationibus extra Curiam incipiunt currere a die prouisionis.*
10 *Prouisus ab Ordinario de beneficio vacanti per renunciationem nō publicans infra tres menses amittit ius.*
11 *Prouisus ab Ordinario de beneficio vacante per renunciationem debet etiam infra tres menses datos ad publicandum capere possessionem.*
12 *Permutatio facta coram ordinario est publicanda infra tres menses.*
13 *Resignatio est informis ante consensum.*
14 *Tempus sex mensium datum ad publican. computatur à tempore datæ resignationis.*
15 *Dictio ex tunc refertur ad extremum tempus.*
16 *Dictio ex tunc reddit præceptum magis efficax.*
17 *Cardinales possunt tenere per sex menses beneficia vacantia per obitum suorum familiarium.*
18 *In resignationibus in quibus præstatur consensus vigore Alexandrinæ tempus publicandi currit.*
19 *Tempus publicandi currit à tempore datæ primæ,& non secundæ.*
20 *Resignatarius secundus tenetur publicare à tempore datæ primi resignatarij.*
21 *Resignatarius antequam publicet suam resignationē potest resignare.*
22 *Non publicans non poterit consequi beneficium ex alia gratia.*
23 *Per resignationem abdicatur titulus.*
24 *Qui nihil habet,nihil potest dare.*
25 *Quod semel extinctum est non reuiuiscit.*
26 *Multiplicatio titulorum quando non prodest.*
27 *Excommunicationum multiplicatio non prodest.*
28 *Beneficium semel resignatum nō potest resignari esto quod publicatio non fuit facta.*
29 *Resignans duobus punitur crimine stellionatus.*
30 *Variatio clericis prohibita.*
31 *Regulæ Cancellariæ expirant morte Papæ.*
32 *Resignatarius tenetur publicare intra tempus præscriptum,quamuis moriatur Papa.*
33 *Obitus non tollit effectum iam causatum.*
34 *Sufficit quod lex ligare incipiat.*

QVAESTIO II.

Secundo quæro, Quantū tēpus datur ad publicandum? Communis*distinctio est, vt in resignationibus factis extra curiā coram †ordinarijs detur spatium vnius mensis,vt fuerat per regulam Cancell.de public.statutum, & confirmatum per Pium V.dicta const.182.ibi, *Si quidem extra Romanam curiam factæ extiterint infra vnum &c.* & tradit Porti Imol.cons.18.num.3.& rō. In resignatione vero in curia sex menses,vt dicitur in dicta regula, in prædicta constitutione Pij V.& tradunt Ferret. cons.1271 num.8.& cons.354.num.8.Arnul.Rux. de iure regal. priuileg.1.num.6.Petr.Greg.Syntag.iur.lib.17.c.12. num.15.Hodie autem per cōstitutionem 87.sanctæ mem.Greg.XIII. in renunciationibus in curia datur sex menses,si beneficium existat citra mōtes.Si vero extra, † menses nouem,vt dicitur in princ. ibi, *Intra sex menses,si beneficium citra montes fuerit,vltra uero intra nouem a data concessionis gratiæ,&c.* In renunciationibus vero,quæ fiunt extra curiam,Episcopus debet admittere,reijcere, aut conferre infra vnū mensem,

4 mensem,& prouisus †debet publicare infra tres,vt dicitur prope finem §.de beneficijs autem, per hæc verba. *De beneficijs autem,quæ deinceps in manibus ordinariorum,& collatorum etiam Cardinalium, etiā indulta,& facultates ad hoc ab Apostolica Sede habentium,ac legatorum,etiam de latere,& delegatorum,etiam specialium eiusdem Sedis extra Romanam curiam resignari, etiam ex causa permutationis contigerit, ipsi intra mensem negotium vniuersum admissionis,vel reiectionis resignationis huiusmodi, & (si per eos facienda erit) prouisionis resignati beneficij, iuxta Apostolicas, & alias canonicas sanctiones,omnino absoluant.Et qui sic prouisus fuerit,intra tres menses, à die sibi factæ prouisionis illam publicet,& possessionem beneficij capiat modo, & formā supra dictis,alioquin illis elapsis nulla sit eius prouisio,& beneficium vacare censeatur eo ipso:Ordinarijque, & alij prædicti, qui hæc vti eis præscribuntur non perfecerint, eo casu potestate disponendi de ipsis beneficijs sint ea vice priuati, eorumque dispositio eo ipso ad Sedem Apostolicam deuoluta existat,aut alijs idoneis ab ipsa sede duntaxat modo, & forma prædictis concedantur.* Ex quibus verbis plures colligūtur cōclusiones,quarum Prima in resignationibus factis in curia de beneficijs existentibus citra montes publicationem esse faciendam intra sex menses, & hæc conclusio concordat cum regula Cancellariæ, & cōstitutione Pij V.& alijs Doctoribus supra citatis.

Secunda conclusio in resignationibus factis in curia de beneficijs existentibus,vltra montes, publicationem esse faciendam intra nouem menses, & hæc conclusio discordat a regula Cancellariæ,& constitutione Pij V.& Doctoribus supra citatis,quia prorogatur tempus per tres menses, nam cum antea darentur sex,nunc dātur nouem,quod optimam rationem
5 videtur habere ob maiorem †distātiam,vt de Germa-
* nia fuit dictum*in Rota 13.Ianuarij 1559.teste Accorambono decis.126.in lib.diuers.manusc.& alijs locis colligitur ex Sarn.in hac reg.q.9.col.3.vers. & iō, q.21.melius hanc rationem explicat,quod etiam tradit Rebuff.in ead.reg.

Tertia conclusio in renunciationibus,extra curiā,
6 hi coram quibus fiunt †debent admittere,vel reiicere illas renunciationes infra mensem, & intra eundem conferre illa beneficia vacantia per resignationem,si illam admiserint, & hoc nō fuerat consideratum,neque per regulas Cancellariæ,neque etiam per constitutionem Pij V.& optima ratione videtur positum, ne fiat fraus,namq; summo studio summi Pontifices obuiarunt fraudibus,quæ possent fieri,& contingere in renunciationibus extra Romanam Curiam faciēdis,vt per diuersas constitutiones suo loco in hoc tractatu allegatas patet. Et sic not.quod restringitur tēpus,vt conferat infra mensem.

Quarta conclusio est,vt si prædicti nō admiserint, vel reiecerint,vel si admiserint,& non contulerint in
7 tra mensem,sunt priuati, † ea vice facultate disponēdi de dictis beneficijs,& eorum dispositio ad Sedem Apostolicam deuoluta existat, & hoc ob contemptū huius decreti. Ex quo nota vnum modum deuolutionis,quia deuolutio non fit ad Archiepiscopum,vel ad legatum,sed ad summum Pontificem,vel ad eos,quibus ipse summ. Pontifex concesserit.

Quinta conclusio,quod in hoc decreto, & eius pœna comprehenduntur non solum Episcopi,& alij inferiores collatores,sed etiam Archiepiscopi,Patriar-
8 chæ,Legati,etiam de latere,& delegati,ac † Cardinales non solum recipientes resignationes iure ordinario,sed etiam ratione indultorum, & facultatum à Sede Apostolica concessarum, vt expresse hoc in illis verbis dicitur,quod bonum fuit exprimere,vt tollerētur lites,& dubia,omnesque casus explicarentur.

Sexta conclusio, quod prouisus ex collatione sibi facta ab ordinarijs,& alijs collatoribus, vt supra per resignationes factas in eorū manibus debet publicare intra tres menses,& in hoc discordat hęc constitutio à regulis Cancellariæ,& constitutione Pij V.;quia ab illis assignabatur mensis vnus.

9 Septima conclusio. † Dicti tres menses currunt a die sibi factæ prouisionis, & sic nota quod non currunt a die resignationis admissæ,quod refert, nā potuit admitti,resignatio prima Augusti,& illud beneficium resignatum conferri 25.eiusdem mensis, tēpus igitur currit a tempore collationis, & est contra id quod scripsit Ruffin.de benef.c.27.num.7.

Octaua conclusio,quod si non publicauerit prouisus intra dictos tres menses,collatio est nulla,&;be-
10 neficium vacare censetur eo ipso.

Nona conclusio,illud beneficium posse impetrari a quolibet.& ratio est,quia vacat,& collatio est deuoluta ad Sedem Apostolicam.

11 Decima conclusio,quod intra dictos †tres menses debent publicare,& capere possessionem, & sic vnū sine alio non sufficit.

12 Vndecima conclusio, hæc etiam procedere † in permutatione, facta extra curiam, vt dicitur ibi expresse.

Et iuxta has conclusiones hodie seruandum est.

Dubium tamen est,a quo tempore currant hi mēses assignati ad publicandum beneficia resignata in curia, an a tempore datæ, vel a tempore consensus præstiti?

Dubia admodum fuit quæstio,antequam esset terminata per Paulū III.& per constitutionem Pij III. & Pij V.ac Gregorij XIII.& quidem pro vtraq; parte aderant vrgentia argumenta, vt patet ex his, quæ scribit Arnulph.Rux.in tract.de iur.regal.priuileg.4. a num.10.vsque ad 16.vbi disputat,adducendo argumenta pro vtraque parte Sarn.q.7.Quod autem tempus computaretur a tempore consensus præstiti, te-
* nuit*Rot.de mense Maij 1522.& attestatur Pet. Andr.Gammar.in suis decis.manuscr.decis.47. An regula,Crescent.decis.223.in manusc.Idemque tenuit de
* mense Ianuarij 1534.coram Siluestro in vna*Sagun tin.parochialis,teste Crescen.decis.226.lib.1.in ma-
* nuscr.& fuit latum arrestum per Senatum*Tholosanum die 20.Februarij 1535.teste Arnulph.Rux.loco cit.sub num.13.& pro hac opinione concludit Sarn.
13 d.q.7.ex eo,quiat resignatio ante est informis, Rot. decis.17.de præb.in nou.

14 Quod vero tempus computaretur a die datæ, fuit
* iudicatum per curiam*Paris.teste Arnulph.Rux.de priuileg.4.sub num.53.& tenent Rebuff.super regu. de publ.Card.Paris.cons.143.num.1.vol.4 moti, qa prouisi per reg.cancell. de publicandis astringuntur
15 ex tunc,quæ dictio refertur † ad extremum tempus l. 4.ff.de condit.& dem.l.vlt.ff.de fideicommiss.libert.l. 1.§.rectissimum.ff.de vi & vi armat.glos.in clemen.1. vers.ex tunc de iur.patr.Archidiac. in c. si eo tempore de elect.lib.6.& in c.ego Lodouicus dist.63.& red
16 dit gratiam †sine præceptum magis efficacem, glos. in clem.1.verb.ex tunc.de concess.preb.Ange.in l.huiusmodi.ff.de verb.signif.Dec.cons.405. num. 1. Ita
17 semestre,quod datur Cardinalibus,vt possint obtine re bene-

re beneficia minoris valoris 200. ducatorum vacantia per obitum suorum familiarium cõputatur a die datæ, & non à die habitæ possessionis, vt fuit resolutũ
* de mense Iulij 1535. in vna Calagurritan. corã Moe dan. teste Aragon. decis. 25. manuscr.

Hodie autem hæc posterior sententia approbatur
* ac practicatur, *vt tempus cõputetur à die datæ. nã
* ita declarauit Paulus III. *die 14. Augusti 1540. teste Rebuff. in secunda interpretatione reg. de publ. col. 4. verb. extunc, hoc etiam statuit Pius IIII. anno 1. vt patet in const. 15. incip. Sanctissimus, ibi. *Quod quæcũque beneficia ecclesiastica in Romana Curia resignata, nisi de illis factæ resignationes infra sex menses a die datæ supplicationis, & non a die præstiti consensus computandos.* Idemque expressit Pius V. in d. const. 182. ibi, *infra sex menses, à die datæ supplicationis resignationum, seu cessionum earundem, non autẽ à die præstiti, seu præstandi consensus computandos,* & Gregorius XIII. in dict. const. 87. ibi, *A data cessionis gratiæ non autem a die præstiti super ea cõ*
* *sensus numerandos, &c.* & fuit *resolutum in vna Calagurritan. Prioratus Mercurij 10. Maij 1581. coram R.P.D. Blanchetto.

Et in hac materia scias, fuisse resolutum corã Retmano in vna *Segobiẽ. beneficij de villa die 22. Maij
* 1547. declarationem Pauli III. vt tempus datum ad publicandum currat a die resignationis, & non consensus præstiti, non habere locum in resignationibus
18 in quibus præstatur consensus vigore Alex. post obitum resignantis, sed tantũ in resignationibus, in quibus præstatur consensus viuente resignante, teste Pelegrin. decis. 103. lib. 1. & decis. 71. lib. 2. in manus. vbi adducit rationes.

Rursus dubitatur, si plures reperiantur datæ, vt signata, & datata fuit supplicatio resignationis, & postea fuit reformata, & iterum datata, vel fuerit concessum beneficium ex alia causa; a qua data tempus
19 prædictum currat? Respondeta prima data, vt exprimitur in dicta constitutione 87. Gregorij XIII. prope princip. nam postquam statuit tempus computari a tempore datæ, subdit. *Et si postea concessio gratiæ huiusmodi ex qua vis causa, diuersisque subsequentibus datis, ac quotiescunque, & quoties modo reformata, & valida reddita fuerit &c.* quod statutum videtur ad tollendas fraudes, quæ possent fieri, vt resignatarij maius tempus haberent.

Præterea dubitatur, si resignatarius statim expeditis, vel non expeditis literis resignet in fauorem alterius, an iste secundus Resignatarius debeat publicare a die datæ suæ resignationis, vel a die datæ primæ?
20 Respondetempus datum ad publicãdum currere a data primæ resignationis, vt sanciuit Greg. XIII. in dicta const. 87. ibi, *Quodque in alium, vel alios cessiones, ac etiam in ipsummet primum resignãtem, vel cedentes retrocessiones termino prædicto non dum elapso intercesserint, ita vt vnus duntaxat terminus omnibus his successiuis cessionibus, ac retrocessionibus decurrat, ut qui postremus gratiam habuerit, publicationem huiusmodi facere, cæteraq; omnia hic pscripta intra eundem terminũ præstare teneatur, etc.* ex quibus verbis non solum hoc dubium deciditur, sed etiã alia, vt quia sint plures retrocessiones, vel in eundem resignantem, nam omnibus currit tempus a die primæ datæ, & vnus terminus omnibus decurrit, & hoc procedit quotics resignatarius resignat infra terminum ad publicandum, & hc quoties non publicauit. nam si publicauit, vel est elapsum dictum tẽpus, tunc secus.

Ex quo nota, quod antequam quis publicet suam
* 21 resignationem † potest resignare, quod est* communiter per Doctores receptum.

Ex quo etiam nota, quod non omnes hi tenentur ad publicationes, sed vltimus tantum, infra prædictũ tempus statutum connumerandum à prima data.

Ex his etiam verbis colligitur, quod si factæ sint duæ resignationes eidem, & prima annulletur ex de-
22 fectu publicationis † non factæ intra tempus statutũ ex secunda non poterit consequi beneficium, etiam
* si illam publicauerit, vt etiam tenuit* Rot. teste Sarnen. de publican. quæst. 18. col. 1. & col. vlt. vers. tamẽ, & firmat Paum. in tract. de potestat. cap. Sed, vac. in 2.
* prælud. vers. 12. & in simili concluit* Rota super regul. de acceptilationibus teste Cassad. decis. 9. de con-
* cess. præb. & est communis* opinio, quia cum per re-
23 signationem primam fuerit habdicatus titulus, & possessio à resignante, Card. Paris. cons. 39. col. 1. vol. 4. &
* communiter Doctores per secundam resignatio-
24 nem nihil poterit transferre, nam quis nihil habet, nihil potest dare, c. quod autem, de iur. patron. si vniuersa, C. de legat. Accedit quia si tempus cõputatur
& currit a tempore primæ prouisionis, ergo publica tio facta, vigore secundæ elapso termino est nullius momenti, l. eius qui in prouincia, ff. si cert. pet. quod
25 enim semel extinctum est, non reuiuiscit, l. quires §. aream, ff. de solut. Soc. sen. cons. 260. col. 4. libr. 1. &
26 hoc casu 1. multiplicatio titulorum non prodest, licet alias secus Io. And. in c. cum in cunctis ad h. de elect.
27 & in clem. vlt. de magistr. sicut multiplicatio excommunicationum, c. ita quorundam, de Iudæis.

Hinc etiam in simili scribit Rebuff. in prax. super tit. de publican. Glos. 18. numero 3. quod si quis resi
28 gnauit, & non fuit publicata resignatio, & postea itẽ rũ in aliũ resignat qui publicat, & capit possessionẽ, vtiq; hæc secũda resignatio est nulla, & inualida. nã nihil potuit trãsferre, cũ iã per primã amisisset oẽ ius, Inn. in cap. super hoc, de renunc. Abb. & Imol. in cap. sollicite, de restit. spoliat. Calder. cons. 4. de renunc. quod hodie est clarum per hanc Constitutionem Gregorij XIII. ex qua ius abdicatur a resignante. Ibidẽ Rebuff. n. 5. addit alium casum, vt quoties quis resignat secundo, antequam primus resignatarius publicet, nihil agit & punitur crimine stellionatus; Glos. vlt. in c. nulli, de
29 reb. Eccles. non alien. Berbe. in viat. suo, Rubr. de crim. stellionatus, propter dolum exiltentem in variatione
30 †clericis maxime prohibita, clement. 1. de renunc.

Vlterius dubitatur, si resignatio fuit admissa ab vno Papa in fauorem N. & Papa moriatur intra terminũ datum resignatario ad publicandum an teneatur resignatarius intra idem tempus publicare, vel habeat ma ius, aut minus. Et quidem hæc quæstio tempore, quo per regulas Cancellariæ requirebatur publicatio, ha-
** bebat dubium, & magis communis** opino erat regu
31 lam hoc casu non habere locum quod fuit pluries re
* solutum* in Rota tẽpore Sixti IIII. 3. Februarij 1471. vt refert Glo. in procem. illius regulæ, & tempore Iulij II. teste Nicolao de Vbald. in tract. de succes. ab intest. 2. par. num. 12. & tempore Clementis VII. 4. Iunij 1526. teste Gammar. decis. 27. in manuscr. & in
* vna Dolen. de anno 1532. &* in alia Auinionen. Vicariæ de mense Aprilis eiusdem anni 1532. coram
* Sarn. & tempore Paul. IIII. 4. Iulij 1537. in vna* Tolet an. parochialis coram Rainaldo, quæ sententia fuit cõfirmata de mense Aprilis 1538. teste Ptolom. deci. 20. in manuscr. & in vna Gienn. beneficij 11. Decembris

cembris 1538. teste eo. Ptolemæo decis. 38. vt refert Sarn. qui hanc opinionem tenet de publican. q. 6. nu. 3. vers. sed iltis non obstantibus, & in vna Leodien. 1. Martij 1546. coram Cardinali S. Crucis, teste Put. decis. 146. lib. 1. & in vna Auinionen. vt per Crescent. decis. 406. lib. 2. in manuscrip. cum regulæ Cancella-
* riæ, mortuo Papa, extinguantur, iuxta Communem*
* opinionem, in praxi* receptam.

Hodie autem vera conclusio recepta de stylo est,
32 quod quamuis Papa moriatur † intra tempus datũ ad publicandum, tamen adhuc resignatarius tenetur publicare in Sede vacante, vel tempore successoris intra idem tempus prescriptum, vt sanciuit Pius IIII. in cõstitutione 15. incipien. Sanctissimus, anno 1. ibi. *Et cui nuper innotuit nonnullos, etiam iuris peritos, & dictæ Curiæ officiales, ac causarum Palatij Apostolici Auditores contendere, quod resignationes de beneficijs in manibus prædecessorum huiusmodi, tanquam illa per obitum eorundem prædecessorum expirauerint, non subijciantur, & sub statuto, & ordinatione sanctitatis suæ, tanquam futura, & non præterita cõcernentibus, non comprehendantur, & sic occasionẽ præstare, vt fraus fiat legi, & resignationes huiusmodi infra dictos sex menses non publicentur, nec ipsorũ beneficiorum resignatorum possessio ab eis, quos id cõtingit, petatur, quin immo resignantes ipsi beneficia per eos resignata vsque ad eorum obitum sine alcuo titulo detineant, & eorum fructus percipiant, in animarum suarum perniciem, & personarum de eisdem beneficijs tanquam per obitum vacantibus pro tempore prouisarum detrimentum. Non immemor, quod felic. recordat. Paul. Papa IIII. S.S. prædecessor per similem eius constitutionẽ sub die 5. mensis May, Pontificatus sui ann. 3. in Cancellaria Apostolica publicatam difficultates, quæ ex inde oriebantur, aut exorirí poterant, declarauit, volens periculis animarum occurrere, & indemnitati personarum huiusmodi consulere declarationi præfati sui prædecessoris inhærendo, præsentis suæ constitutionis perpetuo valituræ tenore declarauit, suæ intentionis semper fuisse, & esse, vt quæcumque resignationes, de quibus ſuis beneficijs Ecclesiasticis, etiam in manibus prædictorum huiusmodi eatenus factæ, & nõ dum suum plenarium effectum sortitæ, etiam si infra sex menses obitus eorum prædecessorum præcedentes facta, nec super illis consensus tempore eorundem prædecessorum prestiti fuerint, statuto, & ordinationi suis prædictis subijcerentur, & subijciantur de præsenti, & sub illis comprehenderentur, & comprehendantur de præsenti, & in futurum, &c.* Quod etiam hodie nullum habet dubiũ cum publicatio sit facienda per constitutionem Gregorii xiii. quę non expirauit per eius mortem, vt regulæ Cancellariæ, sed perpetuo durat.

Et hæc conclusio primam videtur habere rationem, nam renunciatio facta tempore, quo viuebat Papa, perfecta fuit, & habuit effectum. ergo obitus Papę
33 superueniens, non potest tollere † effectum, iam cau-
34 sum, argumen. l. vltim. ff. vnd. liber. cũ alijs. vt p Dec. cons. 24. col. vltima, sufficit, enim, quod lex ligare inci piat, Bart in lege vlt. ff. de e falsi,

SVMMARIVM.

1 *Resignationes omnium beneficiorum sunt publicãdæ.*
2 *Verbum Quicunque, est admodum generale, & numero 15.*
3 *Resignatio dignitatis est publicanda.*
4 *Resignatio beneficiorum reservatorum est publicanda.*
5 *Generalitas comprehendit omnes casus.*
6 *Regula Cancellariæ de publicand. est exorbitans à iure.*
7 *Quod exorbitat a iure stricte intelligitur.*
8 *Ordinarius non potest conferre beneficia de iure patronatus.*
9 *Beneficium iuris patronatus non potest acceptari.*
10 *Cessante ratione, cessat dispositio.*
11 *Vbi non conueniunt verba, neque dispositio.*
12 *Verbum Collatio, in beneficijs iuris patronatus non verificatur.*
13 *Regula de infirmis an habeat locum in beneficijs iuris patronatus.*
14 *Resignatio beneficij iuris patronatus est publicanda.*
16 *Verba generalia omnia includunt.*
17 *Publicatio requiritur ad obuiandum fraudibus.*
18 *Vbi agitur ad obuiandas fraudes lata debet fieri interpretatio.*
19 *In exorbitantibus ex identitate rationis fit extensio.*
20 *Extensio, quæ fit ex identitate rationis dicitur magis intento.*
21 *Casus dicitur comprehendi vbi adest eadem ratio & nume. 57.*
22 *Dispositio sustinetur in rationibus quæ non cessant.*
23 *Verbum collatio positum in lege, est generale & comprehendit omnem modum.*
24 *Resignatio beneficiorum consistorialium non est publicanda limitanum. 26.*
25 *Cessio Episcopatus non est publicanda.*
26 *Cessio beneficiorum consistorialium, quæ non prouidentur in Consistorio est publicanda.*
27 *Cessio beneficiorum consistorialium, quæ in consistorio prouidentur non est publicanda.*
28 *Quod sit in præsentia principis dicitur apertum, & publicatum.*
29 *Consistorialia non veniunt in simplici dispositione.*
30 *Resignatio beneficij electiui est publicanda.*
31 *Resignatio beneficij litigiosi est publicanda.*
32 *Constitutio Pij V. de publican. loquitur etiam de beneficijs quorum possessio non est litigiosa.*
33 *Vitium litigiosi excusat à promotione.*
34 *Possessio pacifica quæ dicatur.*
35 *Lis an debeat finiri cum resignante vel resignatario.*
36 *Resignatio facta in fauorem illius qui prætendit unionem est publicanda.*
37 *Subrogatus gratiose quando teneatur publicare.*
38 *Hospitalia dantur in titulum vel administrationem.*
39 *Hospitalia quando dentur in titulum.*
40 *Hospitalia quomodo dentur in administrationem.*
41 *Hospitalia quæ dantur in administrationem sunt manualia.*
42 *Ecclesiasticitatis signa quæ sint.*
43 *Hospitalia quæ dantur in titulum, comprehenduntur sub constitutione de publican.*
44 *Hospitalia quæ dantur in titulum veniunt appellatione beneficij.*
45 *Hospitalia quæ dantur in administrationem non veniunt sub nomine beneficij.*
46 *Hospitalia data in administrationem, non veniunt appellatione officiorum.*
47 *Resignatio etiam hospitalis dati in administrationem est publicanda.*
48 *Constitutio Gregorij XIII. de publican. est fauorabilis*
49 *In materia fauorabili appellatione beneficij veniunt etiam hospitalia data in administrationem.*
50 *Iura loquentia de beneficijs habent locum in Hospitalibus.*

51 *Regula*

51 *Regula de beneficiis vacantibus per promotionem habet locum etiam in Hospitalibus.*
52 *Hospitale est titulus non omnino profanus.*
53 *Ordinarius potest petere rationem administrationis Hospitalis.*
54 *Ordinarij possint visitare Hospitalia.*
55 *Administratores Hospitalium debent dispensare fructus pauperibus.*
56 *Coloni debent soluere pensiones Rectori.*
57 *Quoties ratio legis comprehendit plures casus, si facit de vno mentionem, hoc est exemplariter & non restrictiue.*
58 *Ratio legis disponit etiam ad non expressa.*
59 *In materia proportionabili appellatione beneficiorũ veniunt Hospitalia.*
60 *Hospitalia comprehenduntur, sub verbis generalibus.*
61 *De Hospitalibus expediuntur literæ.*
62 *Prouisionis nomen est latissimum.*
63 *Hospitalia non comprehenduntur vbi de eis non fit mentio.*
64 *Error iuris dubij excusat.*
65 *Ius dubium quod.*
66 *Consilium peritorum excusat.*
67 *Opinio alicuius Doctoris excusat.*
68 *Error iuris dubij æquiparatur errori facti.*
69 *Error facti excusat;*
70 *A publicatione non excusat consilium peritorum, dicentium illum non teneri.*
71 *In requisitis pro forma iuris dubij error non excusat.*
72 *Mulier & Rusticus non excusantur, si non confecerãt inuentarium infra legitimum tempus.*
73 *Error iuris dubij non excusat in his, quæ fauore publico requiruntur.*
74 *Error iuris dubij ad effectum lucri non excusat.*
75 *Error iuris dubij non excusat, vbi potest colligi, quæ sit communis opinio. & nu. 77.*
76 *Hospitalia comprehenduntur appellatione beneficii etiam in materia pœnali.*
78 *Decretum irritans ligat etiam ignorantes quo ad nullitatem actus.*
79 *Ignorantia non excusat vbi agitur de lucro captando.*
80 *Lex loquẽs de beneficijs debet intelligi de perpetuis.*
81 *Beneficia regularia non sunt perpetua, sed manualia.*
82 *In reseruatione regularia non comprehenduntur.*
83 *Manualia in reseruatione non comprehenduntur.*
84 *Beneficia manualia non comprehenduntur in regula de Annali.*
85 *Manualia non comprehenduntur in regula de Triennali.*
86 *Resignatio beneficiorum regularium est publicanda.* 3
87 *Appellatione beneficiorum veniunt etiam regularia.*
88 *Verbum Canonicatus, importat & sæcularem, & regularem.*
89 *Regula de infirmis non comprehendit regularia beneficia.*
90 *Constitutio regulatur a ratione.*
91 *Beneficia manualia quo respectu sint perpetua.*
92 *Beneficia sæcularia de sui natura perpetua.*
93 *Beneficia quando sint temporalia.*
94 *Beneficia regularia vacant per obitum & amotionẽ.*
95 *Papa non præsumitur mutare naturam beneficii.*
96 *Beneficium manuale est in quo quis potest amoueri ad nutum.*
97 *Manualia possunt renunciari.*
98 *Publicatio vbi sit facienda.*
99 *Regularia obtinens emittit votum paupertatis.*
100 *Beneficia regularia dantur in titulum.*
101 *Beneficium, quod confertur, dicitur etiam committi*
102 *Habere peculium ex permissu Superioris, non repugnat voto paupertatis.*
103 *Prior non potest ab Abbate remoueri.*
104 *Regulares possunt disponere de fructibus beneficiorũ regularium.*
105 *Abbas intitulatur etiam in Abbatia regulari.*
106 *Resignatio præceptoris Religionis S. Ioan. Hierosolymitani est publicanda.*
107 *Dimissiones factæ per milites S. Ioan. intra tempus vacantis, & mortuarij non sunt publicandæ.*
108 *Dimissiones, quæ fiunt per milites S. Ioann. cuius sint naturæ.*
109 *Milites S. Ioannis acceptans commendam, potest vacare.*
110 *Magnus Magister Militen. an possit conferre.*
111 *Collatio commendarum S. Ioan. ad quem spectet.*
112 *Magnus Magister cum conuentu exercet, &c.*
113 *Prior religionis solus administrat.*

QVAESTIO III.

TERTIO quæro, quæ resignationes beneficiorum sint publicandæ? communis,* regula est generalis, resignatiõs omnium † beneficiorum esse publicandas, nam ita vniuersaliter loquitur reg. Cancellariæ, *Item idem Dominus noster statuit, & ordinauit, quod quæcumque beneficia Ecclesiastica, &c.* Ideo sub ea resignationes omnium beneficiorum includuntur, Cranet. cons. 294. num. 1. & 308. col. 4. & 5. nam hoc demonstrat † verbum quæcũque, Dec. cons. 5. ad fin. Bal. cons. 191. lib. 1. & hoc etiam probant prædictæ constitutiones Pij V. & Gregorij XIII. vt ex eorum lectura euidenter apparet. Namq. in constitutione Pij V. dicitur, quod. *Quæcumque dictorum beneficium resignationes, aut iurium cessiones,* & ibi, *Et præmissa omnia & singula etiam in quibuscumque beneficijs, &c* in constitutione Gregorij XIII. ibi *vt post hac omnes, & quæcumque resignationes, &c.* & ibi, *de quibuscunque, &c.* Quod non est mirum, cum eadem ratio fraudis vigeat in quocumque beneficio, vnde idem ius statuendum est. l. illud † ff. ad leg. Aquil.

Amplia hanc communem regulam vt habeat locũ siue beneficium sit simplex, siue curatũ, Crescent. de cis. 57. lib. 2. in manu scr. & euidenter colligitur ex dictis constitutionibus, siue sit cum † dignitate, siue nõ Rebuff. in prax. tit. regul. de publican. resign. glos. 1. vers. Item quia, Sarn. q. 9. & expresse traditur in dicta constitutione Gregorij. xii. 88. io §. cæterum, ibi, *De quibuscumque Ecclesiis Monasterij, Prioratibus, tam virorum, quam mulierum dignitatibus, officiis, & beneficiis Ecclesiasticis sæcularibus, & quorumuis ordinum, etiam militiarum, regularibus etiam electiuis, & mannalibus, ac etiam de iure patronatus &c.*

Et quia aliqua occurrunt dubia, circa hanc quæst. vtilem ideo distincte procedendo, de aliquibus dubitari contingit, Primum erit dubium an resignatio beneficiorum reseruatorum sit publicanda?* Communis opinio recepta in praxi est affirmatiua, † secũdum quam resoluit Rot. in vna Legionen. sacristiæ de Villel. coram Cardinali Sanctę Crucis, 19. Decembris. 1550. & est ratio, quia potest cõsiderari eadem fraus quæ in aliis beneficiis. quod etiam aperte colligitur ex ge-

ex generalitate dictarum constitutionum Pij V. & Greg. XIII. quæ absque dubio comprehendit omnes casus, & omniat beneficia, l. in fraudem, & ibi Bald. ff. de test. milit. Soc. in l. 2. §. ex his, in princip. ff. de verb. oblig. Cranett. cons. 92. num. 4.

Secundum erit, An resignatio beneficij iuris patronatus facta de consensu patroni sit publicanda? reperi per plures magnos viros fuisse consultum talem resignationem dictorum beneficiorum non comprehendi sub regul. Cancell. de publican. resignat. primo
6 quia regula est † exorbitans a iure communi, Caputa que decis. 110. lib. 2. in manuscrip. Pelegr. decis. 103. lib. 1. etiam in manuscr. Sarn. q. 11. de publican. ergo
7 non debet extendi ad beneficia iuris patronatus † nõ nominata in regula Soc. in l. 1. §. bonorum, ff. ad Trebellian. Cranett. cons. 313. sub num. 2. in fin. vers. 2. principaliter.

Secũdo, quia in his beneficijs iuris patronatus cessat ratio præiudicij ordinarij, & expectantium, cum
8 ordinarius † non possit beneficia de iure patronatus
9 conferre, nec expectantes † acceptare, vt est communis* omnium Doctorum sententia, vnde cessante ratione
10 † cessat dispositio, c. cum cessante, de appell.

Tertio, quia verba regulæ loquuntur de collatione, quæ collatio non cadit in beneficijs de iure patro
* natus, vt est communis* resolutio. ergo cũ verba non
11 conueniant, † nec etiam dispositio, l. quanta, §. totiẽs,
12 ff. de damn. infect. in fi. cum verbum † collatio, in his beneficijs non possit verificari, c. cum in illis, §. illis vero, de præb. in 6. Roch. de Curt. in tract. Iuris patronat. in princ. q. 5. num. 10. & q. 6. princip. Doctores in c. ex frequentibus, de instit. & ideo scribit Dec. cons. 224. quod regula de infirmis resignantibus non ha-
13 bet locum † in his beneficijs, & in hanc partem incli-
* nauit* Rot. cum huiusmodi casus esset propositus in vna Conchen. Cappellaniæ de Belmonte, veneris, 7. Octobris, 1552. coram Deza, teste Caputaq. decis. 319. lib. 1. in manuscr.

His tamen non obstantibus contraria opinio est
14 * vera, & communiter* recepta, vt etiam † resignatio beneficij iuris patronatus sit publicanda, secundum quã
* opinionem iudicauit* Rota (recedendo a resolutione iam posita) veneris 14. Octobris, 1552. coram D. Deza in dicta Conchen. Cappellaniæ, teste Caputaq. decis. 319. lib. 1. in manusc. & decis. 36. p. 3. in impress.
* Guid. Bon. decis. 13. in manuscript. & ita* de stylo practicatur.

Primo, quia verba regulæ sunt generalia, quæcunque, de quibuscunque, vt dictum est supra nume. 2. vnde non mirum, si etiam dicta beneficia comprehẽ
15 dantur, Pauin. super extrauagant. execrabilis in Glos. super verbo disponere, Glos. in clem. 2. in verb. quod
16 cunque, de vit. & honest. cleric. nam verba † generalia posita in constitutionibus omnia includũt, l. Iulianus ff. de legat. 3. la procuratore, ff. mandat. l. quæsitum, §. item si fundum, ff. de fund. instr. etiam si maior ratio esset in vno, quam in alio casu, Dec. in l. 1. in 1. dect. n. 9. & in 2. dect. num. 33. Casent. quæ pro eo inter. & est
* * communis conclusio.

17 Secundo, quia cum † agatur ad obuiandas fraudes,
* vt* communiter Doctores, & dicetur suo loco, late
18 debet fieri interpretatio Bald. in auth. ingressi, nume. 24. C. de sacro sanct. Eccles. Alex. cons. 171. col. 2. lib. 7. Caputaq. decis. 315. parte 3. & sic vt comprehendat hæc beneficia.

Tertio, quia in his beneficijs iuris patronatus viget ratio fraudis considerata per regulam Cancellariæ, & per dictas constitutiones Pij V. & Greg. XIII. ne resignans in periculum animæ suæ in beneficio re
signato intrusus remaneat, fructus male percipiendo & ne contrahentes cum resignante, tanquam cum vero beneficiato decipiantur, & fraudentur, & ne oc cultetur vacatio beneficij, & ne de beneficijs dispona tur per successionem. ergo idem ius militare debet, l. illud. ff. ad legem Aquil. Ex quo respondetur ad primum argumentum adductum pro contraria opinio ne, nam quamuis sit exorbitans a iure communi regula, tamẽ quia militat in dictis beneficijs de iure patronatus eadem ratio, quæ militat in alijs, ideo exten
19 sio † potest fieri. Doctores in authent. quas actiones, C. de sacr. sanct. Eccles. Tiraquell. de retract. consanguin. §. 20. Glos. 1. num. 2. quia extensio, quæ sit
20 ex identitate rationis, non dicitur † extensio, sed magis intentio Beninca. s. in §. omnium, nu. 244. & in §.
21 actionum, num. 163. Instit. de act. & † comprehensio, Dec. cons. 284. col. 2. Card. Paris. cons. 88. num. 21. volum. 3. & cons. 69. num. 3. volum. 4. Cranett. consilio 118. num. 4.

Ad secundum respondetur, quod, esto, quod cesset illa ratio præiudicij ordinarij, tamen cum plures sint rationes ob quas requiritur publicatio in rrsigna tionibus beneficiorum, vt per Sarn. dicta regul. q. 3. num. 8. & per Pium V. in dict. constit. in principio, & eque principales, vt scribit Caputaq. d. decis. 36. num. 6. par. 3. quæ vigent vt supra dictum est, remanet dispositio fundata in his rationibus, quæ † non cessant, sed vigent, §. affinitatis, Instit. de Nupt. viget enim ratio fraudis, quæ principaliter consideratur.

23 Ad tertium respondetur, quod † verbum Collatio, cum ponitur in lege, tunc institutionem, & omnem modum prouidendi comprehendit, secus in impetrationibus, vt optime ponit Caputaq. d. decis. 36. num. 16. par. 3. & est Glos. ordinaria, in clem. 1. in verb. conferatur, ad fi. de rer. pmut. & ibi Card. Zabarell. q. 22.
* Imol. col. 3. vers. vlt. quærit. & est* communis opinio doctorum.

Nec obstat illud consilium Dec. quia reprobatur per Prob. in addit. ad Io. Monac. in d. c. cum in illis, n. 54. per duas columnas sequentes de præben. lib. 6. Rebuff. in tract. nomin. q. 16. Sarn. in quibusdam suis addit. ad q. 17. de infir. resignant.

Et hoc hodie nullum habet dubium. nam expresse cauetur in d. const. 87. Gregorij XIII. in §. cæterum, in vers. de quibuscunq; Ecclesijs, ibi. *Ac etiam de iure patronatus laicorum illustrium, & alias quomodocunque existentibus.*

Tertium dubium, An resignatio beneficiorũ Cõsistorialium sit publicanda? Rot. † tenuit* negatiuam
24 * opinionem tempore And. Gammar. teste Sarn. de in firm. resign. quæst. 14. num. 3. & alias, teste eod. Sarn. de publican. q. 5.

Contrarium tamen colligitur ex dicta constitutione 182. Pij V. ibi, *Et præmissa omnia, & singula, etiã in quibuslibet beneficijs Consistorialibus.* ergo etiam renunciatio beneficij Consistorialis est publicanda.

Quid dicendum? pro resolutione constituo tres
25 casus. Primus est † in cessione Episcopatus, & Archi-
* episcopatus, & in hoc dicas* communem conclusionem esse, negatiue non requiri publicationem, vt tradit Rebuff. in prax. regul. de publican. glos. 1. in fin. &
* ita* communiter de stylo tota die practicatur, quia in his cessat ratio fraudis, vt infra dicetur. Secundus est casus in alijs beneficijs minoribus Consistorialibus, vt puta Abbatia, & similibus, quæ etsi sint consistorialia,

storialia,solent prouideri, & prouidentur extra Consistorium,& hoc casu dicendum est, cessionem præ-
26 dictam esse publicandam,& in his terminis procedit constitutio Pij V.& hoc eo magis obligetur ex cõstitutione prædicta 87.Gregorij XIII.in §.cæterũ, ibi. *Et de quibus in Consistorio nostro disponi consueuit, seu debet,quæ posthac ex quacunque causa fient, & per nos,& per dictos successores, extra tamen dictũ Consistorium admittentur.*

Tertius,& vltimus est casus in dictis beneficijs Cõsistorialibus,quæ tantum† in Consistorio prouidentur.nam in cessionibus dictorum beneficiorum non requiritur publicatio, & in his terminis procedit de
* cessio Rotæ supra allegata,& Sarn.*& tradita per Rebuff.dict.Gloss.1.& * communis opinio.ratio est,qa cum dicta beneficia renuncientur in Consistorio, vt per Lap.alleg.84.colum.penul. Mandos. de annal.q.
28 16.& sic cum fiant † in præsentia Principis, satis dicitur facta publicatio,arg.l.omnium.C.de testam. nam quein Consistorio prouidentur per cedulam,nõ autem per supplicationem. vnde cum cesset ratio fraudis,cessat dispositio.Accedit,quia Consistorialia†nõ
29 veniunt in simplici dispositione,Lap.dict.allegat.84. num.12.Mandos.dict.quæst. 16. de ann. & ita hodie seruatur.

Quartum dubium, An cessio & renunciatio beneficij † electiui sit publicanda? Respondeatur affirmatiue,
30 vt clare,& expresse dicitur in dicta const.87.Gregor. XIII.§.ceterum,ibi.*Et electiuis,& manualibus*,quia viget eadem ratio fraudis.

Quintum dubium, An renunciatio beneficij litigiosi
* sit publicanda?Communis* opinio,approbata
31 a stylo, est † affirmatiua;vt expresse traditur in dicta constitutione 182.Pij V.ibi, *Et præmissa omnia, & singula,etiam in quibuslibet beneficijs Consistorialibus,& vt præfertur litigiosis,&c.*& alias coram Illu
* strissimo Cardinali Aldobrandino in vna*Pampilio
32 nen.15.Maij,1573.fuit resolutum,† constitutionem hanc loqui etiam de beneficijs, quorum possessio nõ est litigiosa,quia implicat.& in dicta const.87. Gregorij XIII.ibi,*Et aliàs quomodocunque existẽtibus, siue pacificis,siue in petitione, siue in possessorio litigiosis*.Ex quo nota,siue lis sit in petitorio,siue in possessorio,publicatio nihilominus est facienda, & hoc
33 est notabile,nam vitiũ litigiosi excusat† a promotione,Glos.in c.licet canon.in §.1.verb.annum,de elec.
34 in 6.& quæ dicatur †possessio pacifica, vide p Cassad. decis.8.& 9.de caus.poss.& propriet.

35 Sed dubium est,An lis†debeat *finiri* cum resignante,vel resignatario?Hanc quæstionem terminat Gregorius XIII.dict.constitu87.in §.Sed ne dicens, *Sed ne in beneficijs super possessione, vel proprietate litigiosis,litis prosequutio turbari valeat, vel differri in causis huiusmodi contra cedentem ad vlteriora, etiã ad sententiam diffinitiuam,& rem iudicatam, ac illius exequutionem quousque ille,qui gratiam ex resignatione,seu cessione,aut ex omissa forma publicationis huiusmodi obtinuit,ad causam per se, vel per procuratorem legitimum accesserit,litemque huiusmodi susceperit,eodem modo,& ordine procedi possit, quo potuisset legitime,si cessio huiusmodi facta non fuisset & quicquid interim,sic procedendo decretum fuerit sine cum cedente,siue contra eum,etiam post quam ipse, vel quius alius incumbentia, secundum prædicta præstiterit,non solum circa fructus,sed circa possessionem,& ipsum ius,quod cessum est, valeat omnino, & vim obtineat,illumq; ipsum, cui gratia facta est, non minus afficiat,quam si ipso legitime citato contra eum decretum expeditum fuisset, nec ipse aduersus hæc prætextu non acceptatæ gratiæ,vel etiã ignoratæ,aut citationis,vel intimationis, executioni contra ipsum minime demandatæ,alia ue ratione valeat excusari,possit tamen ipse etiam si in lite & causa huiusmodi subrogatus non sit,quandocunq;ad illius prosequutionem,& terminationem venire, &c.* Ex quibus verbis clarissime colligitur modus, & forma, & hic non omittam casum resolutum in Rota in una
* Tuden.*coram R.P.D. Seraphino 10. Iunij 1587. quod si quis prætendat beneficium vnitum, & litigat
36 cum eo, qui habet ius ex prouisione, si ille obtenta sententia fauorabili super† non existentia vnionis, cedat ad fauorem illius,qui prætendit vnionem,huiusmodi cessio est publicanda,& subiacet constitutioni
* Nec etiam alium casum decisum in vna* Perusin.4. Nouembris 1558.quod si fuit resignatum beneficiũ
37 lite pendente,& resignatarius fuit subrogatus†gratio se,etiam quo ad possessionem,si illam non apprehenderit, & non publicauerit, si moriatur resignans,& alter subrogatur,iste præfertur, teste Cotta decisio. 181.manuscr.

Penultimum dubium est,An hæc constitutio Greg. XIII.de publican.comprehendat Hospitalia?
38 Et quia Hospitalia, † vel dantur in titulum, vel in administrationem,vt per Feder.de Sen.const.130.Pauin.de offic.& potest.c.sed.vacan.par.2.q.1.nu.5. Rebuff.de pacif.possess.num.81.& 82.& in trac.de nom. q.115.per Mandos.q.10.num.2.cum seq. post Sarn. p
* eum allegat.& alios* communiter.

39 In titulum dantur, quando in fundatione dictum est,vel quando per electionem prouidentur, ad nor. in clem.quia cõtingit,§.vt autem de religios. domib. Glos.pragma.de consuet.§.statuit.

40 In administrationem †dantur,quoties deputantur hospitalarij in regimen,qui tutoribus,& curatoribus æquiparantur.Gemin.const.89.num.5.Socin.sen.cõsilio 181.num.1.lib.2.& hæc hospitalia,vt plurimum sunt manualia,Card.const.117.num. 1. Mandol.reg. 1.de referu.q.10.num.4 puta,quia constitutio,& destitutio fit per homines ipsius confraternitatis, vt in
42 casu Calder.const.4.de religios.domib. vbi ponit† signa ecclesiasticitatis in hospitale,de quibus signis tu vide Lap.alleg.42.Card.consil.11.Feder.de Sen.consilio 130.Abb.in dispu.3.numero 13.ad fin.& in capetentibus in principio de priuileg. & in cap.vltimo de censib.Petr. de Perus.in tract. de Canon. episcopal.quæst.8.Imol.in cap.officij,de testam.Archid.in cap.nemo,de consecr.distinct.1.Roman. consil.477. num.13.Innoc.& Abb.in cap. inter dilectos, de donat.Io.Sclu.de benefic.part.1.quæst.6. Felin. in cap. de quarta,de præscrip.Ideo diffinguendum est. Si loquimur primo casu,de hospitalibus,quæ dantur † in
43 titulum, concludendum est affirmatiue, omissa disputatione, comprehendi sub hac constitutione,ita
* fuit tentum* in Rota coram bon. memor. Cantuccio die veneris,14. Aprilis,1581. in vna Aquilanen. Prioratus,vbi quidam Ascanius de anno 1559. resignauerat Hospitale,quod habebat, in manibus præceptoris sancti Spiritus de Vrbe,; tunc temporis existentis,ad quem collatio dicti Hospitalis spectabat, & spectat,sed cum non fuisset facta publicatio a resignatario,fuit tentum collationem esse nullã, & Hospitalia,quæ dantur in titulum,comprehendi sub cõstitutione Pij Vide public.omnes tenuerunt. Ratio, quia,quoties dantur in titulum,tunc veniunt appella-

tione

44 tione†beneficij,& ideo regula de annal. habet locum hoc casu,pro ut concludit Mandos.in d.reg.q. 10. & in eadem causa 28.Ianuarij,1583.

Si vero loquimur de Hospitalibus, quæ dantur in administrationem, hoc casu videtur dicendum non
45 comprehendi, quia talia non veniunt † appellatione beneficij,clement. quia contingit §.vt autem, de religios.domib.clement.per litteras, de præbend. vbi litteræ Apostolicæ super prouisionibus non comprehendunt hospitalia,vbi Anchar. post alios num.1. & 5.Felin.in cap.de quarta num. 14. de præscrip. Dec. sub numero 65.sub num.2.Bonifac.de Vital. in clement.dispendiosam num.31.de Iudic.Federi.de Sen. const.280.Aeneas de Falcon. in tract.referu. in 3.qu. princ.ante fin.num.33.Sarn.de grat.expectat. nume. 93.Gig.de pens.quæst.28.num.6.Card.const.117.Ne
46 quæ appellatione officiorum † veniunt dicta Hospitalia,Vital.in d.Clem.dispendiosam,num.30.& 31. de iud.Card.ibid.num.11.& in clement.quia contingit, numero 39. de religios. domibus cum ergo non sit facta mentio de Hospitalibus,sequitur &c.Card. cõsil.119.num.1.

Secundo, quia Bulla Gregorij loquitur de beneficijs quæ dantur in titulum,cum annullet prouisiones collationes,& similes gratias.ergo &c.

His tamen non obstantibus; contraria opinio est
47 * verior,quam tenuit Rot.*in vna†Regien.Hospitalis veneris 13. Nouembris 1587. coram R.P. D. Bubalo.namque Berardinus Broiardus resignauit Hospitale in manibus Papæ,qui de illo prouisit Octauio Broiardo iuxta formam clem. quia contingit de religios. domib.Sed cum hæc resignatio non fuisset publicata, quidam prætendebat vacare iuxta constitutionem Gregorij XIII.de publican.Domini tenuerunt, quod vacauerit, & sic quod dicta constitutio habeat locum etiam in Hospitalibus, quæ dantur in administrationem, & cum hæc causa fuisset denuo proposita,post longam disputationem, tandem die veneris 3.Iunij 1588.fuit tentum idem, constitutione ante dicta comprehendi Hospitalia huiusmodi.
48 Cum eadem † constitutio sit fauorabilis,quia obuiat
* fraudibus,vt fuit resolutum in vna* Sabinen.beneficiorum de anno 1586.coram R.P.D. Giplio, & in
49 materia fauorabili appellatione beneficiorum†ecclesiasticorum veniunt etiam Hospitalia solita concedi laicis in administrationem,vt post Lap. tradit Anch. in clem.dispendiosam numer.2.in 4.not.de iudic.ubi Card.quæst.3.in fi.dicit hanc opinionem tutiorem. Felin.late in dict.cap.de quarta num. 15. & 16. Sclu. de Benefic. p.1.quæst.3.num.9.Lambert. de iur. patron.artic.11.q.11.par.1.lib.1.num.4.cum alijs,vt per Mandos.in regul.de benefic. vacant. per promot. q. 5.num.2.

Hinc dicit Collect.in ca.vlt.21.q.de fortileg.quod
50 * temporibus suis* curia traxit † iura loquentia de beneficijs ad Hospitalia. Hinc dicit Felin.in dict. cap.
* de quarta numer.16.resolutum in Rota* quod licet
51 regula de benefic.vacant. † per promotionem, videatur pœnalis,tamen quia est obuiatiua fraudibus, (vt hæc constitutio) comprehendit Hospitalia, de quo
52 Mand.dict.regul.alleg.q. 10. namque Hospitale † est titulus non omnino profanus Bellam.tit.de permut. benef.q.3.nu.2.immo ecclesiasticus Petr. de Vbald. de permut.benefic.numer.8.fol.mihi 184.Gamb.de auct.legat.a later.tit.de potest.legat.circa Hospit.numero 29.

Secundo,Accedat, quia in his Hospitalibus militant rationes constitutionum, requirentium hanc formam publicationis,ad effectum,vt ordinarius certus
53 sit a quo petere debeat rationem † administrationis, iuxta decretum Concil.Trid.c.9.sess.22.de reforma-
54 tione,& quem debeant † visitare iuxta cap.8.eadem sess. 22.

55 An dispensent † fructus pauperibus; iuxta d.clem. quia contingit.

56 Et vt colonit sciant,quis sit rector,ad hoc,vt possint ei soluere pensiones iuxta consil. Roman. 433. num.2.Corn.consil.137.in fin.lib.3.Fel.in cap.cum dilecta num.13.vers.limita septimo de rescrip.ac etiam vt euitentur fraudes.ergo constitutio habebit locum in his Hospitalibus iuxta tradita per Vigel.in dialect. iur.libro 2.fol.mihi 312. & cum eadem sit ratio† dicitur hic casus comprehendi in verbis, & sic non ex extensione,l.his solis,C.de reuocan. donat.Dec.late in cap.at si clerici §.de adulterijs num.18.de iudic.& in c.2.requiris num.2.de appell.& consil.284.col.2.& consil.301. colum.2. Card.Paris.consil.83.numero 21. volum.3.& consil.69.num.3.volum.4.Crauett. consil. 118.num.15.

57 Hinc est,quod quando † ratio posita in lege;comprehendit plures casus,licet de vno ibi fiat mentio,il lud videtur factum exemplariter, & non restrictiue Tiraquel.in leg.si vnquam verb.liberis num.37.& de vtroque retract.§.20.num.2.& 3.Oldrad. consil.185.
58 in fin. ideo pariformiter dissonit † quo ad alios non expressos,in quibus militat Bald.in cap.dilectus filius colum.1.de rescript.Dec.consil.284.colum.2.Crauet. consil.183.colum.2.Corn.consil.177.num.5.volum.4. & sic hæ rationes comprehendunt Hospitalia data in titulum,sicuti data in administrationem.

Accedat tertio,quia, vt ex fundamento supra allegato patet,hæc est materia proportionabilis,cum mi
59 litent in relignatione Hospitalium eædem rationes, & in materia proportionabili†appellatione beneficiorum veniunt Hospitalia,Lap.in tract.de Hospital. q. 52.Gamb.dict.tract.de auctor.legat.a later.libr.5.de potestat.legat.circa Hospit.nu.27. Villadieg. in eod. tract.q.9.num.17.

Comprobatur quarto,quia verba constitutionis, Gregorij XIII.tam admodum prægnantia,& vniuer
60 salia de quibuscunque beneficijs,& officijs†ecclesiasticis,vnde etiam Hospitalia comprehendũtur,Sarn. in reg.de trien.q.7.num.3.Fel.in d.c.de quarta, & alij supra citati,Bal.consil.191.& 205.lib.1.cum alijs,vt p Crauett.consil.294.sub num.2.& consil.308.col.4.5.& 6.Alciat.in l.momentaneum.ff.de verb.signif.Tiraq. de retract.§.1.glos.7.num.20.& 21.

Ex quibus satis patet responsum ad allegata in cõtrarium.

* Vnde licet coram* Cantuccio fuerit facta distinctio de anno 1581.& 1583.inter Hospitalia, quæ dãtur in titulum,& administrationem,tamen in hac cã indistincte fuit hoc firmatum,& hoc est tenendum. Non obstat secundum, quod constitutio Gregorii annullet collationes,& alias gratias,&c.nãque respõ-
61 detur,quod etiam in Hospitalibus,quæ dantur†in administratione,expediuntur litteræ, prout in beneficijs, & sic etiam hoc casu potest gratia, & prouisio
62 annullari,cum prouisionis† nomẽ sit latissimum,Gl. in clem.vlt.verb.prouisioni† nomẽ sit latissimum,Gl. in clem.vlt.verb.prouisioni de elect.Card.in clemen. in plerisque,q.16.eod.tit.

Sed hic quæritur quia in dicta const. Greg.XIII. non fit mentio de Hospitalibus, si aliquis post dict. constitutionem,ante vero resolutionem Rotæ obti-

nuit Hospitale per resignationem, & consuluit peritos in Vrbe, qui ei dixerunt non teneri ad publicationem, an ex hoc fit excusatus, si non publicauit? Hic casus accidit in dicta Regiē. Hospitalis. namque dictus Octauius resignatarius non publicauit, quia periti ei dixerunt non teneri. Et quod esset excusandus adducebatur, quia cum non exprimantur Hospitalia in cōstitutione, & scribant Doctores non comprehendi in
63 materia, vbi de eis† non fit expressa mentio, Card. consil. 117. in princ. Cesal. cons. 27. num. 24. lib. 1. Sarn. de trienn. q. 7. sub. num. 3. cum alijs, & c. apparet, quod ver
64 samur in dispositione iuris dubij, ex cuius† errore qui
* libet excusatur, c. cum dilectus, & ibi omnes, *de consuet. & in c. si diligenti. de præscript. Ias. in l. iuris ignorantia, num. 2. C. qui admitt. & in l. 1. num. 19. C. de trā sact. Alex. cons. 10. sub num. 12. lib. 7. Crot. cons. 317. num. 27. lib. 3. Corp. cons. 187. num. 19. li. 3. Curt. Iun. cōs. 6. num. 22. Quæstio enim iuris dubij dicitur, quo-
65 ties† adest varietas opinionum (vt in casu nostro) Bar. in l. qui Romæ, §. duo fratres, num. 9. ff. de verb. obli.
66 Cuman. cons. 154. in fin. eo magis, cum habuerit† consilium peritorum, iuxta tradita per Bald. Iaso. Dec. & alios in dicta l. iuris ignorantia, C. qui admitt. Angel. in l. sed si lege, §. scire, ff. de petit. hæredit. Alex. consil. 76. num. 10. lib. 7. vbi late, Felin. in dict. cap. de quarta, sub num. 8. pro excusatione enim sufficit, quod adsit
67 opinio† alicuius doctoris, cui ille credere possit, Paul. de Castr. in dict. l. qui Romæ, §. duo fratres, in fin. Anchar. cons. 210. num. 1. in fin. Alex. dict. cons. 76. num. 10. l. b. 7. Dec. cons. 175. num. 6.

Accedit ad excusationem, quia talis error iuris du-
68 bij æquiparatur† errori facti, vt per Ias. in l. iuris igno-
69 rantia, C. qui admitt. & error † facti excusat, vt fuit dictum in vna Romana* de Incoronatis, 2. Iun. 1574.
* His tamen non obstantibus, cum hic casus fuisset
* propositus in Rota, *die veneris, 3. Iunij, 1588. corā
70 R. P. D. Bubalo fuit tentum Octauium † ex hoc non esse excusandum.

Ad quod primo facit, quia non datur excusatio,
71 prætextu iuris dubij, quoties aliquid† regitur de forma (vt est publicatio in casu nostro) Bal. in dict. l. iuris ignorantia, num. 4. C. qui admitt. vbi Alex. num. etiam 4. Dec. & alij* communiter, Barto. in l. 1. §. nunciatio, num. 35. Curt. nu. 90. Crot. nu. 90. de oper. nou. nunc. Roland. cons. 30. num. 8. cum plurib. sequen. li. 3. Dec. Pedemont. 86. nu. 4. Ioann. de Garz. in repetit. authē. eisdem pœnis, num. 3. C. de secund. nupt. Alex. consil. 163. num. 6. lib. 6. & cons. 7. num. 19. lib. 7. Natt. cons. 554. num. 10. & cons. 575. num. 23. & 586. num. 8. Bero. cons. 120. nume. 27. lib. 1. communi *opinio teste
72 Sforz. Odd. in tract. de rest. in integr. q. 9. art. 4. nu. 14. vbi infinitos citat, etiam si sit mulier, vel rusticus, nāhi non excusantur, si non fecerunt inuentarium infra statutum tempus, Natt. cons. 575. num. 23. Alciat. in l.
* venia num. 12. C. de in ius vocan. * communis tenet Tiraquell. de vtroque retracta. 2. part. §. 4. gloss. 4. numero 16. licuti neque excusatur, quis prætextu iuris
73 dubij in his, quæ† fauore publico introducta sunt, Pau. de Castr. in dict. l. iuris ignorantia, Alex. num. 4. Ias. nu
74 me. 17. & est casus noster, nec ad effectum † lucri, di. l.
* iu is, vbi communiter* Doctores, nec vbi potest† col-
75 ligi quę sit vera, & communis opinio Put. decis. 233. libro 3. quę omnia militant in casu nostro. namque cō
* munis* opinio est, vt etiam in materia pœnali com-
76 prehendantur† Hospitalia, vbi adest eadem ratio Ioā. Anan. in capitu. nulli, numero 7. vbi testatur de communi de rebus ecclesiast. non alienan. Calder. consilio
77 primo. de religios. domibus Felin. in dict. cap. de quarta, & vt dixi, quis non excusatur respectu iuris† dubij, quoties potest cognosci quæ sit communis, Put. dict. decisio. 233. libro 3. vnde ex hoc cessat illud de peritis tum etiam, quia id non releuat ad effectum, vt actus, qui debita forma non fuit factus, de iure valeat Sforz. Odd. dict. q. 9. late.

78 Accedat, quia dicta Constitutio Gregorij habet decretum, irritans, quod, quo ad nullitatem actus, ligat etiam ignorantes, capit. 1. de concess. præbend. capit. si eo tempore, vbi Gloss. de elect. in 6. Abb. in cap. Audiamus, numero 13. de restitut. spoliat. Alex. consi. 97. circa princi. lib. 5. cum infinitis alijs cumulatis per Gabriel. de clausul. concluf. 3. numero 1. cum sequen. vnde Hospitale resignatum absque publicatione vacauit, adeo vt alter illud impetrans acquisierit ius, quare iste non poterit admitti in præiudicium iuris iam quæsiti, prætextu huius iuris dubij argu. not. per Ias. in l. si emancipati. numer. primo. C. de iur. & fact. ignorant.

Hinc, quoties quis intendit acquirere ex sua igno
79 rantia, & sic agit de lucro captando, repellitur. nam nulla ignorantia† excusat. Crescent. decis. 181. prope fin. & sic tolluntur contraria.

Vltimum dubium, An resignatio beneficiorum regularium sit publicanda? Videtur dicēdum, quod nō, quia Regula, & constitutiones requirentes publica-
80 tionem debent intelligi de beneficijs perpetuis, capit. præcepta distinctio. 55. not. in ca. veniens, de filijs presbyter. cap. penult. de cleric. ægrotan. per quę hoc tradit, Calder. consil. 26. de prębend. Cassad. deci. 4. nu. 2.
81 de præben. & beneficia regularia† non sunt perpetua, sed manualia, & ad nutum reuocabilia, ca. cum ad monasterium, §. tales de stat. monach. clement. 1. §. ad hęc eod. clemen. vnica §. præmissa de supplen. prælat. negligen. Mil. in repert. verbo beneficia regularia late Silu. de benef. p. 3. quæst. 21. num. 2. Mandos. in regul. 3. reseru. q. 10. num. 5.

82 Hinc in reseruatione† beneficiorum beneficia regularia non comprehenduntur, vt concludit Aeneas de Falconib. tra. referuat. q. 3. princ. num. 29. vers. beneficia regularia, sicuti† neque manualia, cōcludit Cald. d.
83 cons. 26. de præb. Achil. decis. 2. de benefic. Rebuff. de pacific. poss. nu. 273. & in reg. 2. canc. vers. item nō cōprehenduntur, Io. Selu. de benef. c. 3. quæst. 68. & 69.
. * & communiter* Doctores, Parisien. consil. 44. volumine 4.

84 Hinc manualia † non comprehenduntur in regula de annali, vt fuit* tentum in Rota 23. Iunij 1549. coram Hieronymo Nouato in vna Albinganen. cappellaniæ teste Mandos. in dict. regul. q. 11. nume. 5. sicuti
85 nequet manualia comprehenduntur in regula de triennali Mocdan. decis. 169. alias 340. &c.

His tamen non obstantib. contraria opinio est ve
86 rior, vt scilicet beneficia etiam† regularia comprehendant in hac constitutione Gregorij XIII. pro vt fuit
* tētū in Rot.* die veneris 28. Iunij 1583. in vna Aquil. prioratus corā bo. mem. Cantuccio vt hētur dec. 739. p. 1. & tenet Rebuff. in reg. de publ. gl. 1. & nouissime Anastas. Germon. de indul. §. regularia, n. 35. Quia d. constitutio loquitur de quibuscunque beneficijs, &
87 appellatione† beneficiorū veniunt nedum beneficia se-
88 cularia, sed ēt regularia, sicut sub noīe canonicatus† venit ēt canonicatus regularis, Gl. in clem. 2. de Iud. vbi Card. q. 5. nu. 13. Imol. nu. 3. & communiter Fel. in capostulasti nu. 4. in fi. de rescr. Rebuff. in prax. titu. quis sit, & quot mod. c. benefi. nu. 10.

Secundo

Secundo quia sub regula de infirmis resign. quæ
89 loquitur simpliciter de † beneficijs, comprehēduntur beneficia, regularia Rebuff. in eadem regul. de infir. gloss. 5. in fi.

Tertio, quia, si constitutio hæc habet locum in cessione iuris, multo magis in beneficijs regularibus.

Quarto, quia rationes regulæ, vt fraudes tollātur, ne resignantes fructus indebite percipiant, & ne cum illis, contrahentes decipiātur, vt late dixi in principio habent locum etiam in beneficijs regularibus, vnde
90 absque dubio de eis† constitutio loquitur. Dec. cons. 284. col. 2. Crauett. cons. 183. col. 2. cum alijs adductis per Rim. iun. in principio Instit. de donat. num. 273. & 625.

Quinto, & vltimo, quia hoc expresse cauetur in d. const. Greg. §. cæterum, ibi, *De quibuscunque Ecclesiis, Monasterijs, Prioratibus tam virorum, quā mulierum, &c.* & ibi *quorumuis ordinum, etiam militiarum regularibus, & electiuis, & manualibus.*

Non obstant contraria, ad primum enim respon-
91 detur, quod licet hæc beneficia regularia sint regulariter manualia, tamen possunt esse perpetua, considerato, quod Prælatus forsan nō amouebit eorum possessores, vt in specie tradit Rebuff. de nominand. q. 9. sub. num. 27. Bonifa. de Viral. in clem. 1. §. in quibus, num. 3. de supplen. prælat. negl. Gamb. de potest. legat. a later. lib. 4. num. 13. in fi. & 14. 15. & 16. Selu. de benefic. p. 3. q. 21. num. 3. circa med. immo vult Gamb. loc. cit. manualia regularia esse in se perpetua, licet secus sit in manualibus sæcularibus allegat decis. Bellam. 207. col. 2. vers. non obstat, & Mandos. reg. 3. reseruat. q. 11. num. 3. dicit regularia de sui natura non perpetua effici perpetua, &c. sicut sæcularia beneficia
92 quæ de sui natura sunt † perpetua, c. satis peruersum, dist. 56. Glos. 1. in c. pastoralis. 7. q. 1. c. vnico de Cappell. Monach. lib. 6. Card. cons. 57. Lap. alleg. q. Card.
93 Parisi. cons. 119. num. 16. vol. 4. aliquando † consueuerunt effici temporalia, Card. d. cons. 57. Cassad. decis. 4. & decis. 12. de præb. Abb. in c. si cōstiterit, in 1. not. & ibi Fel. de Iud. Hinc videmus, Prioratus, & Abbatias regulares, vt plurimum hodie dari in perpetuum.

94 Secundo respōdetur, quod cum ista beneficia manualia vacent per obitum, vel per amotionem, vt per Glos. in clem. 1. verb. reuocari, quā ibi sequitur Card. §. præmissa, q. 5. num. 8. Imol. nu. 44. Bonifa. de Vitall. num. 9. de suppl. prælat. negligi. ita possunt vacare per resignationem, qua vacatione stante, intrat constitu-
tio propter rationes, &c.

Non obstat, quod in reseruationibus non veniunt manualia, quia illud ideo contingit; quia Papa non cē
95 setur velle mutare † naturam beneficij, vt de manuali efficiatur perpetuū, Cald. d. cons. 26. de præb. Cassad. decis. 4. de præb. & late habetur per Gambar. decis. 1. Marcus Antonius in manuscr.

Non obstat, quod in beneficijs manualibus nō ha
96 beat locum regula de Annal. & Triennal. quia possidens beneficium manuale non potest iuuari dictis regulis, quia† posset amoueri ad nutum superioris, Mocdan. d. decis. 169. alias 340.

97 Ex quo colligitur, † manualia posse renunciari, vt
* dicitur in d. decis.* Rotæ coram Bubalo.

Et hæc decisio fuit confirmata in eadem causa, & coram eodem, die Mercurij, 1. Februarij 1584. non
98 obstantibus aliquibus rationibus, quæ in contrariū allegabantur, & primo, quod non intraret † constitutio, ex quo (secundum ipsam) publicatio sit facienda in Ecclesia Cathedrali, vel Metropolitana, cui beneficium immediate subest, & ille Prioratus non subijcitur alicui Ecclesiæ Cathedrali, vel Metropolitanæ, sed solum magno Hospitali, quia fuit per Dominos de Rota optime responsum nihil prohibere, quin publicatio fiat in Ecclesia ipsius Prioratus. vnde idē erit in alijs beneficijs huius generis.

Secundo, quod Prioratus non esset collatus in titu
96 lum, cum obtinens illum nō emiserit† votum paupertatis, pro ut in alijs religionibus, clement. 2. vbi Glos. de rescript. Moedan. decis. 169. in manuscr. namque
* Rota contrarium * confirmauit, scilicet, huiusmodi
100 beneficia regularia† dari in titulum, & per consequēs intrare constitutionem de public. nam solet in prouisione dici, tibi conferimus, & de illo etiam, tibi prouidemus, teq; in illius verum, certum, & legitimum priorem, administrātorem, & rectorem facimus, cōstituimus, & deputamus.

Nec obstant illa verba apponi solita, curam, regimen, & administrationem committimus, quia conueniunt etiam titulo, cum beneficium, quod confertur
101 † dicatur etiam committi, cap. cum in illis, in principio, de præbend. libro 6. clement. 1. de supplen. prælat. neglig. clement. ne in agro, de stat. monach. nec
102 repugnat voto paupertatis † habere peculium ex permissu Superioris, cap. 2. vbi Abb. num. 4. de stat. monach. Siluest. in verb. Religio, el 6. num. 7. vers. fin autem, & quia, cum hæc beneficia sint ad nutum amouibilia, is, qui ea obtinet est semper paratus dimittere quando Superior voluerit, & sic non repugnant voto paupertatis, & quod habere proprium non sit con-
103 tra votum paupertatis apparet, quia Prior † non potest ab Abbate sine causa remoueri, cap. 2. in fi. & ibi Doctores de stat. monach. & ob id regulares possunt
104 † disponere de fructibus beneficiorum regularium, sicut clerici sæculares de fructibus beneficiorum regularium, Nauarr. in c. cui non dicatis, num. 42. 12. q. 1. & in Apolog. q. 1. mon. 8. num. 4. & 1. Card. in clem. 2. §. sed tales, in 1. not. de vit. & honest. cleric. & in clē. gratiæ, col. pen. de rescr.

105 Hinc † Abbas est intitulatus in Abbatia, etiam regulari, c. cupientes, de elect. lib. 9. & hæc decisio nunc est impressa Venetijs inter diuersas, p. 1. num. 772.

106 Amplia, vt etiam resignatio† præceptoriæ Religionis Hierosolymitanæ fit publicanda, vt colligitur ex verbis amplissimis huius constitutionis, & fuit re
* solutum *in Rota in vna Segobien. Præstimonij, 16. Iunij 1589. coram R. P. D. Mantica Auditore Rotæ doctissimo. Limita non procedere in † dimissioni
107 bus, quæ fiunt intra tempus vacantis, & mortuarij sine præcedente titulo, & collatione, vt fuit* resolutū
* in vna Tudertin. commenda, veneris 8. Iunij, 1590. coram R. P. D. Pamphilio Auditore Rotæ integerrimo, & nunquam satis laudato, namque huiusmodi di
108 missiones non † inducunt nouam vacationem, sed potius habent vim non agnitionis, optionis, seu capimenti, quam resignationis veræ, & propriæ, & inducētis nouam vacationem, de qua loquitur Gregoriana constitutio, quia vt apparet ex statutis religionis, durante tempore vacantis, quod est a die obitus
109 equitis, vsque ad festum S. Ioannis Baptistæ, & mortuarij, quod est a dicto festo vsque ad aliud festū anni sequentis intra quod tempus de commenda nemini prouidetur, sed sola religio possidet, & percipit fructus, & istæ acceptationes commendarum vacantium, quæ fiunt pro capimento iure antianitatis, sunt variabiles, & sic acceptans commendam vacantem, intelligitur † eam acceptare sub conditione, qua-

tenus intra dictum tempus non variet aliam optãdo, quod accidit dicto casu, vnde actus euanuit, l item qa §.1.ff.de pact. Eoq; magis, quia huiusmodi dimissiones fiunt publice coram magno Magistro, & Consilio, vnde videtur cessare fraus a constitutione considerata, sicuti cessat in cessionibus factis in Consistorio coram Papa, & Cardinalibus, vt supra dixi.

Accedit, quia constitutio habet locum, cum quis vult capere beneficium ex resignatione, secus ex alia causa, quia tunc non tenetur publicare, quod cessat prædicto casu.

110 Et Magnus Magister Melitẽ. †potest cõferre quo libet quinquennio vnã commẽdam, vt habetur in Statutis Religionis in c.20.de cõmend. collatio autẽ reliquarũ pertinet ad Priorem, & Capitulũ, vt habetur in c.24.de commend. eodẽ libro, & fuit firmatum in
* vna* Reatin. commendæ coram R.P.D. Lancelloto,
112 nunc Cardinali Amplissimo. Et magnus† magister cũ conuentu exercet Iurisdictionẽ, Oldr. cõs. 128. Caputaq. decis. 219. n. 5. par. 1. †Prior aũt religionis solus ex
113 priuilegio administrat, vt fuit resolutũ in vna Melit. præminentiarum coram Guidob. 24. Aprilis, 1551.

SVMMARIVM.

1 *Resignatarij omnes tenentur publicare.*
2 *Officiales Curiæ tenentur publicare, cum eis resignantur beneficia.*
3 *Auditores Rotæ tenentur publicare.*
4 *Familiares Papæ tenentur publicare.*
5 *Cardinales tenentur publicare cum eis resignantur beneficia.*
6 *Cardinales cõprehenduntur sub regulis Cancellariæ.*
7 *Ratio fraudis an militet in Cardinalibus.*
8 *Cardinales comprehenduntur vbi agitur de vitanda fraude.*
9 *Cardinalis non differt a priuato in his quæ resipiunt animam.*
10 *Peccatum grauius ratione personæ peccantis.*
11 *Dispositio c. de multa, de præbend. comprehendit Cardinales.*
12 *Cardinales comprehenduntur sub clem. Auditor, de rescript.*
13 *Exempti tenentur publicare.*
14 *Papa est proximus Superior exemptorum.*
15 *Papa statuendo ligat etiam exemptos.*
16 *Exempti num habent iudicem.*
17 *In generali dispositione exempti comprehenduntur.*
18 *Generalis dispositio legis comprehendit omnes casus, & personas priuilegiatas.*
19 *Resignatarius secundus an teneatur omni casu publicare, etiam si primus publicauit.*
20 *Verba personalia verificantur in vna persona.*
21 *Terminus assignatus ad publicãdum currit pluribus, quibus idem beneficium resignatur.*
22 *Tot dilationes dandæ quot personæ.*
23 *In termino dato ad publicãdum resignatarius potest resignare.*
24 *Resoluto iure dantis, resoluitur & accipientis.*
25 *Impetrantes beneficia vacantia ob non publicationẽ tenentur publicare.*
26 *Subrogatus sapit naturam eius in cuius locum subrogatur.*
27 *Inter plures impetrantes beneficium ob non factam publicationem præfertur is qui prius publicauit, quamuis sit posterior in data.*
28 *Ille in quem transfertur pensio, nõ tenetur publicare.*
29 *Per translationem pensionis non transfertur titulus beneficij.*
30 *Per translationem pensionis non generatur præiudicium ordinario.*
31 *Pensio non est beneficium ecclesiasticum.*
32 *Appellatione beneficij non venit pensio.*
33 *Minores 14. annorum tenentur publicare.*
34 *Generalitas comprehendit omnes personas.*
35 *Tempus legis ad insinuandum non currit ignoranti.*
36 *Insinuatio requiritur, vt obuetur fraudibus.*
37 *Statutum de insinuatione donationis non potest renunciari.*
38 *Lex & statutum non operantur aduersus ignorantes.*
39 *Ignoranti non currit tempus adeundæ hæreditatis.*
40 *Tempus præfixum a statuto ad ponenda instrumenta in memorialibus non currit ignoranti.*
41 *Ignorans dicitur iuste impeditus.*
42 *Fraus non præsumitur in minore.*
43 *Tempus datum ad publicandas resignationes currit etiam aduersus minores ignorantes.*
44 *Decretum irritans ligat ignorantes.*
45 *Vbi agitur de fauore animarum tempus currit etiam aduersus ignorantes.*
46 *Præscriptio statutaria currit aduersus minorem.*
47 *Filius ignorans non faciens se promoueri non excusatur a pœna.*
48 *Pater retinens bullas beneficiales filij, an ei noceat.*
49 *Ignorantia non excusat, vbi est appositum decretum irritans.*
50 *Cessante vna ratione remanet dispositio fundata in reliquis.*
51 *Minori competit restitutio aduersus tempus quod cõtra ipsum currit.*
52 *Minor ignorans restituitur aduersus præscriptionem triginta annorum.*
53 *Minori competit restitutio aduersus statutum vbis de non petendo creditum infra quindecim annos.*
54 *Minor restituitur aduersus Iudicialia.*
55 *Minor restituitur aduersus tempus elapsum confectionis inuentarij.*
56 *Minor restituitur aduersus tempus decursum ad appellandum.*
57 *Minor restituitur aduersus præscriptiones statutarias, & consuetudinarias.*
58 *Minor restituitur aduersus testatoris mandatum.*
59 *Minor æquiparatur Ecclesiæ.*
60 *Ecclesia restituitur aduersus tempus decursum.*
61 *Minor non restituitur aduersus tempus elapsum, & datum ad publicandum beneficium resignatum.*
62 *Ob non publicationem amittitur omne ius.*
63 *Resignatarius tractat de lucro captando.*
64 *Minor non restituitur vbi tractat de lucro.*
65 *Minor non restituitur vbi non est læsus.*
66 *Ecclesia non restituitur nisi sit læsa.*
67 *Læsio minima an sit in consideratione.*
68 *Modica læsio non sufficit ad concedendam restitutionem.*
69 *Minor non restituitur aduersus omissam probationẽ nisi sit læsus.*
70 *Minor non restituitur aduersus omissionem dationis interrogatorioyum.*
71 *Nemo excusatur ob non adimpletam formam.*
72 *Magna differentia inter illum qui tractat de damno, & eum qui tractat de lucro.*
73 *Minor non restituitur cum res non est integra, & alteri ius est quæsitum.*

74 *Minor non restituitur aduersus malam expressionem re non integra.*
75 *Minor non restituitur cum damno tertij.*

QVAESTIO IV.

VARTO Quæro, qui tenentur publicare beneficia resignata? Communis* responsio est, omnes† resignatarios teneri, & ita de stylo practicatur, & firmant communiter Doct. & probatur expresse in verbis generalibus prægnantibus, & geminatis positis in dict. Constitutionibus Pij V. & Greg. XIII. adeo quod huiusmodi quæstio nullam patitur difficultat em. aliqua tamen dubia sunt excitanda pro resolutione quorundam casuum.

Et primum erit, an officiales Curiæ teneantur ad
2 publicationem resignationis? Respõde, teneri, † quod expressum est in Constitutione 181. Pij V. ibi, *Etiam in fauorẽ alicuius ex scriptoribus Apostolicis &c.* Et in Constitutione Gregorij XIII. §. nec, ibi. *Ac eorum, & nostris familiaribus, continuis, commensalib. nec non litterarum Apostolicarũ scriptorib. Abbreuiatoribus, cæterisque Romanæ Curiæ officialib. &c.*
3 Ex quibus verbis colligitur, †quod Auditores Rotæ, Referendarij, Scriptores Apostolici, Abbreuiatores,
4 Milites, & alij† familiares Papæ tenentur eorum resignationes publicare. quod etiam tradit Sarn. de publicand. quæst. 12. vers. circa primum. & ratio est, quia in his viget eadem ratio fraudis, ideo idem ius, l. illud, ff. ad leg. Aquil.

Secundum erit, an S.R.E. Cardinales teneantur publicare resignationes in eorum fauorem factas. Hic
* casus fuit propositus in Rota in vna * Conchen. Archidiaconatus coram Marsican. 22. Iunij 1541. & 24. Nouembris eiusdem anni, & post longam disputatio
5 nem† fuit resolutum teneri, teste Moedan. decis. 141. Magno, in manuscr. & teste Sarn. in addit. ad reg. dec. 64. in manuscr. teste etiam Put. decis. 195. lib. 1. attesta tur quoque Ptolomæus dec. 144. incip. Cum magna,
* & hanc opinionem dicit veram, &* æquiorem, Sarn. in reg. de publican. q. 12.

6 Et prima ratio est, quia Cardinales† comprehendũ tur sub regulis Cancellariæ, Butr. cons. 10. Gemin. in capit. 1. colum. 1. de Scilmat. lib. 6. Archidiacon. Ioan. Andreas, & alij in cap. nemo de inceps, de elect. eodẽ lib. 6. Felin. in rubr. de maior. & obedient. Idem Felin. in cap. ad aures, colum. 7. verfic. Octaua conclusio, de
* rescript. Cassado. super regul. quæst. 38. & est* communis opinio, teste Sarn. dict. decis. 64. quicquid in contrarium uoluerit Ancharan. cons. 297. Roman. consil. 498.

Secunda ratio est, quia requiritur publicatio, vt fraus, & dolus euitentur, quæ ratio magis militat in
7 Cardinalibus, quam in alijs, argum. cap. cum quidam,
8 de iur. iuran. nam vbi agitur de vitanda† fraude, Constitutio omnes comprehendit etiam Cardinales, cap. sciant cuncti, vbi Doctores, de elect. lib. 6. c. 1. de Scis
* mat lib. 6. communis* opinio, teste Caputaq. decisio. 211. lib. 1. in manusc. Et in his, quæ animam respiciũt
9 Cardinalis† non differt a quolibet alio populari, Bar. Balenzin. de charit. subsid. q. 66. late Sar. in proœm. re
10 gularum. nam quanto persona† dignior est, quæ peccat, tanto maior est legis pœna, vt habetur in l. presbyteros, C. de episc. & cler. c. principium, de pœn. d. 2. & quando agitur de annullatione actus, comprehendũtur & Card. Archid. & Gemin. in c. nemo, de elect. li.
11 6. hinc dispositio† c. de multa, de præb. comprehendit & Card. Abb. in ca. Ecclesia, el 2. in 2. not. de elect. &
* fuit decisum* in Rota de mẽse Nouemb. 1531. & die 3. †unij, 1538. teste Sarn. in proœm. reg. Cãcel. q. 4. col.
12 5. & 6. & ẽt sub clementina Auditor, de rescr. Bonifa. de Vital. ibi, col. 2, Fel. in c. ad aures. col. 7. vers. 8. cõclu
* sio. de rescrip. Oldrad. cons. 211. &* communiter Doctores.

Et hæc conclusio hodie est clarissima, exprimitur enim in d. Constit. Pij V. §. etiam, ibi. *Ac etiam in fauorem alicuius ex S.R.E. Cardinalibus hactenus factæ extiterint, ac etiam in futurum fieri, &c.* & in d. Constit. Gregorij XIII. ibi, *Et quibuscumque etiam S.R.E. Cardinalibus, acpiis locis quocumque priuilegio suffulti, &c.* & ibi, *Nec nõ indultis priuilegijs, & gratijs Apostolicis etiã prædictis Cardinalibus, &c.*

Tertium est dubium, an exempti teneantur publi-
* care resignationes in eorum fauorem factas? commu
13 nis* opinio est affirmatiua, †quæ primo probat ex generalitate dictarum Constitutionum.

Secundo, quia si comprehenduntur Cardinales, q̃ sunt exempti, & infinita habent priuilegia, vt per Alb. de Cardin. ergo & alij exempti inferiores, argu. auth. multo magis, C. de sacrosanct. Eccl.

14 Tertio, quia cum† solus Papa sit Prælatus, & proximus Superior exemptorum, c. nulla, di. 93. not. in c. auctoritate de priuile. li. 6. & in clem. 1. de reb. Eccl. non alien. Abb. in c. nihil de elect. ergo, cum Papa aliquid
15 generaliter statuit, ligat omnes subditos† suos, etiam exemptos, c. 1. de Constit. c. 1. de cens ib. nam licet oẽs
* sint Papæ subditi, vt est* communis, & recepta Theologorũ & canonistarum sententia, magis tamen illi su
16 biiciuntur exempti, cum alium† iudicem non habeãt, vt tradit latissime Sarn. de infir. resign. q. 4. & quamuis aliqui voluerint non comprehendi exemptos in generali dispositione, Anch. in c. 1. pp. de rescr. lib. 6. Dec.
* cons. 154. col. 7. tamen in contrarium* est communis
17 opinio, vt tenet. †Abb. in c. graue, de præb. Gemin. & Fran. in c. auctoritate, §. inhibemus, de priuile. li. 6. Generalis enim dispositio legis non solum casus, sed etiã
18 personas priuilegiatas comprehendit, Bald. per illum tex. in l. in fraudem, in fin. de testam. milit. cum alijs adductis per Dec. cons. 5. & in l. 1. num. 9. ff. de reg. iur. &
* est* communis opinio.

19 Quartum dubium est, An† secũdus resignatarius, seu cessionarius teneatur publicare? Pone quod aliqs cesserit, & resignauit i fauorẽ Petri, & iste Petrus retrocessit in fauorẽ Titij, an iste Titius secundus resignatarius teneaẽ publicare? Duo casus sunt distinguendi.

Primus, qñ primus resignatarius publicauit illã resignationem in sui fauorem factam, & hoc casu secun-
[* dus resignatarius non tenetur publicare, vt fuit* resolutum coram Put. in vna Pampilonen. Prioratus 26. Iunij 1551. teste Caputaq. decis. 35. par. 3. ex nota per Cassad. dec. 27. super reg. & sic ius secũdi resignatarij
* nõ extinguit ob nõ factã publicationẽ vt fuit* resolutũ 4. Februarij 1534. corã Aragonia in vna Toletan. Præstimoniorum, & in alia de anno 1533. teste Sarn. de public. q. 1. Crescen. decis. 227. Achil. decis. 704. qa
20 cum verba regulæ sint† personalia debent intelligi de primo, l. boues, §. hoc sermone, ff. de verb. sign.

Secundus est casus, quando primus non publicauit, vt quia cessit in tempore dato ad publicand. & hoc casu secundus tenetur publicare, ita Domini de
* Rota* dixerunt, teste Pelegrin. decisio. 303. libro ter-
* tio. contrarium tamen tenuit* Rot. in vna Tolet. Præ-

stimonij coram Sarn. teste Crescent. decis. 224. in ma
nuscr. Sed hodie quicquid sit de iure, & tenuit Rota
secũdus resignatarius tenetur publicare, siue primus,
publicauerit, siue non, vt expresse dicitur in d. Const.
Pij V. §. & præmissa, ibi. *Et resignatarios, & cessiona
rios ipsos infra dictum vnius, vel sex mensium spatiũ
cedere, vel retrocedere contingat locũ habere, & suũ
obtinere locum voluit, & expresse declarauit, & c.* &
in dicta Constitutione Greg. XIII. in principio, ibi.
*Pluresq; & quot quot in alium, vel alios cessiones, ac
etiam in ipsummet primum resignantem, vel cedentẽ
retrocessiones termino prædicto nondum elapso inter
cesserint, ita vt vnius duntaxat terminus omnibus
his successiuis cessionibus ac retrocessionibus decur-
rat, vt qui postremus gratiam habuerit publicationẽ
huiusmodi facere cæteraque omnia hic præscripta in
tra eundem terminum præstare teneatur & c.* Ex quo
collige, quod vltimus tenetur publicare, & vnicus ter
minus omnibus currit, quod iudicio Rotæ factũ fuit
ne fiat fraus legi, si singulis resignationib. singuli ses
menses assignarentur, alias enim darentur tot dilatio
22 nes, †quot sunt personæ, Tiraq. de retract. conuent. §.
2. Glos. vnica, num. 63. cum pluribus seq. ex quo etiã
23 collige, quod potest †quis resignare intra tempus da-
* tum ad publicandum, vt est communis* omnium sen
tentia, & colligitur ex Cassad. d. decis. 27. super reg. &
secundus resignatarius tenebitur publicare, vt clarissime in locis allegatis dicitur, & tenet Rebuff. in 2. cõ
* me. reg. de public. q. 16. vers. item si, & est* communis
24 opinio in stylo, nam †resoluto iure dantis resoluitur,
& accipientis, l. lex vectigalis, ff. de pignorib. Bal. in l.
2. in q. 13. C. de rescind. vend. ita in simili non valet se
cunda collatio ratione subreptionis, & fraudulẽtæ re
signationis, Oldr. cons. 324. factum, col. 3. Rebuff. in
concord. de collat. Glos. vacantia, §. volumus.

25 Quintum dubium, An impetrantes† beneficia va-
cantia ob non publicationem teneãtur ad publicatio
nem gratię? Respondetur teneri, ac si habuissent per resi
gnationem, vt voluit felic. record. Greg. XIII. in dict.
Const. 87. ibi, *Et quicumque sic impetrans, aut gratiã
etiam motu simili habens præfinitum cuique casui tẽ
pus prædictũ a data concessionis gratiæ sibi factæ hu
iusmodi, ac omnia, quæ cadens a iure prædicto debe-
bat, præstare teneatur*, & ratio est, quia cum iste per
impetrationem factam succedat, & subrogetur in lo
cum illius resignatarij, & subrogatus sapiat naturam
26 ciusin cuius locum subrogatur, §. fuerat, inst. de act.
sequitur debere publicare, namque etiam in hoc vi-
get ratio, vt parochiani cognoscant suum Prælatum,
vt supra dixi.

Sed dubium poterat fieri si plures impetrauerint
ob non publicationem quis præferatur? Ideo in dic.
27 Const. Greg. decidit hic casus per hęc verba, *Et† si
pluribus† gratiam huiusmodi fieri contigerit, is præ
omnibus obtineat, qui primus publicationem suæ im
petrationis fecerit, & possessionẽ adeptus fuerit, aut
petierit, omniaque requisita prædicta adimpleuerit,
quamuis in data sit postremus, & possessio ab alio in
publicando negligentior prius apprehẽsa fuerit, vel
posita, & c.* & hic casus est valde notabilis, quia non
attenditur data, & possessio, sed publicatio.

28 Sextum est dubium, an ille, in quem † transfertur
* pensio, teneatur ad publicandum? communis* opinio
* & in* praxi recepta est negatiua, secundum quam in
terrogatus respondit Cassad. teste Sarn. de pubblq. ro.
& est ratio, quia requiritur publicatio ad vitãdas frau
des, quę per clandestinas renunciationes quotidie fie
bant, in præiudicium expectantium, Ordinariorum,
& in animarum iniuste beneficia renunciata occupã
tium graue detrimentum, & periculũ, quæ ratio ces-
sat in renunciatione, & translatione pensionis, nam
29 per talem renunciationem non† transfertur titulus be
neficij, neq; aliqua administratio, vel iurisdictio in ec
30 clesia, nullumque generatur præiudicium† ordinario
expectantibus, aut populo, nil enim ad hos, ergo hoc
casu cessabit publicatio, arg. c. cum cessante, de appel.
Secundo, quia nihil de eo, cui transfertur pensio in d.
Const. Pij V. & Greg. XIII. minus in regula Cãcel. im
mo contrarium videntur velle, tum quia dicunt publi
cationem faciendam in Ecclesia, quod non potest in
pensione verificari, tum etiam, quia loquuntur de be
31 neficijs, & pensio† non est beneficium Ecclesiasticũ,
c. quamuis, el. 1. de præb. lib. 6. vbi quando mandatur
alicui prouideri de beneficijs; vigore dicti mãdati nõ
potest prouideri de pẽsione, & ibi Gem. notat, quod
32 appellatione beneficij† nõ venit pensio, Pet. de Anch.
in 3. not. Io. Selu. de benef. p. 1. q. 3. nu. 11. vbi attesta-
* tur hanc esse communem, de* communi etiã attesta
tur Alfonsi. Hoied. in tract. de incõpat. benef. in præs.
1. p. num. 3. quamuis contrarium voluerit Barb. in c.
ad audientiam, el 2. de reser. ex quatuor fundamentis,
quibus respondet Gig. de pens. q. 28. Hoied. d. tract.
p. 2. c. 7. a num. 6. vsque ad num. 11.

33 Septimum dubium, an minores† teneantur publi-
* care beneficia eis resignata? Communis* opinio est
affirmatiua, quia verba Const. Greg. XIII. sunt admo
34 dum prægnantia, & generalia, quę omnes personas in
cludunt, vt late per Crauett. cons. 294. num. 1. & nu. 2.
& cons. 308. col. 4. 5. & 6. & cons. 290. num. 4. & cons.
297. per totum, ac etiam ratio Const. vt delictis ob-
uietur est generalis, l. cum pater, §. dulcissimis, ff. de
leg. 2. & hæc conclusio intelligenda est prę†suppositio,
quod fuerit per Summum Pontificem dispensatum
cũ minoribus ad huiusmodi beneficia eis resignata.

Dubium tamẽ est, an tempus assignatum ad publi
candum currat minori 14. ann. cui collatum est bene
ficium, pẽsupponendo ignorantiam ex parte minoris?

Et quidem prima facie videtur dicendum negati-
ue. Primo ex doctrina Bal. in l. annus aũt, ff. de calum
35 niat. vbi tenet† quod tẽpus inductũ a statuto ad faciẽ
dam insinuationem donationis, non currit ignorãti,
36 & nemini dubium † est illud statutum fuisse factum
ad obuiandum fraudibus, vt per Cast. in l. illud. C. de
sacr. sanct. Eccles. Aret. in §. 1. Inst. de don. Bart. in l.
Modestinus, quem refert, & sequitur Rim. Iun. in §.
1. num. 158. Inst. de don. & n. 239. est tex. in l. data, C.
37 de don. ideo† non potest renunciari, Alex. in l. nemo
potest, num. 12. Ias. num. 41. Crot. num. 21. Rip. num.
47. Aquen. num. 21. ff. de legat. 1. Fel. in cĩsi diligenti,
num. 11. de for. compet. Soc. Sen. cons. 77. col. 5. libr.
* 1. Canar. in tract. in fin. 2. p. q. 29. communis* opinio
teste Rim. d. §. 1. num. 238.

Secundo, quia regulariter tempus statutum a lege,
38 vel statuto non currit† aduersus ignorantẽ, Alex. in l.
quãdiu, C. qui admitti, & nu. 4. Bal. in c. licet. de suppl.
præla. negl. Pet. de Anch. in c. canonũ statuta, in vers.
alibi, de Const. Bar. in l. genero, ff. de his q not. in fam.
Alex. cons. 34. col. vlt. lib. 1. Rom. cons. 228. Fel. in ca.
quærente. de offic. deleg. Hinc ignoranti non currit
39 tempus† ad eundę hereditatis, vt late prosequitur post
Bal. Sal. in d. l. quamdiu, vbi Dec. nu. 26. C. qui admit.
40 Hinc tempus† a statuto præfixum ad ponenda in-
strumenta in memorialibus non currit ignoranti,
Bal. in dict. l. quamdiu, Idem Bald. in l. item veniunt,
§. cum

§. cum ante, de pet. hered. & in l. 50. de excus. tut. Ioã.
And. in c. cum seruorum, de seru. non ordinã. namq;
41 ignorans dicitur † iuste impeditus, vt post alios scribit
Crauet. cons. 201. num. 36.

Tertio, posset comprobari ex priuilegijs minorũ.

Quarto, quia publicatio regritur, vt obuietur frau
42 dibus, Corn. cons. 157. lib. 3. quæ fraudes† non præsu
* muntur in minore, vt est communis* Doctorum
interpretatio.

His tamen non obstantibus contraria opinio est
43 verior, quod† scilicet tempus publicandi currat etiam
* minori ignoranti, vt fuit* tentum in Rota in vna Ful
ginat. Prioratus coram Puteo, die 9. Apr. 1543. teste
eod. Put. decis. 453. quæ est vltima in libr. 1. & clarius
* fuit resolutum in vna* Compostellana corã Reoma-
no, prout attestatur Achil. de Grass. decis. 4. decima,
in tit. de rest. in integ. alias decis. 307. & hanc opinio-
* nem tenuisse* Rotam attestatur Tho. de Tan. decis.
54. in manuscr. vbi dicit Cassad. nec Sar. hoc dubium
determinare. Cui opinioni primo suffragatur, quia tã
in regulis antiquis Cancellarię requirentibus publica
tionem, quam in Constitutione Greg. XIII. de publi
can. adest decretum irritans, vt omnibus licet videre,
44 quod ligat etiam† ignorantes, c. 1. de concess. præb. c.
quondam, de præb. in 6. Glos. in c. tibi, §. quinimo, de
reser. Gem. in c. si eo tempore, de elect. lib. 6. Barb. in
clem. 1. num. 25. eod. tit. extr. Butr. cons. 43. Card. cõs.
33. Cassad. decis. 12. num. 5. in reg. Cancel. Bert. cons.
* 142. num. 4. lib. 2. in antiq.* communis omnium Do
ctorum sententia prout resoluit infinitos allegando
Gabr. de claus. concl. 3. per totam, nec dicas, quod de
cretum irritans venit, accessorie ad regulam, & Con-
stitutionem, vnde cum rõ fraudis non habeat locum
in minori, ergo nec decretum irritans illum ligabit,
nam respondeo, quod non vna est ratio, quæ fuit alle
gata, sed & aliæ, vt dixi in q. 1. Ideo esto qd vna cesset
in ex alijs ligabitur, arg. §. affinitatis, Instit. de nupt.

Secundo accedit, quod publicatio est introducta
fauore animarum, vt dixi in principio 1. q. sed quoties
45 agitur de† fauore animarum, †tũc tempus currit igno
* ranti, Glos. communiter* recepta in c. statutum, vers.
numerandum, de præb. lib. 6.

46 Tertio comprobatur, quia præscriptio† statutaria
currit cõtra minorem, siue tractetur de damno, siue
de lucro, Bar. in l. vlt. C. in quibus caus. resti. in integr.
* non est necess. communis,* vt resoluit Bal. in trac. præ
scr. in 1. par. 6. par. in princ. in cas. 23. Card. in clem. 1.
nu. 6. vbi Imol. num. 23. Bonif. de Vital. num. 10. de re
stit. in integ. Hostiens. in c. constitutus, in si. vbi Card.
Anch. nu. 7. & alij, de quo vide Dec. cons. 556. nu. 7.
Afflict. decis. 370. num. 3. Boer. decis. 140. num. 3. Io.
Igneus in l. dudum, C. de contrab. empt. a num. 13. vs
que ad num. 40.

Quarto ex dicto Innoc. in duobus locis, quod re-
fert Afflict. d. decis. 370.

Ita etiam si Pater procurauit conferri beneficium
46 curatum filio suo, & ipse retinuit bullas, si filius† igno
rans non promoueatur, incidit in pœnam, Rebuff. in
prax. tit. de non promo. num. 54.

48 Pari ratione si pater† retinet bullas, filius non excu
satur a publicatione, Rebuff. super glos. 13. de public.
numero 26.

Non obstant contraria, ad primum respondetur
Bal. non loqui in statuto habente, decretum irritans,
prout nos loquimur, vnde maxima est differentia,
Card. Alex. in c. super eo, in vlt. not. de appel. Franc. in
c. dudum, in 8. not. de præb. in 6. Oldrad. cons. 319. in
princ. Paul. de Cast. cons. 199. num. 10. lib. 1. Rebuff.
in l. quod iussit. num. 93. ff. de re iud. Card. Paris. con
sil. 34. vol. 4.

Ita etiam respondetur ad secundum argumentũ,
49 quod ignorantia excuset, nam fallit, vbi fuit† appositũ
decretum irritans Barbat. in clem. 1. num. 25. de elec.
* & communiter* Doctores, vt scripsi supra, & hæc ẽ
notabilis limitatio ad illam regulam communem, & &
* est vsu* in praxi recepta in Romana curia.

Vnde tertio respondetur, non obstare priuilegiũ
minorum, vt ex supra relatis apparet.

Ad quartum respondetur, quod non vna est ratio,
sed plures, ex quibus requiritur publicatio, vt scripsi
late in 1. q. ergo quamuis cesset ratio fraudis in mino
ribus remanent tamen alię, ne in beneficijs detur suc
* 50 cessio, † & allæ ad vulg. & * communem, §. affinitatis,
inst. de Nupt. l. si ventri. §. in bouis, vbi Glos. Bart. &
alij, ff. de priuil. credit. Ias. in l. more, num. 18. ff. de iu-
risd. omn. iud. Rim. iun. in §. 1. num. 423. Inst. de don.
* Menoch. de arbitr. Iudic. cas. 316. num. 50. & * com-
muniter Doctores.

Sed quæritur, si currit minori ignorãti tempus pu
blicandi, vt concludum est, an ei detur restitutio in in
tegrum aduersus lapsum temporis? Videtur dicendũ
51 quod sic, quia quoties tractatur de amissione† iuris, li
cet aduersus minorem currat tempus, tamen restitui
tur, Bar. cons. 141. & in l. vlt. C. in quibus cas. rest. in in
teg. non est necess.

52 Hinc aduersus præscriptionem 30. annorum resti
tuitur ignorans. Bar. in l. 1. §. si quis autem, ff. de itine.
act. priuat. Ang. in l. annus, ff. de calumnia. late Alex.
cons. 84. lib. 1. & cons. 71. cod. lib. Rom. cons. 123. col.
* vlt. & hanc esse* communem opinionem attestatur
Alex. cons. 168. visa col. pen. lib. 2. Dec. cons. 29. nu. 1.

53 Hinc restitutio in integrum† competit minori ad
uersus statutum Romæ, de non petendo creditum
suum infra 15. annos, licet habeat amplissima verba,
vt fuit tentum in Rot. in vna Lucan. coram Fabio, te
ste Card. Sanctæ Crucis, decis. 149. alias 155.

Hinc quamuis in iudicialibus currat tempus ad-
54 uersus minorem postea venit† restituendus. Glos. in l.
vlt. C. in quib. caut. vbi Cin. num. 4. Alb. num. 3. Bar. n.
5. Paul. de Cast. num. 2. Ang. num. 2. Abb. in c. Benefi
cij, de rest. in integ. & ibi Henr. Boich. num. 1. & 2. &
communis, teste Bonif. de Vitall. in clem. 1. num. 12.
& 22. eod. tit. de rest. in integ.

55 Ideo tempus† datum heredi ad conficiendum inuẽ
tarium currit aduersus minorẽ, licet postea restitua-
tur, Dec. cons. 445. num. 56. Castan. super consue. Bur
gund. rub. 3. §. 2. vers. adde, num. 15. Tiraquel. de pœn.
caus. 4. num. 23. Natt. cons. 16. & 17. per totum, lib. 1.
& cons. 140. num. 8. eod. lib. Alciat. cons. 160. nu. 13.
Ber. cons. 68. num. 69. lib. 1. Rol. cons. 60. nu. 6. & con
sil. 15. lib. 4. Ioseph. Lodouic. in decis. Perusin. 51. nu.
18. & 19. lib. 2. communis* opinio, teste Sfort. Odd.
de rest. in integ. q. 88. art. 3. num. 45.

56 Ideo minor restituitur † aduersus tẽpus decursum
ad appellandum, Paul. de Cast. in l. properandũ, §. vlt.
* num. 2. & ibi Salic. C. de iud. communis* opinio, de
qua testatur Iac. de Sanct. Georgio in d. l. properan-
dum, num. 4. Henric. Boich. in d. c. beneficio, num. 7.
Vasq. de succes. ab intest. lib. 1. §. 10. num. 52. Imol. in
clem. 1. num. 12. de rest. in integ.

57 Hinc etiã, licet minoribus† currat tps in pscriptio
nibus statutarijs, & consuetudinarijs, tñ restituuntur
Card. in clem. 1. n. 6. de rest. in integ. Bellã. in c. vlt. n.
* 10. eod. tit. * cõis opin. de qua attestatur Bal. in trac. p

script.1.par.6.part.princip.num.43.Dec.cons.556.n.7.& hæc est magis communis sententia, de qua attestatur Sfort.Odd.de restit.in integr.q.88.ar.5.n.54.vers. in contrarium.& ante nu.56.

58 Hinc minor restituitur †aduersus testatoris mandatum, puta quia non fecit id quod testator ei præceperat,& propterea lucrum sibi relictum amisit, Ruin. cons.199.nu.3.lib.1.Riminal.cons.261.nu. 32. lib.2. Roman.singul.94.Costa select.interpret.circa cõdic. lib.2.cap.4.n.2.Dec.cons.349.in 1.& 2.col.Aret. cõs. 67.& hæc est*communis & vera conclusio,ac notanda in praxi,vt attestatur Sfort.Odd.de restit.in integr. q.72.ar.6.sub.nu.62.eo maxime quando ignorans Cæsal.cons.365.nu.7.& seq.lib.3.

Et aduersus curlum,& lapsum temporis,restituitur in pluribus casibus relatis per Sfort.Odd.de restit.lin integr.q.89.ar.1.per totum cum sequent.

59 Confirmo,quia †minor æquiparatur Ecclesiæ, &
60 Ecclesia restituitur †in integrum aduersus decursum tempus,Glos.Bart.& Doctores in auth.quas actiones,C.de sacrosanct.Eccle.Card.Imol.& alij in clem. 1.de restit.in integr.Abb.in c.1.de rescr.Rom. cons. 166.visa Io.Andr.in c.vl.colu.3.de rest.in integr. vbi Bellam.n.12.Henric.Boich.num.14.& est*communis opinio,de qua attestatur Dec.cons.29.n.2. Sfort. Odd.de restit.q.88.ar.2.num.35.

61 His tamen †non obstantibus contraria opinio est verior in iudicando,vt colligitur ex Put.decis.453.n. 8.lib.1.vbi dicit fuisse hoc dubium* propositũ in Rota ab ipso.9.April.1543.in vna Fulginaten.Prioratus, & quod Domini inclinarunt,vt non daretur restitutio,de quo attestatur etiam Thom.de Tan.decis.54. in manuscr.& tandem cum rursus accidisset hic casus in Rota in vna Compostellana coram Domino Reũano fuit ita tentum prout attestatur Achill.de Grass. decis.307.Restitutionem minori alias 10. sub tit.de restit.in integr.in manuscrip.

62 Idq.verificatur,quia †ob non publicationem amissum est omne ius,quod quis habebat in beneficio resignato vt est*communis omnium sententia eo maxime post constitutionẽ sanctæ memor.Gregorij XIII
63 vnde petendo restitutionem,tractat de lucro, Gig. cons.135.nu.11.& 12.& licet detur restitutio ,propter
64 †lucrum amissum a minori perperam, & inconsulte, l.ait prætor,§.vlt.ff.de minor.vbi Bart.Abb.in c. constitutus.n.5.Card.num.3.de restit.in integr.Bellamer. decis.182.Socin.Iun.cons.46.nu.8.li.4.Natt.cõs.631. nu.16.& nu.28.hoc autem non procedit quando tẽpus currit odio non facientis actum,quia tunc,si non fiat a minori,ei non datur restitutio , vt notant glos. Roman.& Ias.quos ad hoc refert , & sequitur Sfort. Odd.de restit.in integr.q.4.ar.6.nu.76.&*communiter Doctores,quod autem in odium non publicãtis annulletur actus a Constitutione Greg.xiij.de publican.satis ibi exprimitur,

Accedit,quia hoc casu minor non est læsus,cũ nihil ei acquiratur ob non factam publicationem, arg. l.nam & postea,§.si minor,ff.de iureiur.& per consequens non agit ex damno,sed potius ex lucro, vt di-
65 ctum est supra,& minor non †restituitur, vbi non est læsus,l.non omnia,ff.de minorib.l.minoribus , C. de restit.in integ.l.si res,§.si mulier,ff.de iur.dot.Ang.in l.metum,§.sed quod præter,nu.2.ff.quod met. caus.
66 ita & Ecclesia non restituitur,nisi læsa sit, Dec.cons. 564.nu.18.siue negligentia sua læsus sit minor,Alberic.in l.si minor,nu.1.C.de transact.Io.Andr.in c.auditis colum.3.de rest. in integr.Menoc.de recuperan.poss.remed.15.nu.136.siue dolo alterius,Mauric. de restit.in integr.cap.122.late Sfort. Odd. de restit.
67 in integr.q.4.ar.3.& 4.nec sufficit læsio minima ,Roman.cons.90.nu.4.Natt.cons.631.num.22.& cons. 481.num.13.Gozzad.cons.44.nu.8.immo secundum
68 alios nequemodica Alex.cons.27.n.2.li.1.Grat. cõs. 4.nu.8.t.lib.1.Ruin.cons.119.nu.14.lib. 5. Ber.cons. 32.nu.10.lib.1.& cons.84.n.20.eod.lib.Mandell. cõs. 11.num.21.magis communis,teste Bursat. cons. 27. nu.17.lib.1.

Hinc si non est læsus,non venit restituendus minor aduersus omissam †probationem,vt fuit*tentum
69 15.Decembris,1544.in vna Toletan. matrimonii coram Domino Aquen.teste Put.decis.193.lib.2.

70 Hinc etiam,minor non† restituitur aduersus omissionem dationis interrogatoriorum,vt fuit tentum* in vna Messanen.Baroniæ, 18. Martij.1547. coram Put.teste eod.decis.23.lib.3.vide Cappell. Tholosan. decis.43.

Accedit,quia sumus in his, quæ concernunt iuris rigorem,nam dara est forma,&c.& tamen, nemo excusatur ob non adimpletam formam,l.vlt.C.de testã.
71 mil.Tiraquel.de vtroq.retr.part.1.§.35.Glos.2.& §.8. Glos.7.num.23.Couarr.pract.q.c.26.nu. 4. quamuis Alciat.de præsumpt.regul.1.præsumpt.20. post medium tenuerit contrarium.

Non obstant contraria, ad quæ respondetur , hic
72 non tractari †de amissione iuris vt loquitur Bart. & alij sed potius de lucro: ita respõdit Put.dict.dec.453. nu.8.lib.1.& est vera respõsio,vt patet ex his, quæ supra dixi.

Confirmationes contrariorum,omnes procedunt data læsione,tunc enim restituitur minor,vt ex communi dixi supra,at hic non potest considerari lesio,vt fuit comprobatum ergo &c.

Et hæc conclusio,eo magis procedit, si beneficiũ fuit impetratum ob non publicationem,& sic fuit alteri collatum,nam hoc casu absque dubio non venit
73 minor restituendus,†cum res non sit integra, Abb.in cap.ex parte,nu.14.de restit.spoliat. cum alijs , vt per Boer.decis.350.num.4.vbi col.penul.attestatur hanc esse communem opinionem,de communi etiam attestatur Thom.de Tan.deci.54.

74 Hinc res non integra minor non restituitur aduersus malam expressionem,vt fuit tentum 11. Februarij 1547.in vna Fulginaten.coram Put.teste eod. decis. 9.lib.3.est enim vera,& recepta sententia minorẽ nõ esse restituendum †cum damno tertij.Alberic.in l.ait prætor.nu.2.ff.de minor.Bal.in l.1.num.6.C.de ann. except.post Bart.num.2.Afflict.super constitut.Regni.lib.2.Rubr.40.num.8.Tiraquell.de vtroque retract.in 1.part.§.35.gloss.2.num.10.& 11.Curt.iun. cons.110.nu.14.Thob.cons.105.num.4.Mant. sing. 628.Afflict.decis.390.per totam Capic.decis.54. nu. 9.lib.2.Emanuel Cost.in repet.l.Gallus §. & quid si tantum ff.de lib.& posth.2.par.nu.57.vbi communiter Doctores hoc volunt,& hoc casu loquitur Put.d. decis.453.lib.1.& Thom.de Tan.dict.decis.54.

Hoc tamẽ recipit limitationem,nisi facto alterius fuerit impeditus,vt non publicaret.iuxta ea,quæ infra dicentur.

SVMMARIVM.

1 *Renunciatio facta extra Romanam Curiam, est publicanda.*
2 *Constitutio Pij V.de public.habet locum etiam in renunciationibus factis coram Ordinarijs.*
3 *Infra quantum tempus debeat fieri publicatio in renũciatione facta extra Curiam.*
4 *Prouisus a Sum.Pont.de beneficio renunciato coram Ordinario,an teneatur publicare,affirmatiue,infra.*
5 *Dispositio exorbitans non extenditur.*
6 *Dictio Eos,est restrictiua ad expressos.*
7 *Casus non comprehensus,remanet sub dispositione Iuris.*
8 *Dispositio loquens de prouisione Ordinarij, non comprehendit prouisionem Papæ.*
9 *Cessante præsupposito legis,cessat dispositio.*
11 *Constitutio fauorabilis est ampliranda.*
12 *Collatio facta consanguineis de beneficio resignato, est nulla.*
13 *Constitutio Pij V.de non conferendis,non inducit mo dum vacandi.*
14 *In deuolutis,non inducitur noua vacatio.*
15 *Resignationes coram Notario,& testibus,sunt publicandæ.*
16 *Permutatio an sit publicanda,affirmatiue,nu.seq.*
18 *Constitutio Pij V.de publican.habet locum in permutatione.*
19 *Permutatio continet sub se renunciationem.*
20 *Per permutationem datur vera vacatio.*
21 *Edictum de publican.emanauit ad tollendas fraudes*
22 *Ratio fraudis militat in permutatione.*
23 *Permutatio facta.1 etiam causa vtilitatis,& necessitatis Ecclesiæ est permutanda.*
24 *Permutatio debet fieri ex causa.*
25 *Ambo permutantes debent publicare.*
26 *Si in permutatione vnus publicat,alter vero non,ex parte omittentis est nulla.*
27 *Quando permutatio non teneat, & licet regredi.*
28 *Resignatio,reseruatis omnibus fructibus, an sit publicanda,affirmatiue,num.31.*
29 *Resignans reseruatis omnibus fructibus, denominatione,& titulo in effectu remanet beneficiatus.*
30 *Regula Cancellariæ de publican. non habet locum in reseruante sibi omnimodam administrationem.*
32 *Cessio Commendæ est publicanda.*
33 *Collatio differt a commenda.*
34 *Commendæ nostri superioris æquiparantur titulis.*
35 *Commendatarij faciunt fructus suos.*
36 *Commendatarii possunt locare possessiones.*
37 *Commendatarii liberi habent administrationem.*
38 *Commendatarii possunt presentare.*
39 *Habens Commendam,dicitur habere titulum Canonicum.*
40 *Commendæ hodie fiunt perpetuæ ad vtilitatem Commendatariorum.*
41 *Commendato per Papam beneficio, videtur commendatum in perpetuum.*
42 *Actus non concluſus certo spatio temporis,perpetuus reputatur.*
43 *Dispositio generaliter prolata, de rebus , & personis generaliter est intelligenda.*
44 *Valet argumentum de personis,& rebus ad tempus.*
45 *Indulgentia concessa tali die absque restrictiua , videtur perpetua.*
46 *Resignatio facta cum reseruatione pensionis,regressus & accessus,est publicanda.*
47 *Obtinens beneficium ex causa resignationis,in forma dignum,debet publicare.*
48 *Cessante ratione,cessat dispositio.*
49 *Obtinens beneficium ex dimissione facta coram Papa, vel Ordinario,debet publicare,*
50 *Collatio facta etiam ex causa deuolutionis , est publicanda.*
51 *Cessio iuris est publicanda,& num.54.*
52 *Renuncians iuri,videtur renunciare beneficio.*
53 *Qui actionem habet,ipsam non habere videtur.*
55 *Insinuatio ad instar publicationis.*
56 *In donatione iuris,requiritur insinuatio.*
57 *Dispositio clem.vlt.de procurand.loquens in morte naturali,habet locum in ciuili.*
58 *Dispositio clem.vltim.de procura.habet locum in renunciatione.*
59 *Ad fauorem possessoris potest fieri cessio coram Auditore Rotæ.*

QVAESTIO V.

VINTO Quero,an quomodo cunque facta fuerit resignatio beneficiorum sit publicanda? Hæc quæstio est admodum generalis.Pro cuius igitur resolutione de pluribus casibus contingit dubitari.

1 Et primo, An si † renunciatio beneficij facta sit extra curiam scilicet coram ordinarijs locorum sit publicanda? communis opinio*
* omnium Doctorum est affi matiua,vt per Rebuff.in prax.tit.Regula de publi an.gl.2.& probatur primo in regula Cancellariæ de publicandis,ibi. *Siue in Romana Curia,siue extra,&c.*

Secundo,in dicta Cõstitutione 182.Pij V.§. quod quęcumque ibi,*Aut cuiuslis alterius etiam loci ordinarij,&c.*& ideo fuit resolutum* in Rota coram
* Cantuccio,2.Iunij,1581.in vna Aquilana hanc Con
3 stitutionem †Pij V.habere locum etiam in resignationibus liberis factis extra Curiam.

Tertio,probatur in dicta Constitutione 87. Gregorij XIII.prope finẽ in §.de beneficijs , vbi ampliat hoc procedere in omnibus Ordinarijs collatoribus, in Cardinalibus habentibus indulta,in Legatis etiam de latere. Namque in beneficijs resignatis extra Curiam viget eadem ratio fraudis, vnde idem ius statuẽ dum est,l.illud,ff.ad leg.Aqui.& ita fuit*resolutum in vna Sabinen.beneficiorum coram R.P.D. Giplio, 5. Martij,1586.Quæ publicatio fieri debet infra mensem,secundum regulam Cancellariæ,vt patet ibi, *Si vero extra dictam Curiam facta sint intra mensem ex tunc,&c.*& per dict.Const.Pij V.ibi, *Si quidem extra Curiam,similiter infra vnum,&c.*Gregorius autem xiii.in d.Constit.statuit vt infra circa hoc , quod
3 est seruandum.† *De beneficijs autem,quæ deinceps,in manibus Ordinariorum collatorum; etiam Cardinalium,etiam indulta,& facultates ad hoc ab Apostolica Sede habentium,ac Legatorum etiam de latere,& delegatorum,etiam specialium eiusdem Sedis extra Romanam Curiam resignari etiam ex causa permutationis contigerit,ipsi intra mensem negocium vniuersum admissionis , vel reiectionis resignationis huiusmodi, &(si per eos facienda erit)prouisionis resignati beneficij,iuxta Apostolicas,& alias canonicas Sanctiones omnino absoluant,& qui sic prouisus fuerit intra tres menses a die sibi factæ prouisionis illam publicet, & possessionem beneficij capiat,modo,& forma supra dictis,alioquin illis elapsis,nulla sit eius prouisio, & beneficium vacare censeatur eo ipso,Ordinarijque et alij prædicti,qui hæc,vti eis præscribuntur,non perfecerint,eo casu potestate disponendi de ipsis beneficijs*

sint

sint ea vice priuati, eorumque dispositio eo ipso ad Sedem Apostolicam deuoluta existat, aut alijs idoneis ab ipsa sede dumtaxat modo, & forma prædictis concedantur.

Sed dubium est si ordinarius admisit resignationem, & Summus Pontifex cõtulit, quia ad ipsum spectabat collatio dicti beneficij, vel quia non contulit ipse ordinarius infra mensem, vel contulit, sed male, puta contra formam constitutionis Pij V. de qua dictum est lib. 5. An prouisus a summo Põtifice † tenea
4 tur publicare? Pro negatiua adducitur quia §. illorum dictæ constitutionis, dum arctat impetrantes ad publicandum tanquam exorbitans non debet extendi ad hunc casum scilicet ad impetrationem ex causa nullitatis resignationis ob Constitutionem Pij V. de
5 non conferendis consanguineis resigna. ad no. fin l. si constante ff. solut. matrim. l. si vero §. de viro ff. eodẽ titu. quod eo magis est firmandum ponderando illa verba *quicũque sic impetrans, &c.* & sic se restringit ad illum casum, quia hoc significat dictio sic, & §. de beneficijs autem, eiusdem constitutionis loquitur de his beneficijs quæ resignantur in. manibus ordinariorum, & mandat publicari postea per ipsos ordinarios faciendas, vt verba aperte dicunt, ibi, *Si per eos facienda erit, &c.* quæ dictio Eos est restrictiua ad ordinarios expressos. l. vlt. & ibi Doctores, C. de hæred.
6 instit. Cravett. cons. 98. num. 8. Quando autem resignatio fit in manibus ordinarij, & Papa postea prouidet tanquam de beneficio affecto, constitutio nihil disponit, quod talis ,puisus à Papa publicare debeat, merito cum iste casus non sit comprehensus in bul-
7 la remanet sub dispositione iuris † communis, l. cõmodissime ff. de libe. & posthum. & cum verba Bullæ sint
8 restricta ad prouisionem ordinarij, † non habet locũ in prouisione Papæ de qua non loquitur le. 4. §. prætor ait ff. de damn. infect. Felin. in ca. nonnulli sub nu. 34. de rescr. Idque eo magis elicitur, quia in isto §. de beneficijs dantur tres menses ad publicandum, ergo non habet locum in prouisionibus Papalibus, in quibus dantur sex menses, & vltra montes nouem ad pu-
9 blicã. cessante enim præsuppositio legis, † cessat dispositio, l. Mancipia vbi Glosl. Bald. & Salicet. C. de seruis. fugitiu.

10 His tamen non † obstantibus contrariam opinionem existimo veriorem, ut iste prouisus teneatur publicare, quia Gregoriana est admodum generalis respectu omnium resignationum, & videtur loqui etiã de resignationibus ordinariorum cum deuolutione ad Papam nisi infra mensem conferant, nam hoc casu omnes rationes constitutionis concurrunt, & illa præsertim fraudis, etiam in prouisionibus factis à Papa, quia ordinarius, qui admisit resignationem nõ potuerat conferre, vel male contulit, quia etiam militat ra-
11 tio fraudis, & cum † constitutio sit fauorabilis est ampliãda, ad not. in reg. odia de reg. iur. lib. 6. Accedat, quia ad caput illud, quando ordinarius male contulit
12 contra constitutionem Pij V. † consanguineis, quia tunc, cum sit nulla ex eadem constitutione Pij V. illa
* prouisio, non inducitur noua vacatio, vt fuit* resolutum in vna Clusin. beneficij coram R.P. D. Orano,
* die 13. Decembris 1589. in qua* fuit conclusum † Cõ-
13 stitutionem Pij V. non inducere modum vacãdi, sed annullare collationem aduersus illius formam † facta Rot. decis. 29. de præb. in nou. Bellamer. decis. 549. & et in deuolutis non inducitur noua vacatio, sed remanet antiqua, ergo cum prouisio Papæ fiat ex causa resignationis erit publicanda iuxta mentem, & verba

* dictæ Constitutionis, & in hanc partem* inclinabant Domini de Rota cum de hoc ageretur veneris, 16.
* Februarij. 1590. & lunæ 19. eiusdem mẽsis in vna* Bononien. Canonicatus coram R.P.D. Pamphilio Auditore Rotæ meritissimo. licet postea fuisset dictum vt particulariter hoc discuteretur.

Non obstat §. illorum, quia, cum ille §. veniat ampliatiue, vt supradicta procedant etiam de impetratione ob non publicationem non potest intelligi restrictiue ad iura vulgaria. Accedit, quia loquitur etiam in impetrationibus certo modo, & sic non in illis factis ex causa non publicationis solum.

Non obstat §. de beneficijs, quod loquatur de prouisione ordinarij, & quod dentur tres menses, quia etiam videtur loqui de huiusmodi prouisione, vt supra conclusum est, & cum collatio deuoluatur ad Papam tunc intrat tempus sex mensium, quod datur in prouisionibus Apostolicis &c.

Cõprobant hæc qa cũ hęc Gregoriana mãdet publi-
15 cari ẽt resignationes † factas corã Notario, & testib. à quibus Notario, & testibus non fiunt prouisiones, vt omnibus notum est, ergo & has propter identitatẽ, seu potius maioritatem rationis auth. multo magis C. de sacr. Sanct. Eccles.

Et sicut dicimus, quod renunciatio facta corã ordinario est publicanda, ita & ea, q̃ facta est coram Notario & testibus, quod tum colligitur ex generalitate regulæ Cancellariæ, ibi, *extra curiam*, tum etiam ex dicta constitutione Pij V. ibi, *aut cuiusuis alteri.* Et ex dicta Constitutione Gregorij XIII. in principio ibi, *ac etiam coram Notario publico, & testibus fient, & à nobis vel illo, seu nostro vel illius mandato admittẽtur, &c.* namque eadem ratio fraudis, &c. Et hoc procedit in renunciatione facta coram quocunque alio, si postea super illa sequatur gratia.

Secundo Dubitatur, An Renunciatio facta ex causa permutationis sit publicãda? Alias huiusmodi Quę-
16 stio visa fuit admodum † difficilis, namque tempore Sixti IIII. bis fuit in Rota proposita, & nihil fuit deci-
* sum,* vt refert Ioachim. de Narn. in quibusdam suis consilijs, & in vna Auinionen. Vicariæ de anno. 1522. coram Sarn. fuit mota hęc quæstio, & propter eius difficultatem causa ex alio capite finem habuit, & in vna Segobien. Archidiaconatus hoc idem dubium factũ fuit, & nihil resolutum, idemque in vna Dolen. Prioratus coram D. Siluestro, teste Sarn. regul. de publicã. q. 3 vbi per totam quæstionem disputat hunc articulũ ad partes, adducendo plura argumenta pro vtraq; parte quæ omitto, & in vna* Florentin. fuit resolutum negatiue teste Anr. Aug. decis. 704. lib. 3.

17 Hodie vero † res non patitur difficultatem quia ex pressum est faciendam publicationem in dicta constitutione Pij V. ibi, *& præmissa omnia, & singula, etiã in quibuslibet beneficijs &c. & cessiones præfatæ ex causa permutationis, &c.* & Rota* 24. Nouẽbris 1578.
18 concluxit hanc constitutionem habere locum † in resignatione ex causa permutationis vt nullum ius quæratur resignatario non facta publicatione iuxta ordinem illius Constitutionis, in vna Barchinonen. Cappellaniæ, & in dicta Constitutione Gregorij XIII. ibi *Et quæcumque resignationes, etiam ex causa permutationis, &c.* & firmat Rebuff. in prax. tit. regula de publican. Glos. 3. vers. intellige, quod probatur, tum
19 quia † permutatio continet sub se renunciationẽ. Rot. decis. 16. de rer. permut. in antiq. Roman. cons. 465. in re præsenti, nam sicuti per resignationem datur vera
20 vacatio, † ita & per permutationem, ca. 1. de rerum permutat.

mutat. lib. 6. & sicuti per renunciationem perditur titulus & possessio, ita & per permutationem, Rot. decis. 8. de rerum permutat. in antiq. & decis. 2. & 4. de renunciat. in nou. tum quia hoc edictum de publican.
21 emanauit ad rollẽdas † fraudes, quæ in clandestinis resignationibus solent committi, Corn. cons. 137. col. 2.
22 lib. 3. quę ratio fraudis militat † in ipsa permutatione, vt tradit Ioan de Anan. in c. audiuimus, col. 2. vers. & prædicta faciunt de colluf. deteg. faciunt not. in c. 2. de renunc. lib. 6. iuncto c. 1. de rer. permut. eod. lib. cum glos. in verb. fraude, & Gemin. in dic. cap. 2. in Glos. in verb. proximo, Franc. col. 2. &* communiter.

Quod amplia procedere, etiam si permutatio fuerit
23 facta † causa vtilitatis, vel necessitatis ecclesiæ, ita Rebuff. dict. regul. Glos. 3. nu. 2. & est ratio quia hac
24 de causa debet fieri permutatio c. quæsitum de rer. permut. & communiter Doctores, & quia etiam hoc casu militat ratio fraudis.

Debent igitur quoties beneficia sunt permutata in
25 uicem, ambo † publicare, & si vnus publicet, alter vero non, hoc casu non annullatur permutatio, sed colla-
26 tio facta ei, qui non publicauit, † vt fuit nouissime resolutum in Rota proponente R.P. D. Bubalo in vna Salamantin. pensionis F. 3. Iunij 1586. & si valet resignatio illius qui publicauit, quia quando culpa eius,
27 qui permutauit, permutatio † non fortita est effectum, tenet permutatio, & non licet ad beneficium regredi, Ioan. Andr. in c. 1. d rer. permut. in 6.

28 Tertium erit dubium, an renunciatio facta reseruatis omnibus, & singulis fructibus, ac denominatione tituli, &c. debeat publicari? Sarn. de publican. q. 2. distinguit tres casus, quorum Primus est in beneficio requirente residentiam, nam si fiat renunciatio reseruatis tantum fructibus huiusmodi cessio est publicanda, vt fuit resolutum in vna Abulen. 28. Aprilis. 1537. coram Episcopo Aquen. namque cum agatur in dicta renunciatione principaliter de transferendo titulo, & denominatione, inter est populo, vt verus Prælatus detegatur, vt illi de pertinentibus ad beneficiũ respondeatur. Secundus est, quando renuncians fructus & denominationẽ reseruauit sibi, hoc casu tenet Sarn. non requiri publicationem, & fuit* resolutum in Rot. in vna Placentin. Archidiaconatus de Trugillo corã Crescentio, & de anno 1535. coram. Aquen. & die 19. Martij, 1540. in vna Spoletan. canonicatus coram Ioann. Paulo teste Sarnen. dict. quæst. 2. & in vna Ilpalen. portionis, teste Pelegin. decis. 141. li. 2. in manusc. & in vna Forliuien. 14. Iunij, 1554. coram Oradin. vt habetur lib. diuers. manusc. decis. 288. & in vna Auinionen. parochialis coram Cardinali Sanctæ Crucis die 12. Iunij, vt habetur decis. 168. lib. diuers. per cons.
29 Card. Paris. 39. col. vlt. vol. 4. quia hoc casu resignans st in effectu videtur beneficiatus post renunciationem, sicut antea, & cessat ratio fraudis, egregie ostendit. Card. Paris. dict. cons. 39. nu. 32. & 33. & coram Illust rissimo Aldobrandino. 27. Nouembris. 1573. in vna
30 Abulen. Canonicatus, & Præbendæ, fuit conclusum † cessare rationem regulæ, cum resignans sibi reseruauit omnimodam administrationem, quia nemo decipitur, & die 23. Iun. 1550. corã Put. teste Guidobon. decis. 12. manuscr. & in vna Lemacen. parochialis sancti Pelagij. 15. Maij. 1558. coram Cardinali Paleotto, teste eod. decis. 48. in manuscr. vbi dicit pluries fuisse per Rot. cõclusum, & in vna Forliuien. coram Oradino 18. Iunij, 1557. & in alia coram Ioan. Paulo.

Tertius casus est, quando beneficium non requirit residentiam, nec habet denominationem, & reseruantur fructus, nam hoc casu, inquit Sarn. requiritur vt fiat publicatio, vt fuit decisum 28. April. 1537. in vna Abulen. Prælatimonij.

31 Hodie autẽ † debet huiusmodi cessio publicari omni casu, & sic primo, secundo, & tertio, vt dicitur in dicta Constitutione Pij V. 182. ibi, *Vel cum reseruatione omnium, & singulorum fructuum, reddituum, & prouentuum, ac quotidianarum distributionum propria auctoritate, vel alias percipien. & cum reseruatione tituli, administrationis, seruitij, ac stalli &c.* & in dicta Constitutione. 87. Greg. XIII. ibi. *Etiam cũ reseruationibus nominis, tituli, administrationis, possessionis, fructuum etiam omnium, ac rerum, & iurium quorumcumque &c.* & ratio est, vt his casibus tollatur etiam fraus, quæ posset fieri. & sic colligе in omni renunciatione requiri publicationem tam si reseruatio sit medietatis fructuum, quam si sit omnium, ac etiam si sit cũ reseruatione tituli, nominis, administrationis seruitij, & stalli. ex quo sequitur. hoc vendicare sibi locum, tam in renunciatione beneficij, requirentis residentiam, quam in alijs simplicibus, vel curatis, & secundum hanc opinionem hodie est tenendum. in consulendo, & in iudicando quicquid voluerit Rota, nam ita hodie expressum habemus, & idem practicamur.

Et hæc conclusio ampliatur procedere non solum si fructus sint reseruati percipiẽdi per resignatarij manus, sed etiam si cum clausula, vt propria auctoritate liceat illos capere, vt expresse dicitur in dicta Constitutione Pij V. in verbis citatis ibi, *Propria auctoritate.* licet contrarium antea firmasset Rebuff. in d. regu.

Quarto dubitatur, an renunciatio beneficij cõcessi in Commendam sit publicanda. Communis opinio
32 est affirmatiua, † secundum quam fuit decisum* in Rota, teste Aenea de Falconib. in quibusdam Apostil. super hac regula, & tradit Sarn. super hac reg. q. 4. Rebuff. in prax. tit. regula d publican. Glos. 1. vers. item. & fuit resolutum etiam in Rot. in vna Aquilana coram Cantuccio veneris. 14. Aprilis. 1581. & 2. Iunij eod. anno edictum de publican. habere locum in Commendatario Hospitalis, S. Spiritus. Et probatur expresse in dict. Constitutione 182. Pij. V. ibi, *Et præmissa omnia, & singula, etiam in quibuslibet beneficiis, &c.* & in dict. Constitutione 87. Gregorii XIII. ibi *Etiam ex causa permutationis, ac Commendarum, &c.* & fuit necessarium hoc exprimere in dicta Constitutione Gregorij XIII. nam quamuis Rota hoc tenuerit, tamen Cancellaria tenuit semper contrarium, vt refert Sarn. dict. q. 4. colũ. 1. vers. sed licet, quia regula loquebatur
33 de beneficijs collatiuis, & collatio † a Commenda differt, c. dudum, de elect.

Et huius cõclusionis scopus est, quia in beneficijs commendatis viget eadem ratio fraudis, quia Com-
34 mendæ nostri temporis † æquiparantur titulis, adeo, vt
35 sicut titulares, ita & † Commendatarij faciant fructus suos, Card. Alex. in c. cum autem, dist. 44. & in c. si qs, distinct. 58. Capic. decis. 3. n. 8. & locare possunt possessionem † sicut habentes titulum, c. vestra locat. c. vlt. ne
36 37 ne prælat. vic. suas. nam liberam habent † administrationem, c. relatio, & c. qui plures, 21. quæst. 1. ca. cum nobis olim, de elect. Cald. consilio. 3. & 8. locat. Roman. consilio. 350. Oldr. consilio. 130. Rebuff. in prax. tit.
38 de Comend. numero. 62. & possunt præsentare † sicut titulares, Archid. in capitul. nemo, de elect. libro. 6. & eligere, & conferre, Pauin. in tract. de offic. & potest. c. Sed. vacan. in 3. q. 2. part. col. 4, & qui habet commẽdam dicitur habere titulum † canonicum Io. Monac,
39 in c. nemo,

in c.nemo,de elect.li.6.Archid.in c.si propter,in fi.de resc.li.6.Feder.de Sen.de permut.benefic.qu.15.Mil. in verb.beneficium §.25.Guid.Papa decis.152.Rebu. de pacif.poss.num.35.Mandol.in reg.30.Cancell.q.3. num.2.communis teste Alphonso.Hoied de incompa. benefic.p.1.q.24.num.6.dicentes hi vltimi,scilicet Rebus.& Mandos.quod hodie semper fiunt commēdæ
40 in perpetuum†ad vtilitatem commendatariorum,& fa
41 cta in dubio,interpretatur,†perpetua,vt fuit*resolutū
* in Rot.in vna Salamantin.coram Crescentio 28. Iunij 1538.Hoied.c.14.nu.9.nam actus, qui certo spa-
42 tio temporis non concluditur†perpetuus reputatur,l. iurisperitos in principio,& ibi Bart.ff.de excus. tutor. in l.de pupillo §.siquis ipsi prætori ff.de ope.no. nun. bonus tex.in l.seruus C.de pœnis c.si gratiose de resc. li.5.Feder.de Sen.cons.32.col.penu.Ale.cons.216.col. vlt.lib.5.Dec.cons.472.col.3.Menoch. de arbit. in d. lib.1.q.22.num.2.nam sicuti dispositio generaliter ,p
43 lata de rebus†vel personis generaliter est intelligenda l.1.§.& generaliter ff.de leg.præstan.ita respectu tē poris,vt dispositio generaliter ideſt in perpetuum intelligatur nam valet†argumentum de personis & reb. ad tempus l.miles ita,§.& quia diximus vbi Bart. ff.de testam.milit.Ex quo alias consului indulgentiam con
44 cessam†tali die absque alia restrictiua esse perpetuā vt in terminis etiam respondit Card.Paris.cons.14.vo.4. ex reg.Cancell.57. de indulgent. Nam quando Papa vult illas dare per vnum annum dumtaxat, hoc exprimit,& hūc esse communem*stylum attestatur Card. Paris.dict.cons.14.num.8.

Quinto Dubitatur,An si resignatio beneficij sit facta cum reseruatione pēsionis,regressus, accessus &c.
* sit publicanda?communis*omnium Doctorum† sen
46 tentia est affirmatiua,a qua nullus discrepat, & probatur aperte in dictis constitutionibus Pij V. & Gregorij XIII.namque eadem viget ratio fraudis in hac resignatione conditionali iuxta ea,quæ dicta sunt supra in tertio dubio.

Sexto dubitatur,An resignatio facta in curia in fauorem N.qui N.resignatarius obtinuit gratiam in for
47 ma dignum†debeat publicari? & dubium faciebat qa examen faciendum per ordinarium, vt requiritur,est loco publicationis,ex illo enim actu satis constat eū esse rectorem,vnde alia non deberet requiri publicatio iuxta ea,quæ egregie scribit Cardi. Paril.cons.39. col.vlt.vol.4.In contrarium tamen se habet veritas,vt etiam huiusmodi resignatio sit publicanda, secundū
* quam opinionem*concluſit Rota in vna Calagurita. die Lunæ 10.Aprilis 1581.coram R.P.D. Blanchetto vt habetur lib.2.decis. 286. quod probatur exgeneralitate,& verbis prægnantibus positis in dicta constitutione Gregorij XIII.

Septimo dubitatur,An si quis resignet beneficiū, quia illud non vult amplius,& summus Pontifex, in cuius manibus fit renunciatio,aut Ordinarius , si fiat coram ipso conferat dictum beneficium teneatur ille cui collatum est prædictum beneficium simpliciter resignatum publicare? Aliqui tenuerunt quod nō, qa hoc casu nulla potest cadere præsumptio fraudis, vn-
48 de cessante†ratione cessat dispositio,l.adigere §.quamuis de iur.patronat.In contrarium tamen est veritas,
49 †vt teneatur publicare secundum quam opinionem cōclusit Rota in vna Sabien.beneficiorum coram.R. P.D.Gipsio 5.Martij 1586.namque clarissime comprehenditur hic casus in constitutione Gregorij xiij. quæ hodie attenditur & quamuis cesset vnum caput fraudis,viget aliud,vnde in eo sustinetur publicatio,§. affinitatis Instit.de Nupt.

Amplia hanc conclusionem procedere etiam si fuit facta dicto modo resignatio coram Ordinario,q non prouidit infra tempus sibi concessum a canoni-
50 bus,ita vt collatio fuerit†deuoluta ad Sedem Apostolicam a qua N.illud impetrauit,nam iste tenetur publicare*vt fuit resolutum in dicta Sabin.beneficiorū. 5. Martij.1586.coram Gipsio & hunc casum nota quia plures decipiuntur,& sic ex mente Rotæ in dicta constitutio.etiam si de beneficijs simpliciter resignatis nemini prouisum fuerit,namque verba sunt generalia, & viget ratio fraudis,nam si resignans moritur in mense Ordinarij,ipse vtique de beneficio non reseruato disponet & si,in mense Apostolico tamquā de beneficio in manibus suis resignato ,propterea factum resignantis & actum illius beneficij dimissionis non collationem respexit.quia disponit vt resignationes publicentur.

Octauo Dubitatur,An cessio iuris quod in benefi
51 cio cedens habet†fit publicanda.Sarnen.de publican. quæstio.vigesimo. tenet, quod non, & loquitur inspecto tempore regulæ Cancellariæ,& mouetur,quia regula loquitur de beneficio possesso per resignantē in cuius publicatione iuris nullo pacto verificari possunt,vnde cum cesset ratio cessat regula cap.cum cessante de appell.

Contrariam tamen opinionem, quod cessio iuris etiam sit publicanda,inspecta regula Cancellariæ,ten
52 uit Rebuff.in dict.regul.gloss.3.num 11.& mouetur, quia eadem ratio militat in resignante ius quæ in resi
53 gnante beneficium,nam renunciando iuri videtur†renunciare beneficio cap.2.cap.super hoc de renunc.q enim†actionem ad rem haber,ipsam rem habere videtur l.qui actionem ff.de regul.iur.& hanc posterio rem sententiam videtur tenuisse Rot.in vna Salamantin.parochialis de Campo coram Achille de Grassis. 5.Martij & 10.Nouembris 1540.& 5.Iunij 1550. in qua fuit tentum, regulam de publican.habere locum in eo,qui obtinuit tres sententias,& exequutoriales, & ante adeptam possessionem resignauit vigore exequutorialium in fauorem N.& postea fuit adeptus, possessionem teste Put.decis.290.lib.3.vbi num.3.respondet ad dictum Sarn & iterum 15.Ianuarij.1563. coram Aldobrandino teste Caputaq.decis.85.lib.1.in manuscr.quia militat eadem ratio fraudis. & hodie
54 hæc†sententia non habet difficultatem,vt cessio iuris super beneficio sit publicanda,vt clare exprimitur in dicta constitutione.182.Pij.V.ibi. *Quod quæcumque dictorum beneficiorum resignationes,aut iurium cessiones,&c.*& in dicta constitutione 87.Gregorij xiij ibi,*Nec non litis & iurium quorumcunque cessiones, &c.*quod suadetur ratione,nam sicut in donatione reali excedente summam.500.Ducatorum requiritur
55 insinuatio,†quæ se habet ad instar publicationis, ita quoque in renunciatione iuris quæsiti requiritur ēt
56 †insinuatio,vt late concludit Barbat.cons.41.in 16.& 17.col.lib.1.cum ita præiudicetur creditoribus per clandestinas donationes iurium,seu actionum, sicuti per donationes rerum,nam qui actionem habet,rem habere videtur l.qui actionem.ff.de regul.iur. ita & ī casu nostro.

57 Et sicuti†dispositio Clem.vlt.de procur.quæ loqui
58 tur in morte naturali,procedit in morte ciuili †ideſt
* in renunciatione,vt fuit pluries*resolutum in Rota, & hæc sententia procedit,non solum quando fuit facta resignatio de beneficio,sed etiam si de iure quæsito facta fuerit,vt fuit*resolutum in vna Oxomen. Archid.

chidiaconatus coram Sarn.die 14.Decembris. 1537. pro Roderico Lopez,nam idem effectus resultat, qa sicuti per renunciationem beneficii censetur reuocatus procurator,etiam quoad incæpta,ita & per resignationem iuris.Sic ergo erit in casu nostro.

Et Decisio facta in vria, Pampilonen.coram R. P. D.Pamphilo Auditore Rotæ Doctissimo 5.Nouembris.1584.vt non requiratur publicatio in cessione iuris super beneficio,& sufficiat illam facere corā Audi
38 tore,fuit declarata procedere si huiusmodi†cessio fiat ad fauorem possessoris,vel constet de validitate tituli antiqualiter quam per cessionem in vna Tuden. parochialis,10.Iunij.1587.corā R.P.D.Seraphino Aud. Rot.Doctiss.

SVMMARIVM.

1 *Publicatio beneficij vbi sit facienda.*
2 *In loco beneficij debet fieri publicatio.*
3 *Per publicationem in loco beneficij prouisio Ordinario collatori fit nota.*
4 *Qua ratione assignetur maius tempus in publicatione facienda de beneficio resignato extra Curiam.*
5 *Tempore quo publicatio requirebatur per Reg.Cancellariæ sufficiebat publicare in quocumque loco beneficij resignati.*
6 *In Cimiterio an sufficiat publicare.*
7 *Publicatio hodie est facienda in Ecclesia beneficij resignati.*
8 *Si Ecclesia beneficii resignati est ruralis, & cura ac conuentu carcat,debet fieri publicatio in parochia viciniori.*
9 *Si beneficium resignatū est in cathedrali, sufficit ibi publicare.*
10 *Si Ecclesia resignata est exempta, sufficit ibi publicare.*
11 *Sufficit Ecclesiam habere conuentum,vel populum,vt ibi publicatio possit fieri.*
12 *Tutius est actum facere in pluribus locis.*
13 *Publicatio est faciendadum frequens populus ad missarum solemnia conueniat.*
14 *Frequens populus quando interueniat Ecclesiæ.*
15 *Publicare quid sit.*
16 *Factum publicum,quod dicatur.*
17 *Quod fit intra Missarum solemnia, dicitur publicum.*
18 *Publicatio facta in Choro coram Canonicis est nulla.*
19 *Dictio In intrinsecitatem importat.*
20 *Quod fit in porticu,non dicitur factum in domo.*
21 *Publicatio facta in porta Ecclesiæ,est valida.*
22 *Quod conformat rationi,consonat Constitutioni.*
23 *Ratio ita disponit,vt lex.*
24 *Publicatio potest fieri post prandium,cum celebrantur diuina Officia cum frequentia,vel prædicatur.*
25 *Publicatio an possit fieri qualibet die.*
26 *Publicatio debet fieri diebus solemnibus.*
27 *Diebus festiuis omnes tenentur accedere ad Ecclesiam.*
28 *In publicatione exhibendæ sunt litteræ Apostolicæ, aut earum transumptum authenticum.& num.43.*
29 *Publicatio facta cum relatione ad librum Registri. Romanæ Curiæ,nulla.*
30 *Supplicatio registrata non semper continet consensū resignantis.*
31 *Lex intelligitur de actu perfecto.*
32 *Publicatio non potest fieri litteris non expeditis.*
33 *Attenta Constitutione,Pii V. de publican. potest fieri publicatio non expeditis litteris.*
34 *Scriptura debet esse authentica.*
35 *Scriptura dicitur publica tribus modis.*
36 *Transumptum authenticum,quod dicatur.*
37 *Transumptum idem quod copia.*
38 *Transumptum probat vt originale.*
39 *Publicatio non valet facta cum copia litterarum collationata.*
40 *Copia collationata non est transumptum.*
41 *An publicatio facta cum processu fulminato valeat.*
42 *Litteræ an debeant legi in publicatione.*
44 *Publicatio facta cum scriptura authentica in qua fiat mentio litterarum,non valet.*
45 *Publicatio facta cum breui restitutionis,est valida.*
46 *Notario asserenti fecisse publicationem cum litteris, credendum est.*
47 *De non publicatione constat,probando litteras tunc temporis non potuisse ibi esse.*
48 *Impedimenta excusant a publicatione.*
49 *Qualitas resignationis,& beneficij resignati est in publicatione exprimenda.*
50 *Palam quod dicatur fieri.*
51 *Relatio Notarij se publicasse iuxta formam Constitutionis Gregorij, absque alia qualitate reddit actum validum & num.59.& num.63.*
52 *Relatio Nuntij dicentis se citasse iuxta,&c.sufficit.*
53 *Publicatio est valida, quamuis fuerit erratum in nomine,vel cognomine resignantis,vel resignatarij.*
54 *Error in officio, si ex circunstantijs constat de persona non nocet.*
55 *Error in nomine non vitiat.*
56 *In publicatione exemplum affigitur valuis Ecclesiæ.*
57 *Præsumptio vt actus valeat.*
58 *Publicatio non est bona,si Notarius non attestetur affixisse copiam litterarum valuis Ecclesiæ.*
60 *Instrumentum publicationis est conficiendum.*
61 *Notarius habens conficere instrumentum,debet rogari.*
62 *Forma instrumenti publicationis.*
64 *Relatio intelligitur facta cum omnibus suis qualitatibus.*
65 *Notario creditur circa publicationem.*
66 *Instrumentum,si non est in forma probanti,non probat.*
67 *Nomina testium in instrumento debent exprimi.*
68 *Ex duobus Notarijs rogatis non suppletur numerus testium requisitus in instrumentis.*
69 *Testes in instrumento publicationis,an debeant dicere litteras fuisse authenticas.*
70 *Notarius non potest testari de actu præterito.*
71 *Dicenti resignationem non esse publicatam,incumbit onus probandi.*
72 *Per adeptionem possessionis non satisfit Constitutioni Greg.de publican.& num.69.*
73 *Publicatio debet esse populosa.*
74 *Petitio possessionis non suffragatur resignatario nō publicanti.*
75 *Publicatio differt a petitione possessionis.*
76 *Reg.de annali non suffragatur non publicanti, & nu. 91.*
77 *Continuatio possessionis æquipollet publicationi contra num.90.*
78 *Quando forma respicit certum actum,potest per æquipollens adimpleri.& num.86.*
79 *Diligentia capiendi possessionem,quid prosit.*
80 *Non publicans,non potest capere beneficium vigore aliarum clausularum.& nu.120.*
81 *Etiā si resignatio nota sit populo,ē facienda publicatio.*

81 *Notorium releuat ab onere probandi.*
83 *Quoties probatio requiritur pro forma, Notorium non releuat.*
84 *Gerens se notorie pro Rectore, non acquirit ius.*
85 *Constitutio Pij V. de publican. potest adimplen per equipollens.*
87 *Constitutio Greg. XIII. de publican. specifice est adimplenda.*
88 *Matthæi Contarelli laudes.*
91 *Possessio annalis ad multa prodest.*
92 *Triennalis possessio non suffragatur non publicanti.* 2
93 *Non habens ius, non iuuatur regula de triennali.*
94 *Præsumptæ, & tacitæ retrocessiones non suffragantur non publicantibus.*
95 *Non publicans, non potest iuuari allegatione Lapi.*
96 *Allegatio Lapi 89. quid disponat.*
97 *Rota ad triennium reduxit allegationem Lapi.*
98 *Titulus ex triennio præsumitur.*
99 *Noua prouisio ex triennio præsumitur.*
100 *Dispensatio præsumitur ex triennio.*
101 *Allegatio Lapi operatur, vt quis non teneatur iustificare dispensationem obtentam.*
102 *Probatio in contrarium non admittitur contra allegationem Lapi.* 3
103 *Possessio triennalis, de qua in allegatione Lapi, debet esse pacifica.*
104 *Possessio, de qua in allegatione Lapi per quem probanda sit.*
105 *Quo modo probetur quem decessisse in possessione.*
106 *Non est locus allegationi Lapi, si non moriatur in possessione.*
107 *Non est locus allegationi Lapi per continuationem possessionis, ex reseruatione fructuum.* 4
108 *In spolio non habet locum allegatio Lapi.*
109 *Spolians suum spoliatorem potest uti allegatione Lapi.*
110 *Agens ad regressum, an possit uti allegatione Lapi* 5
111 *Consensus abdicat ius in resignatione.*
112 *Possessio decennalis non suffragatur non publicanti.*
113 *Noua prouisio Papæ non habet vim publicationis.*
114 *Noua prouisio quid factat.* 6
115 *Tempore regulæ Cancellariæ de publican. noua prouisio æquipollebat publicationi.*
116 *Noua prouisio nulla nihil operatur.*
117 *Nullum non producit effectum.*
118 *Nullum non est considerabile.*
119 *Noua prouisio publicata in resignatione prodest.*
121 *Clausula quouis modo, quam vacationem capiat.*
122 *Publicatio potest fieri per procuratorem.*
123 *Actus gestus per procuratorem, & dominum æquiparantur.*
124 *Dominus videtur publicare tempore, quo procurator id fecit.*
125 *Procurator, ad publicam debet habere speciale mandatum.*

QVAESTIO VI.

Exto. Quæro, vbi & quomodo sit facienda publicatio beneficij resignati. Plures antiquitus fuerunt opiniones, quas omnes ponit Glossator † in regul. Cancellariæ de publican.

Prima, quod sufficiat publicare coram Notario, & testibus, si sit in Curia resignans.

Secunda, quod sufficit in Cancellaria, vel Camera, sicuti dicimus de reuocatione mandati.

Tertia, sufficere resignationem alta voce in Audientia contradictarum, quando adest populi multitudo, publicare.

Has tamen sententias recte confutat Sarnen. in d. reg. de publican. q. 9. quia per publicationem factam his supra dictis modis non occurritur fraudibus, quæ ex occultis resignationibus proueniunt, vt ipse pluribus verbis ostendit. Ideo communis *omnium sententia est publicationem esse faciendam in loco beneficij, tam si cessio fiat coram Summo Pontifice, quam si fiat coram Ord. Roman. cons. 433. Abb. cons. 99. l. 1. Corn. cons. 137. lib. 3. Dec. cons. 160. in 3. dub. vers. sed in his, Sarn. dict. q. 9. col. 3. Rebuff. in prax. tit. reg. de publican. Glos. 9 Card. Paris. cons. 39. vol. 4. Port. Imolen. cons. 18. num. 6. li. 1. Augusti. decis. 347. lib. 1. Augusti. decis. 347. lib. 3. & fuit* dictum in vna Maioricen. coram Ioan. Paulo, teste Ant. Augusti. d. decis. 347. lib. 3. in manuscr. Idque probatur expresse in dicta regula Cancellariæ, ibi: *Vbi dicta beneficia consistunt, &c.* ac etiam in dictis Constitutionibus Pij V. & Gregorij xiij & est ratio, quia per publicationem factam in dicto loco, prouiso ordinario † Collatori fit nota ex quo cessat, quod considerant Roman. dict. cons. 433. sub num. 1. Cassad. decis. 22. num. 2. super regul. Cancel. & innotescit omnibus, ius amplius non competere resignanti, sed resignatario. Et populus recognoscit suum pastorem, habentq. pro beneficiato, quem habere debent, vt probauit Rot. in vna. Astoricen. *parochialis, & hinc est, quod maius tempus assignatur in publicatione resignationis factæ in Curia, Accorambon. decis. 126. in manuscr.

Dubium tamen est, in quo loco beneficij resignatio sit facienda? Tempore regulæ Cancellariæ de publican. quia ibi hoc non exprimitur, erat dubium, & *cõmunis opinio tenebat† sufficere publicare in quocunque loco beneficij, vt colligitur ex Gemin. cons. 75. in causa in fin. Abb. dict. cons. 99. & tradunt Sarn. dict. q. 9. col. 3. vers. & ideo, Rebuff. Glos. 9. vers. & notoscilicet in Ecclesia Cœmiterio, & alio loco, & Sarn. loc. cit. col. 4. & 5. addit in simplicibus sufficere publicare quomodocumque, in Curatis in loco parochiæ, in dignitatibus in loco dignitatis, & in Ecclesia solemni.

Hodie autem hoc est clarum, namque in dicta Constitutione Pij V. 182. hæc verba habentur, *In Ecclesia ipsius beneficij, ac etiam in Cathedrali, vel Metropolitana, vel alia superiori Ecclesia, cui beneficium ipsum resignatũ, vel cessum immediate subest, siquidem beneficium extra Cathedralem situm sit, vel fuerit, si vero beneficium huiusmodi in Cathedrali, vel alia superiori Ecclesia exstiterit, in ipsa sola, dum inibi populi multitudo ad Diuina audienda conuenerit, publice, alta, & intelligibili voce, ita quod ad omnium in eadem Ecclesia præsentium notitiam verisimiliter peruenire possit, per ipsos resignantes, vel cedentes, aut resignatarios, vel cessionarios, vel alium, seu alios eorum nomine publicentur, &c.* & vt dicta Constitutione Gregorij XIII. 87. quæ hodie seruatur, hæc verba habentur: *Ipsa autem publicatio in Cathedrali, vel in beneficij Ecclesia, vel Ecclesiis, si in pluribus illud sit; fiat vbique, vbi frequens populus ad Missarum solemnia conuenerit, palam omnibus litteræ Apostolicæ prædictæ, eorumue transumptum authenticum exhibeatur, claraque, & intelligibili voce resignatio, seu cessio huiusmodi, ac beneficij qualitas, & inuocatio, nominaque, & cognomina resignantis, seu cedentis, ac illius*

lius, in cuius fauorem gratia huiusmodi facta est, pronuncientur, vt hæc omnia possint ad notitiam omnium ibi existentium verisimiliter peruenire, scripto que de his omnibus exemplo collato valuis Ecclesiarum affixum relinquatur. Si vero Ecclesia beneficij ruralis sit, aut populo, conuentuque careat, eo casu in parochiali, intra cuius parochiæ limites beneficium ipsum consistit, & in Cathedrali Ecclesia, &c. Ex qua Constit. Gregorij, quæ hodie seruatur, Primo colligi
7 tur, publicationem † esse faciendam in Ecclesia beneficij resignati, vel Ecclesijs, si illud in pluribus sit, & in Cathedrali, & ratio est, quia hoc casu obuiatur fraudibus prouenientibus ex rationibus supra positis, & hæc conclusio procedit, si beneficium requirit residentiã, vel habet curam, si autem fuerit rurale, & populo, con
8 uentuque careat, debet fieri † publicatio in parochiali, intra cuius limites beneficium consistit, & in Cathe-
9 drali: si vero beneficiũ est in ipsa † Cathedrali, sufficit, ibi duntaxat publicationem facere, & ita practicatur huiusmodi Constitutio.

* quis modo,&c.secundum communem* conclusionẽ,
* 16 & stylum,* de quo attestatur Sarn.d.q.16.capit tantum,vacationem tempore datæ prouisionis contingentem,& sic beneficij,quod iam vacat de præsenti, non tamen capit vacationem,quæ extrinsecus,& in futurum contingere potest,Doctores,in c.susceptũ, de rescript. lib.6. nam sicuti non se extendit ad vacationem ex persona alterius, ita neque ad vacationem contingentem alio tempore,nam valet argumentum
17 † de persona ad tempus,& e contra,l. qui plures, in principio,ff.de vulgar.& pupill.l.videmus,§.pen.ff.de in lit.iurand.late Sarn.de infirm. q. 34.& secundum
* hanc* opinionem fuit alias resolutum,vt dixi lib.9.

Tertio, quia expresse dicitur in dicta Constitutione Gregoriana,§.illorum vero ibi. *Nunquam ob clausulis generalibus,&c.* vt dixi quæstione præcedenti. num.80.& num.120.

18 Amplia tertio,vt†Resignatarius non possit capere dictum beneficium vigore alterius gratiæ, vt dicitur in dicta Constitutione Gregoriana §. Quod si quid quam,ibi. *Nullaque alia gratia super huiusmodi bene ficio siue,iure cessio ijs,quibus concessa fuerit,suffragetur,&c.*

19 Amplia Quarto,vt Resignatario†non profit regula de annali neque de triennali,ac præsumptę retrocessiones,vt dicitur in dicta Gregoriana Consti.in d.§. Quod si quidquam,& dixi quæstione præcedenti, n. 76.& num.90.92.94.cum seq.

Dubium tamen est, an ius abdicetur a resignante
20 ob non factam†publicationem a resignatario? Cõis
* * responsio est negatiua, inspecto tempore Regulæ Cancell.de public.& Constit.Pij V.182.de public. vt colligitur ex his quæ dicit Sarn.in pluribus quæstion.
* de public.& fuit resolutum*pluries in Rota ante, & post dictam Constitutionem Pij V.in vna Quet.die 2.Maij,1554.coram Fantuccio, in qua fuit dictum, quod non facta publicatione beneficium remanet resignanti,& vacat per eius obitum,Caputaq. decis.80.
* part.3.Et in vna*Pampilonen.15.Martij,1573.corã Illustrissimo Cardinali Aldobrandino,& 13.Februarij,1583.in vna Auximan.coram R.P.D.Brauo,& in vna Calaguritan.Prioratus,6.Februarij,1579. coram R.P.D.Blanchetto,& in vna Aquilan.14.Aprilis, & 2.Iunij,1581.coram Cantuccio, & in alia Carthaginen.coram R.P.D. Viccomite, nunc Archiepiscopo Mediolanen. & in dicta Calaguritan. 15. Maij, 1573.& in vna Barchinonen.coram R.P.D.Bubalo, vt dixi lib.1.q.3.num.116.& hoc ex illa generali regu
* la*recepta ab omnibus,quod quomodocunq. sit nul
21 la resignatio,ius † non abdicatur a resignante, vt fuit
* pluries decisum in * Rota,teste Caputaq. decis.216. num.3.par.1.Rebuff.cons.75.num.4.Pelegrin. decis. 151.lib.2.Crescen.decis.64.lib.1.in manuscrip.Coct. dec.12.Sarn.decis.1.Fab.decis.16.& 40.omnes in recollect.manus.vt late dixi d.lib.1.q.3.& ex alia etiam
* *, communi conclusione, quod non abdicetur ius a
22 resignante, † nisi beneficium quæratur resignatario, Caputaq.decis.84.num.5.par.3.Put.decis. 158. num. 2.lib.3.& decis.523.lib.2.Rebuff.de pacif.possess. nu. 146.& cons.192.num.8.& cons.4.num.13. Ptolom. dec.109.in manusc.Bursat.cons.411.num.4.& 5.vol. 4.& fuit pluries resolutum in Rota,vt dixi lib.1.q.3. num.47.cum seq.

Eo magis, cum dicta Constitutio Pij V. annullet resignationes ab initio,& dicit fuisse,& esse nullas,& 23 annullat consensum,quo consensu † sublato impossibile est dicere, ius fuisse abdicatum a resignante, & * hæc ratio mouit Dominos,in vna Pampilonen.* Parochialis,Veneris,15.Martij,1573.coram Illustrissimo Cardinali Aldobrandino, & in dicta Aquilana 24 Prioratus.Decretum enim † irritans,quod est appositum in

situm in d.Const.habet oculos retro,& operatur nullitatem ab ipso initio,Cassad.super reg.dec.12. nu.4. Achil.de Grass.decis.385.Sar.de annal.q.5.prope finẽ
25 & afficit omnia,quæ†sequũtur,ita vt nec iuris effectũ
26 nec iuris fomentum habeant Cassad.dec.1.nu.7. de rest.spol.& Papa reuocando ea,quæ† sunt iuris positi
* ui,reuocat illa,prout ex tunc glos.*communiter approbata in clem.1.verb.pro infectis de immunit.Ec-
27 clesi.& potest facere,†vt res actæ habeantur pro infectis,etiam quo ad effectus præteritos Card.Imol. & alij in d.clem.1.Tiraquell.de const.possess.par. 3.lim.
28 7.num.47.& per † consequens Resignãs poterit agere spolio,cum ab eo ius non fuerit abdicatum,vt fuit
* conclusum in dicta Auximã.*coram R.P.D.Brauo, 13.Februarij,1583.& in alia Bergomen. parochialis, 28.Februarij,1586.coram bon.memo.Cantuccio,si
29 resignatarius†nõ docear de publicatione,in vna Abulen.Præstimoniorũ, Veneris,30.Octobris,1587. coram Gipsio,& 26.Ianuarij,1590.corã Comitulo. Et
* denuo resignare,vt fuit resolutũ in dicta* Calagurit. coram R.P.D.Blachetto,10.Octobris,1580.& alias
* 8.Iunij,1581.in vna Placent.parochialis,fuit*resolutum,quod qui resignauit parochialem, & cepit vnũ curatum,si postea contendat ob non factam publicationem,ius non esse abdicatum,incidit in pœnas c.de mulcta,de præb. Et hæc conclusio communiter recepta,vendicat sibi locum in resignationibus,factis coram Summo Pontifice, quæ ex permissione eiusdem Papæ recipiunt hanc conditionem,vt ius abdicetur, si beneficium quæratur resignatario,vt late dixi lib.1. q.3.num.47.Cassad.dec.2.num.3.de simon.& decis. 4.locat.Boer.in trac.de auct.legã.a later.col.antepen. Redoan.de simon.par.2.c.13.& c.15.num.3.Non autem in renunciationibus,quæ fiunt coram ordinarijs namq; si aliquis renunciauit coram Ordinario, qui Ordinarius†postea contulit N.qui non fecit publicationem,vtiq; resignans non potest dicere ius nõ esse
* abdicatum,vt fuit*resolutũ in vna Calagurit. Thesaurerię corã D.de Grassis,10. Ianuarij,1578.& hoc ex
31 eo quia coram Ordinarijs fit† renunciatio libere,Ca-
* putaq.decis.255.lib.1.in manusc.& communiter*alij
32 vt scripsi lib.1.q.3.num.2.cum seq.& statim† abdicat
* ius a cedente,Cassad.dec.4.de rest.spol.Put.dec.158. num.4.lib.3.vbi refert ita fuisse decisum* in Rot.Pelegr.dec.237.in manusc.& fuit pluries determinatum
33 in Rot.vt dixi li.1.q.3.n.6. et si resignãs†post resignationẽ contraxit matrimoniũ,iã nõ pot ius manere pe-
* nes ipsum,tũc igitur vacat beneficiũ ex resignatione, vt fuit*resolutum in dicta Calaguritan. Thesaureriæ.

Inspecto tamen tempore Const.17.Greg.XIII.de publi.dicendum est, ob non factam publicationem a
34 resignatario,abdicari ius a†resignante,& beneficium vacare,ac posse cõferri libere,& impetrari, vt dicitur expresse in §.quod si quidquam ibi, *Illaque sine iura ab ipsũ statim prima resignatione,seu cessione, etiam si illæ aliàs nullæ,& inualidæ,esset,uacasse,& vacare censeantur eo ipso,&c.* & ibi, *sed ipsa beneficia, siue iura sic a principio vacantia,&c.* & paulo inferius. Idque optima ratione videtur statutũ,vt eo magis obuietur fraudibus. Ex quo infertur,quod non fa
35 cta†publicatione,non potest resignans repetere beneficium resignatum,neque agere spolio,quia id omne
* ius cecidit ab eo,iuxta dict. Constit.quæ est in*viridi obseruantia,vt iam dictum est;& sic huiusmodi Constit.non solum annullat actum,sed inducit vacationẽ
36 beneficij resignati,quod procedit, vbi resignatio est nulla ex dicto defectu,non autem ex alio,vt fuit re-
* solutum*in Rota in vna Brixien. parochialis de mense Maij, 1589. coram Illustrissimo Cardinali Plato, tunc Auditore Rotę doctissimo. Et huiusmodi beneficia vacantia ob non factam publicationem sunt reseruata,vt dicitur in eadem Constitutione Gregoriana de public.ibi, *Sed ipsa beneficia,siue iura sic a principio vacantia à Sede Apostolica prædicta dũtaxat impetrari valeant,ac concedi,&c.* Ex quo sequitur,
37 inferiorem non posse†in collatione dictorum benefi-
38 ciorum vacantium se intromittere,& cõferendo†nulla est collatio,Rot.dec.3.num.1.de off.legat. in nou. & decis.1.rer.permut.eod.lib.Aeneas de Falconib.in trac.refer.in pluribus locis, & colligitur ex Constit.
39 46.Clem.VII.& suspenditur†donec veniam petierit, vt dicitur in Const.42.fel.record.Greg. XIII. incip. Quæ in Ecclesia. Nã decretum Papæ in reseruationi-
40 bus non solum afficit,sed inficit†titulum,Rot.dec.3. de rest.spol.in nou.& hãc conclusionem extendo,nõ solum ad resignationes factas in Curia,vt si resignatarius non publicet,illa cessio sit nulla,& beneficium vacet,& sit affectum, sed etiã ad resignationes factas extra Curiam,vt si ille, cui fuit collatum beneficium vacans per renunciationem liberam,& simplicem ab Ordinario,non publicet,collatio sit nulla,& benefi-
41 cium† illud pariter sit reseruatũ,& de eo non poterit Ordinarius denuo disponere, quod colligo, tum ex generalitate verborum,tum etiam ex ratione, & ita
* audio fuisse*practicatum,& latius dicetur infra.

42 Et impetratio†dictorum beneficiorum ob non seruatam formã di.Const.fit cum expressione nominũ, vt dicitur in dict.Greg.in §. *Illorum vero impetrationes,vel etiam motu proprio Concessiones,quibuscunque derogationibus fultæ,nunquam sub clausulis generalibus,aut vacationũ modis conditionalibus,vel implicitis comprehendantur,sed specialiter,et expresse ob non seruatam præsentis constitutionis formam, ac cum declaratione nominum,& cognominum resignantis,seu cedentis,& gratiam habentis,dispositiue & non conditionaliter fieri omnino debeant,&c.*

Ex quibus verbis colligit forma impetrationis beneficiorũ vacantiũ ob non factã publicationẽ, q̃ ser-
* uanda est,& seruatur de*stylo,nãque concessio† mo-
43 tu proprio facta non suffragat, minus impetratio cũ quibuscunq. derogationibus,ac cum clausulis generalibus vacationũ. Vnde non solũ per commissionẽ, q̃ mandat fieri fidem,an sit facta publicatio nõ adiudicatur beneficium,vt late per Sarn.q.16.de iure q̃sito non tollendo,& per oppositionẽ de non publica-
* tione,vt fuit*decisum in Rota in vna Vrgelen. Archidiaconatus,corã Episcopo Marsic.mense Nouẽbris, 1539.teste,Sarn.d.q.12.col.2.de iure quæsi.non toll. sed nec ẽt per collationẽ Ordinarij,cum sibi reseruata.immo nec ẽt per impetrationẽ factã a Papa aliter q̃
44 sit dictũ. Et impetratio facta sub hac formã tante elapsum tẽpus datum resignatario ad publicãdum,est nulla,ẽt si postea resignatarius nõ publicauerit,vt tenuit
* Rota in vna*Palenr.beneficij,corã Capizucco,de anno 1529.teste Cassad.dec.24.supra reg.Cancel.idemque censuit Rota in vna Placentin.parochialis,anno 1520.vt refert idẽ Cassad.decis.5.de concess.ꝑben.& hanc opinionem esse*veram,& iustam,& approbatã
* a Rota in pluribus causis,tradit Sarn.q. 17. col. penvers.quibus non obstantibus,de publican Rebuff.in eod.tract.col.14.vers.item Ptolom.decis. 95. in manusc.& ratio est, quia ius in re plenum,etsi posset re-
45 solui,non tamen test alteri conferibile ante resolutionem,c.commissa,in princ.de elec.lib.6.c.si tibi absen-

46 ti,de præben.eod.lib.vbi*communiter Doctores.Be
47 neficium enim vacans†confertur,vt late dixi li.1. q.4.
* & quod potest vacare interim† non potest conferri,
Bellam,decis.752.Ale.in l.qui decesserit,col.vlt.ff.qui
48 satisdare cogantur,& ideo in qualibet†prouisione po
nitur clausula præseruatiua iuris tertij, Cassad.dicta.
decis.24.nu.36.

49 Hinc prouisio†Ordinarij,facta infra mensem da-
tum,& concessum expectantibus,ad acceptandum nō
valet,etiam illis postea non acceptantibus, vt habetur
dec.834.in antiq.Bisignett.decis.23.de concess.præb.
50 quemadmodum nec valet tali casu†prouisio legati, vt
* tenuit*Rot.teste Gammar.in tract.leg.li.3.q.3.& tē-
pore Sarn.vt ipse attestatur dict.q.17.

51 Hinc collatio Papæ facta†infra sex menses deuo
lutionis ad superiores propter negligentiam patrono
rum non præsentantium,est nulla,etiam si Cardinalis,
ad quem fuit deuoluta collatio infra sex menses non
* conferat,vt tenuit*Rot.in vna Vicent.Archipresbyte
ratus coram Io.Paulo die 19.Decemb.1539.

Vnde, licet ius Resignatarij dicatur pendens ante
publicationem,Pauin.de offic.& potest.c. Sed.vacan.
in 3.præl.tamen non valebit collatio interim facta q̄-
uis in alijs casibus valeant ea,quæ concluduntur,pen-
52 dente†iure resolubili,vt per plura exempla probat De
ci.cons.247.col.pen.Gem.cons.79.in 2.du.& an clau
sulæ prosint,vide quæ scribunt Cassad.decis.5.num.2.
de concess.præb.Simonett.decis.12.Roma.cons.256.
Soc.cons.43.in 2.col.& in 3.li.3.Ang.cons.36.Anch.
cons.148.Et iste impetrans beneficium vacans,ob nō
53 factam publicationem†tenetur publicare,vt dicitur in
cap.Constitutione in §.illorum ibi. *Et quicumque sic
impetrans,aut gratiam,etiam motu simili,habēs præ-
finitum cuique casui tempus prædictum a data cōces-
sionis gratiæ sibi factæ huiusmodi,ea omnia, quę ca-
dens a iure prædicto debebat,præstare teneatur,& si
pluribus huiusmodi gratia fieri contigerit,si pro omni
bus obtineat,quis primus publicationem suæ impetra
tionis fecerit,& possessionem adeptus fuerit,aut petie
rit,omniaque requisita prædicta adimpleuerit, quam
uis in data sit postremus,& possessio ab alio in publi
cando negligentiore prius apprehensa fuerit,vel peti
ta,&c.*Ex quo infertur,quod quamuis moriatur po-
stea Resignans,etiam in possessione beneficij resigna
54 ti,nihilominus beneficium non vacat per eius obitū,
sed eo modo,vt supra dictum est,scilicet ob non fa-
ctam publicationem,& hoc est valde notandū, nam-
* que contrarium*erat receptum in terminis Regulæ,
de public.Caputaq.de 80.pag.3.Put.dec.i.337.& 358.
371.li.3.Achil.de Graf.decis.351.& dec.4.super regu.
Ant.Aug.dec.790.li.3.Cor.cons.137.vol.3.& com-
muniter Doctores.Ex quo cessant plures lites q̄ orie-
bantur quando resignans diceretur decedere in posses
55 sione,quod†colligebatur ex perceptione fructuum &
alijs similibus actibus,vt fuit disputatum,& resolutū
* in vna*Abul.Præstimoniorum 11.Nouembris 1550.
& 6.Martij,1551.teste Put.d.dec.& late tradit Cor.
d.cons.137.nu.6.cum seq.quod consilium a Rot.fuit
canonizatum,teste Achi.de Grass.dec.41.super regul.
alias 350.Pur.decis.358.col.2.li.3.Nisi constet,perci-
56 pere fructus,non tamen de consensu†resignatarij,An
to.Aug.decis.790.lib.3.vbi refert, ita decisum in vna
* *Ientinen.& communiter Doctores.

Rursus Dubitatur,An nulla existente resignatione
ob non factam publicationem a resignatario, Resi-
gnans amittat reseruationes fructuum,aut pensionis,
57 vel alterius iuris,& sic quid in alijs? Negatiuè est re-
spondendum,vt dicitur expresse in dicta Constitutio
ne Gregoriana in §. *Reseruationib. omnibus nominis,
administrationis,fructuum etiam omnium,ac pensio-
num,& aliarum rerum quarumcumque, nec non fa-
cultatibus,indultis,& alijs concessionibus, tam ipsis
resignantibus,seu cedentibus, qui tum possessionē ab
initio re ipsa dimiserint,quam alijs ex huiusmodi resi
gnationibus,seu cessionibus,a Sede Apostolica factis,
nihilominus, validis, plerumque effectum,sortituris,
&c.*Quod optima ratione videtur statutum,nam hu
iusmodi reseruatarij in nullo deliquerunt,ergo puniri
58 †non debent,li sancimus,C.de pœnis, cessat enim pœ
na,vbi non est delictum,& culpa,l.aliud est fraus ff.de
verb.signif.Craue.cons.311.nu.2.Ideo Resignatarius
dum taxat,qui est in culpa,debet amittere ius,& pœna
59 †non debet egredi ipsum,l.rescriptum.ff. de his quib.
vt indigni.Cesal.cons.139.num.4.Natt.cons.479.nu.
4.Hinc scribit Dominus meus Car.Paris.cons.143.
nu.9.vol.4.quod Decretum reg.Cancel.de public.nō
* obstat resignanti.Quamuis alias Rota in una*,Placen
60 tin.parochialis,3.Iunij,1581.resoluerit† Constitutio-
nem Pij V.obligare resignantem,& resignatarium, id
que ex ratione particulari.

Limita hac conclusionē non procedere in casu de-
* cisō*per Rotam in vna Valent.14.Iunij, coram R.P.
D.Robusterio,de anno 1585.& in alia Cremonensi,
61 4.4.Nouembris,1583.Coram Cantuccio,vt Resigna
tarius posset annullare pensionem,aut reseruationem
fructuum,quia resignans habebat ius, & beneficiū ex
resignatione mortui,qui non publicauerat,ex quo oē
ius amiserat,& sic iste secūdus resignatarius potest di
cere de nullitate pensionis,aut reseruationis fructuū,
quamuis consenserit,iuxta decis. 10. Achill.de Grass.
sub tit.de pensionibus in manuscriptis.& hoc est ¸val
de notandum,& memoriæ tenendum.

Et quia supra pluribus in locis dictum est, resigna
tionem non publicatam esse nullam, & inualidam,&
beneficium vacare,& posse a quocumque impetrari,
* vt tota die*communiter de stylo obseruatur,etiam si
resignatio fuit duplicata,verum nō seruata forma hu-
62 ius†Constitutionis Gregorianæ:nam hæc itidem est
* nulla,& beneficium vacat,vt expresse in dicta Consti
* tutione dicitur,& fuit*pluries resolutum in Rota, vt
* supra dictum est,n.7.& ita communiter* practicat.
paria sunt,non facere,vel minus legitime.l. Duo sunt
Titij,ff.de testam.tutel.Vel fuit perfecte facta,sed ela
pso tempore dato ad publicādum:namque, quamuis
63 illa publicatio†fuerit facta:seruata forma,nihilomin*
* est nulla,cum nō fuerit tempore legitimo facta,vt ex
* presse dicitur in hac Constitutione Gregoriana,&*cō
muniter est receptum in praxi,& fuit resolutū in vna
* *Tarentin.Canonicatus,Veneris,12.Maij,1589.co-
ram R.P.D.Orano.

64 Limita primo,non procedere† quando fuisset à Pa
pa derogatum,vt quis non teneatur publicare benefi
cium sibi resignatum,Put.decis.178.lib.2.Rebuff.in
65 prax.regu.de publi.col.11,vers.2.namque eius est tol
lere,cuius est condere,l.vlt.C.de legib. & Papa in his
66 habet liberam facultatem disponendi,vt vult Cardin.
Paris.cons.103.vol.4.Staphil.de liter.gra. in principi;
67 & hoc priuilegium† debet specialiter esse concessum,
68 Put.d.decis.178.nu.2.Hodie tamen audiui nonnullos
* huiusmodi priuilegia,& ita*obseruatur.

Limita secundo,non procedere quoties fuisset ip
* rogatum tempus a summo Pontifice,nam quo stylus
* *notorius Datariæ est,vt concedat prorogationē ad
duos,vel tres menses,quoties non fuit facta publica-
tio

69 tio†in tempore,eo magis cum resignās viuit. fit enim
supplicatio,in qua narratur,non esse factam publica-
tionem,& esse elapsum tempus,vel prope,vt labatur,
& petitur restitutio aduersus sex mensium iam præ-
xorum lapsum, & repositio ac plenaria rei integratio
in statu,in quo esset,si infra eosdem sex menses existe
ret,& tali casu debet resignatarius publicare infra il-
los duos vel tres mēses datos in restitutione,& prorō-
70 gatione,& quemadmodum† restitutus a Principe re-
cuperat omnia bona,quæ ob delictū amiserat, ita re-
stitutus aduersum lapsum temporis publicationis re-
cuperat omne ius suum,l.vlt.§,vlt.C.de sent.pass.Ant.
* Gomes.de delictis.c.13.nu.33.& ita fuit*resolutum in
vna Astoricen.Archidiaconatus,coram R.P.D.Man
tica Auditore Rotæ Doctissimo,29.Maij,1590.&hu
71 iusmodi restitutionem ad publican.non esse publicā-
* dam tenuit Rota,in vna Oxomen,*coram R.P.Do.
Robusterio,2. Decembris, 1583. & neque prorogationem fuit resolutum corā R.P.D.Plato,nunc Car-
di.Amplissi.31.Ianuarij,1590.

72 Et in huiusmodi gratia†restitutoria aduersum lap
sum tempus publicationis, requiri derogationem re-
gulæ de jure quæsito non tollē.fuit resolutum in vna
* *Astoricen.29.Maij,1590.

Et cum fuisset cuidam concessa restitutio, & pro-
rogatio ad duos menses, in qua narrabat resignata-
rius,quod ex certis causis perpeditus non potuit pu-
blicare,fuit dubitatū,An teneatur eas verificare? Pro
affirmatiua facit,quia hoc videtur pars gratiæ; namq;
hac ratione concessit summus Pontifex hanc prorō-
gationem,quia fuerat†impeditus,ideo debet hoc veri
73 ficari,Gem.cons.65.num.21.& 23.Rom.cons.33.nu.
3.Paris.cons.45.num.3.vol.4.Sarn. in procem. Signat.
in princ.

Negatiua tamen opinio est verior resignatariū non
74 teneri verificare aliqua †impedimenta quam opinio-
* nem tenuit Rota in vna Oxomen.beneficij S.Thom.
Lunæ 2.Decembris,1585.coram,R.P.D.*Robuste-
rio nūc Episcopo dignissimo,& ratio,quæ mouit Ro
tam,fuit,quia gratia restitutionis non est fundata sup
hoc,sed super eo quia resignans adhuc viuit,& iō hoc
75 tātum debet iustificari,illa enim verba:†certis ex cau
sis perpeditus explicant causas in animo, & opinione
Oratoris,existentes quasi dicat appensatas,& conside
rans,ac cogitans certas causas,l.causæ la 1.§.causa au-
tem,ff.de minor.l.primā.C.vbi pupi.educ.oport.& in
prooemio.lem.vbi glo.Alberic.in dict.in verb.perpen-
dere,Rebuff.de verb.signific.fol.934.& tamen, quod
76 †constitit in animo,non est verificandum,Rota deci.
60.de refer.in antiqu.Card.cons.69.sub num.6. Cass.
dec.4.de probat.& regulare est,vt quoties dē ex cer-
77 tis causis†dicatur probatio dubia,& incerta,quæ nihil
releuat,Card.Paris.cons.6.nu.4.& cons.9. nu. 41. vol.
2.&huiusmodi verba fuerunt apposita pro colore re
stitutionis, sicut fit in supplicationibus resignationū
inquibus dicitur,quod certis ex causis animū,&c. Ex
quo cessat contrarium.

78 Illud autem,quod†resignans viuit,debet iustificari
nam restitutionem iustificandam fuit resolutum in
Rota in vna Pampilonen.parochialis de Sangueza ve-
neris.15.Martij,1576.coram Illustrissimo Aldobran
dino,& huiusmodi restitutio,seu prorogatio non o-
79 peratur quoties medio tempore †ius fuit acquisitum
tertio per collationem factam ab eodem Principe,qa
solet poni clausula,sine tamen iuris,&c. & regulariter
80 restitutus†a Principe non recuperat ius alteri conces
sum Bart.in l.Gallus,§.& quid si tantum,nam 12.ff.de
liber.& posth.& clausula illa præseruat ius quæsitum
81 tertio,& reddit gratiam† conditionalem, ad notata p
Put.decis.32.lib.2.Ideo concludendum est restituū
non recuperare ius,quod ob non factam publicationē
alteri esset quæsitum per impetrationem factam a Pa
pa,Ant.Gomes.dict.lib.delict.cap.13.nu.39.& in hoc
communiter conueniunt.

Quæro,si litteræ resignationis sunt nulliter expe-
ditæ ob subreptionem,vel obreptionem,& resigna-
tarius obtineat gratiam perinde valere, & postea pu-
blicet prædictas litteras, iuxta formam Cōstitutionis
Gregorianę an sit nulla publicatio,& per consequens
resignatio.Pro affirmatiua primo facit,quia Grego-
rius vult esse faciendam publicationem cum litteris de
82 super expeditis,†quæ verba debent intelligi de litte-
ris validis.nam inualidæ non sunt in aliqua considera-
tione,nec possunt producere aliquem effectum.l.non
putauit.§.non quæ vis.ff.de bon.posses.contra tabul.l.4.
§.condemnatum,ff.de re iudic.Marsil.cons.43.nu.2.
cum sequen.Corn.cons.284.num.9.vol.4.& in termi
nis regul.de publican.est decisio,Cassad.9.num. 3.de
concess.præbend.verba enim debent intelligi de resi-
83 gnatione,quæ fuit valida,& quæ dedit ius, & habuit†
effectum,& non de inualida,Cassador.dict.decis. 9.n.
3.vers.item.esto.

Secundo,quia publicatio requiritur ad prohiben-
das occultas beneficiorum resignationes,ex quibus,
84 †occultis resignationibus plura inconuenientia seque
bantur.namque ignorabatur vera vacatio, & decipie
bantur expectantes,& Ordinarij,Sarn.de publican.q.
2.& q.3.quæ fraudes non essent sublatæ per publica-
tionem cum primis litteris inualidis,quia occurrente
obitu resignatarij posset oriri,& dari materia fraudis
in resignante,vt ostendat nullitatem resignationis &
doceat de intrusione,quia cum litteræ reualidatoriæ
non fint publicatæ,de facili posset decipi Ordinarius
qui non tenetur illas requirere de registro, nec diui-
nare potest etiam dari materiam fraudis in euentum
obitus resignatarij, quia tunc ostenderentur litteræ
reualidatoriæ.

Tertio,quia constitutio vult quod si non fiat pu-
blicatio,vacet beneficium resignatum,ergo opus est,
quod publicatio fiat de resignatione valida, alias non
85 posset dari vacatio,quia quando resignatio † est nulla
ex alio capite, quam nō publicationis ius remanet in
resignante,& non vacat Moedan.decisio.326.fuit di-
* ctum*in vna Brixien.parochialis, 10.Maij 1589.corā
Plato.Ideo cum ista qualitas, quod vacet ob non fa-
ctam publicationem, non possit applicari in resigna-
tione nulla,merito est opus, quod publicatio fiat de
valida resignatione,Put.decis.4.de public.in manuscr.
& decis.42.lib.3.& tamen Constitutio non habet lo-
86 cum,vbi non potest occurrere*qualitas quam Con-
stitutio presupponit,Dec.cons.60.numer.2.Cranett.
cons.231.num.2.

Quarto facit, quia cum non tenet actus principa-
87 lis,neque illi accedentes† tenere debent,l.1.vbi Bal. &
* *omnes,C.de condit.ob caus.& ideo Sarn. de public.
q.18 probat publicationem,quatuis legitimè factam
de secunda gratia non deseruire primæ resignationi,
quæ nulla sit ex defectu publicationis,eadem ratione
videtur e contra.

Quinto,ponderantur verba Gregorianæ,dum vult
tempus sex mensium incipere a die gratiæ concessio-
nis etiam quod postea fuerit reformata,& valida red-
dita,quæ verba ostendunt eam ipsam reualidatoriam
esse publicandam.

His

88 His tamen non obstantibus, †contraria opinio est
* verior, quam tenuit* Rota in vna Mediolanen. Præpo
situræ, veneris, 27. Octobris, & 30. eiusdem mensis,
1589. coram R.P.D. Plato, tunc Auditore Rotæ do-
ctissimo, & nunc Cardinali Amplissimo. namque pu-
blicatio fuit facta cum litteris, eo tempore, quo erant
89 cõualidatæ, †per gratiam perinde valere, quæ, vt dicit
Rebuff. in prax. in tit. de perind. valer. habet oculos re
tro, & reualidat omnia ab initio, cum omnibus inde
sequutis. Idemque esset, si post publicationem habuis-
set gratiam perinde valere. nã sufficiet illa publicatio,
& non est opus alia; ita in simili, si Papa concessit Ab-
bati priuilegium testandi, illa gratia facit, vt sustineat
90 testamentum, iam† factum, licet nulliter, ita vt valeat ip
so iure absque noua declaratione, Ias. in l. quo minus,
ff. de fluminib. sub num. 129. Pau. de Castr in l. si quis
filio, §. irritum, num. 4. de iniust. rupt. irrit. fact. testam.
Marsil. in rubr. C. de fideiuss. num. 83.

Ita si Princeps concessit alicui, vt possit facere Mo
lendinum, †illa licẽtia porrigitur ad Molendinũ prius
illicite factum, Pau. de Castr. in dict. l. si quis filio, §. ir
ritum, num. 5. per illum tex. Ias. in d. l. quo minus, num.
127. vbi alia adducit.

Non obstant contraria, nam ad primum respondetur, multas resignationes etiam inualidas publicari, & clarum est publicationes non esse nullas, licet resigna-
tiones non habeãt effectum, vel melius respondetur, litteras esse validas, stante gratia perinde valere, quæ va
lidat ab initio, & ita respondetur ad secundum, tertiũ, & quartum. quintum autem negatur.

92 Et ideo gratia† reualidatoria mandati de prouidẽ
do præfertur habenti gratiam anteriorem illa reuali-
datoria, posteriorem autem prima gratia, vt fuit reso
* lutum in vna* Roma. Clericatus coram Cardi. Puteo,
die 24. Aprilis, 1551. teste Caputaq. decis. 44. parte 2ª.
93 Et formulam †gratiæ perinde valere habes per Man-
dos. in reg. de annali q. 84. per totam.

SVMMAIVM.

8 *Attenditur locus, vbi situm est beneficium, & nõ per-
sona concedens, in dubio.*
2 *Vacantia in Curia sunt reseruata, & num. 9.*
3 *Verba debent operari.*
4 *Beneficium priuati in Curia per sententiam, vbi va-
cet.*
5 *Lex inducens priuationem, priuat ipso iure.*
6 *Beneficia vacantia ob non factam publicationem, di-
cuntur vacare in Curia.*
7 *Beneficium censetur vacare in loco, vbi fertur senten-
tia priuatoria.*
8 *Ex diuersis non infertur.*
10 *Dispositio debet conuenire cui confertur.*
11 *Papa disponit de beneficijs vacantibus ob nõ factam
publicationem.*
12 *Quomodo impercentur beneficia ob non factam publi-
cationem.*

QVAESTIO VIII.

OCTAVO Quæro, an beneficia, quæ vacant ob non factam publicationẽ, dicantur vacare in Curia apud Sedẽ?

Pro negatiua præsupponendo beneficium resignatum esse extra Curiam, ac resignatarium, adducitur de cis. Put. 356. Cardina. Farnesius nu. 3. vers. non obstat, quod indultum, lib. 2. vbi dicit non esse attendendam
1 personam Summi Pontificis † concedentis indultum, sed locum vbi situm est beneficium, vt vacet extra Cu-
riam, facit etiam decisio Card. Paleot. 365. incip. hæc causa, in manuscr.

Secundo, affertur, quia Gregorius in sua Constitu
tione reseruat dispositioni suæ beneficia, quę declarat vacare ob non factam publicationem, iuxta Constitu-
tionis formam, si enim talia beneficia in Curia censerentur vacare, frustratoria fuisset illa expressa reserua
2 tio, cum vacantia in Curia de iure † communi sint reser
uata. c. 2. de præb. li. 6. ne ergo dicatur, quod talis reser
3 uatio sit posita sine effectu † operandi, iuxta ea, q̃ scri-
bit Cruett. cons. 135. sub num. 24. dicendum est Gre
gorium intellexisse talia beneficia in Curia non vaca-
re, & ob id expressam reseruationem in dicta Constitutione apposuisse.

Tertio, quia si priuatus in Curia est præsens in ea-
dem Curia, aut censetur † præsens, quia habetur pro p̃-
4 sente tanquam contumax, tunc beneficiũ vacat in Cu
ria, si autem non est præsens, aut non habetur pro pre
sente, tunc vacat extra Curiam, Sarnen. in regul. de impetr. benefic. vacant. per obitum Famil. Cardin. in quæstio. septim. sub numero 7. Caputaq. decis. 91. lib. 1. in manuscr. eoque magis hoc procedit, cum pri
5 uatio contingat per Constitutionem, & sic per † legẽ, quæ priuat ipso iure, Cardin. Palcott. decis. 374. incip. Mutinen.

His tamen non obstantibus, contraria opinio mihi
6 videtur verior, vt beneficia † vacantia ob non factã pu-
blicationem, dicantur vacare in Curia, quam opinio-
* nem tenuit Rota in vna * Virdunen. Canonicatus Lunæ. 19. Iunij, 1589. coram R.P.D. Gipsio Audito-
re Rotę doctissimo. nã resoluit nouã ꝓuisionẽ intra
re, cũ ille narrauerit beneficium vacare in Curia, idq.
iustificauerat ex eo, q̃ nõ erat facta publicatio, iuxta
hãc Gregorianã, & pro hac opinione primo facit, qa
in Curia fuit promulgata Gregoriana, quæ priuat nõ
7 publicantes, & beneficium censetur vacare † in loco,
vbi fertur sententia priuatoria, Rot. decis. 36. de præ-
bend. in antiq. Sarn. de impetr. benef. vacant. per ob.
Fam. Card. q. 7. sub num. 7. & fuit resolutum in vna*
Compostellan. teste Caputaq. dict. decis. 91. li. 1. & hoc
eo magis procedit in casu nostro, cum delictum fue-
rit commissum in Curia, & ibi facta resignatio. ac lata
sententia priuatoria, vnde nullum cadit dubium tot
concurrentibus, iuxta ea, quæ scribit Card. Paleot. de-
cis. 374. incip. Mutinen. Cappellaniæ Sancti Christo-
phori, & ita stylus admittit. nam cum Cõstitutio indu
cat vacationem vsq; ab initio, satis videtur vacare apud
Sedem, ex quo primordium vacationis fuit resigna-
tio in manibus Papæ.

Non obstant contraria, nam ad primum respondetur, quod casus est diuersus. vnde non infertur † ad l. Pa
8 pinianus. ff. de minor. namque resignatum in Curia
9 dicitur reseruatum † & affectum Archid. in cap. 2. in 1.
col. de præb. lib. 6. Sarn. de infirm. resignan. q. 33. nu. 2.
& est communis omnium Doctorum recepta opinio.

Ad secundum respondetur, retorquendo in contra-
rium. namque Gregorius voluit, quod ipsa beneficia, siue iura sic a principio vacantia a Sede Apostolica dumtaxat impetrari valeant, & concedi, vt dispositio
10 declaretur conueniens ei, in quem † confertur, l. plenã
§. equitis. ff. de vsu, & habit. quia non quæritur ad aliũ finem, vbi censetur vacare beneficium in casu priua-
tionis, nisi vt sciatur ad quem spectet collatio, Caputaq.

taq. dict. decis. 91. Cum ergo hic collatio spectet ad Sedem Apostolicam, dicendum est, quod apud illam censeatur vacare, vt dispositio declaretur conueniens

Ad tertium iã vr̃ũsum ex supra dictis. Cõcludẽdũ igit̃ est in Curia censeri vacare beneficia vacantia ob non factam publicationem, & dispositionem illorum
11 beneficiorum † spectare ad Sedem Apostolicam, vt ex
presse statuitur in allegata Constitutione fel. record. Greg. XIII. & dictum est ample in præcedentibus q̃-
stionibus, & ita* communiter practicatur. & obser-
uatur, & vulgaris stylus est omnibus notus in Curia, vt huiusmodi beneficia impetrentur a Summo Pontifice cum expressione in summitate supplicationis, ob non factam publicationem.

SVMMARIVM.

1 *Ignorantia Extrauagantium excusat. Bulla Pij V. cõtra illegitimos, an ligent Mantuę.*
2 *Publicatio legum debet quoque fieri partibus.*
3 *Iuri ciuili statur, cum iure Canonico contrarium non disponitur.*
4 *Lex non ligat ante publicationem.*
5 *Regulæ Cancellariæ, quare non ligent vbique contra num. 25.*
6 *Contra Constitutionem Gregorij XIII. de publican. nõ potest allegari nõ fuisse in partibus publicatum, & non esse vsu receptum.*
7 *Constitutio. Greg. de publican. vbique est vsu recepta.*
8 *Publicatio facta in Curia, sufficit vt Constitutio liget extra.*
9 *Romæ publicantur Constitutiones perpetuæ, & ligãt vbique.*
10 *Constitutio ligat omnes post publicationem factam in Curia.*
11 *Regulæ Cancellariæ, quæ non publicantur nisi in Curia ligant omnes.*
12 *Papa quare habeat pedes plumbeos.*
13 *Absentes quare facta publicatione ligantur.*
14 *Decretum irritans, ligat ignorantes.*
15 *Constitutio impressa, dicitur nota.*
16 *Liber sexti, & Decretalium, an fuerit publicatus.*
17 *Bulla in Cœna Domni vbique ligat.*
18 *Extrauagans ignota non ligat.*
19 *Sententia lata contra Extrauagantem publicatam, est nulla.*
20 *Sententia lata contra legem scriptam, est nulla.*
21 *Lex quando dicatur indubitata.*
22 *Differentia inter leges Papæ, & Imperatoris.*
23 *Auth. vt nouæ fact. a Const. quomodo intelligatur.*
24 *C. cum infirmitas, de pœnit. intell.*
26 *Lex vsu non recepta, non ligat.*
27 *Extrauagans non publicata excusat, non obstante Decreto irritante.*

QVAESTIO IX.

NONO Quæro, an possit allegari hanc Constitutionem Gregorij XIII. de publican. non fuisse acce
ptatam, & publicatam in partibus, & ex hoc non vsu receptam ad ef-
fectum sustinendi resignationẽ non publicatam? Pro affirmatiua
1 facit, quia ignorantia † Extrauagã-
tium excusat, Abb. & alij in c. Pastoralis, de fid. instru. Bal. in c. de causis, de re iud. ideo probato, quod non fuerit in Diœcesi publicata huiusmodi Constitutio, resignatio sustinebitur, quamuis non fuerit facta publicatio, Doctores in c. cognoscentes, vbi de commu
* ni* Ber. num. 52. de Constit. Roland. a Vall. cons. 8. nu. 26. lib. 3. Burlat. cons. 255. nu. 15. vol. 3. & cons. 375. n. 14. vol. 4. respondit Bullam Pij V. editam contra natu
rales non ligare Mantuę, cum ibi non fuerit publica-
ta. Quod comprobatur, quia lex promulgata in Curia Principis, non ligat subditos extra Curiam degentes,
2 etiam post duos mẽses a publicatione facta † in Curia,
donec per Rectores prouinciarum in Metropolibus publicetur, vt expresse dicitur in auth. vt factæ nouæ Constitutiones, & cum iure Canonico nõ sit expres-
sum contrarium † illi standum erit, arg. c. 1. de ope. nou.
3 nunc. & c. si in adiutorium, dist. 10. & videtur firmare Io. And. sup Gl. date sexti, Et tex. in c. cum infirmitas, de pœn. & remiss. vbi dicit illam Constitutionem factã
4 in Concilio generali non ligasse tante publicationem
eius a Prælatis factam. quod etiã videtur firmare Caie
5 tan. in 1. 2. q. 90. art. 4. & ob id multis † placuit regulas Cancellariæ non vbique ligare, Ancha. cons. 297. inci. efficacibus in princ. Zabar. cons. 99. Rom. cons. 260. col. 2. Dec. in c. 2. in 2. lectura de constit. Accedit quia licitum est ignorare Extrauagantes, Doc. in l. cum ꝓ
latis, ff. de re iud. Felin. in c. 1. de re iud. Burs. cons. 378. num. 7. vol. 4. Rip. in l. quarta, §. hoc autem iudicium. num. 32. ff. de dam. infect.

6 His tamen non † obstantibus contraria opinio est
* verior, & communiter* recepta ab omnibus, etiam de
* stylo, secundum quam fuit resolutum in Rota, die Lunæ 14. Maij, 1584. in vna Ippogerien. Canonica-
tus coram R.P.D. Orano. namque prouisus de benefi
cio vacante per resignationem non fecerat publicatio
nem, & ad sustentandam renunciationem allegabat de non vsu, & non publicatione, fuit decisum esse lo-
cum Bullę, & vbique, ac omnes afficere, vbique etiam esse † vsu receptam. idemque fuit confirmatum die 4.
Februarij, 1585. coram eodem in eadem causa, & ra-
tio est, quia huiusmodi Constitutio fuit Romæ publi
cata, vt in fine apparet, quæ publicatio † sola sufficit, vt
8 liget extra Curam Io. Monac. in reg. generali, de regu.
iur. lib. 6. attento stylo, * & consuetudine Curiæ, vt at-
testatur in his terminis Nauar. cons. 1. nume. 11. & nu.
19. de Constit. nam Romæ etiam publicantur omnes
9 aliæ Constitutiones perpetuæ, & ligant † per totum or
bem, & sunt in vsu, Paul. de Eleaz. in procem. Clemen.
Sarn. in procem. regu. Cancel. q. 2. nu. 13. Cappel. Tolo
sa. decis. 144. in 2. dub. & quod lex liget post publica-
10 tionẽ † factam in curia, est magis communis ** opinio,
** teste Nauar. d. cons. 1. nu. 19. Gloss. vlt. in data 6. Natt.
cons. 295. nu. 7. & cons. 498. nu. 2. Rim. Sen. cons. 281.
nu. 9. Rimin. Iun. cons. 118. num. 10. vol. 1. Burla. cons.
200. nu. 104. vol. 2. & cons. 49. in fin. vol. 4.

Hinc regulæ Cancellariæ, quæ non publicantur, ni
11 si in Curia † ligant omnes, Paun. in prælud. extrauagã.
Fel. in c. 2. de rescrip. Mil. in verb. lex, §. 2. Barba. consi.
57. col. 2. lib. 1. Bertrand. cons. 292. col. 3. lib. 3. Cassan.
* cons. 10. in 5. col. Rip. in d. c. 2. de resc. & fuit* iudicatũ
* in parlamento Tolosano, vt patet in decis. 444. & * cõ
muniter Doctores, vt per Sarn. d. q. 2. num. 11. vbi re-
fert pluries decisum* in Rota, & ratio cur sufficiat pu-
12 blicatio facta Romæ est, quia Papa † habet pedes plũ-
beos, & est quasi immobilis, vt tradit signanter Imol.
in procem. Clem. Hinc dicit D. Thom. 1. 2. q. 90. ar. 4.
13 quod † subditi † absentes a legis promulgatione, obligã
tur ad eam, illa ratione, quod illa deuenit, vel deuenire
potest in eorum notitiam, nulla facta mentione de pu-

blicatione

blicatione facta in prouincia,vel capite ipsius.

Idque comprobatur ex decreto irritanti posito in
* dicta Constitutione,quod ligaret ignorantes etiam *
14 communiter est receptum.Ant.de Butr.Imo. Abba.
Fel.Dec.in c.2.de Constit.

Accedat præterea,quia paulo post publicationem fuit impressa,& posita in volumine Bullarum, vnde sa
15 tis dicitur Extrauagãs notã,quę idem operatur,quod lex Abb.& alij in d.c.pastoralis,de fid.instrum.aliogn
16 sequeretur absurdum,quodlliber sexti(vt ait glo.in data ipsius)non ligaret,cum non fuerit publicatus, nec
ẽt liber Decretalium,& Clem.l.nam quod absurdum.
17 ff.de bon.libert.c.dudum,2.de elect.lib.6.Bulla in Cęna Domini,ac aliæ Constitutiones non ligarent,quia non sunt publicatæ,nisi Romæ,quod non est dicendum,vt per Nauar.dict.consil.1.n.19.de Constitut.Ideo concludendum &c.Non obstat, quod ignorantia Extrauagantis excusat,quia id procedit in Extrauagã
18 ti ignota,nos autem in nota,ita respondit Sarn. dict.
q.2.num.11.vel respondetur procedere in Extrauagãte non publicata,secus in publicata,& indubitata, ita respondit Pauin.in prooem.Extrauag.vbi dicit senten
19 tiam latam contra hanc Extrauagantem esse nullam,
20 tamquam latam contra legem scriptam, Bald.in leg.
2.C.quando prouoc.non est necess.Butr.in c.1.& c. cum inter,de re iudic.Rot.decis.349.in nou.Abb.d.
21 c.pastoralis,& dicitur indubitata, quia reperitur in Archiuio publico,auth.ad hæc,C.de fid.Instr.l.Celsus,ff.de probat.c.ad audientiam,de præscr.& inter alias.Extrauagantes,c.quoniam progenitorum. 20.q.
1.& optime explicat Pauin.loc.citato.

Nec obstat Auth.vt nouæ factæ Constit quia re-
22 spondetur loqui in Imperatore, qui habet pedes plumeos,nos autẽ in Papa,qui hab et illos plumbeos, ita Imol.in prœm.Clement.Henric.Boic.in c.2.de Const. Sarn.in prooem.regul.Cancel.dict.q.2.num.13.vbi e
23 tiam alio modo respondet dict.auth. procedere in noua Constitutione,quæ non potuit illico per famã innotuisse,vt patet ex rubrica,q secus in casu nostro

Tertio,& melius respondetur,non habere locum in casu nostro illam authenticam,propter decretum irritans appositum in Constitutione,quod ligat etiã ignorantes,vt ex communi dictum est.

Quarto,respondit Nauar.dict.consil.1.n.20. de Cõ
24 stit.hoc procedere iure scripto attento,nos autem cõsuetudine,& stylo*Curiæ attentis.Non obstat dict. c.cum infirmitas,quod solum probat medicos non esse arcendos ab ingressu Ecclesiæ,propter violationẽ iliius Canonis,nisi in terris,in quibus fuerit publicatus non tamen probat,quod Canon ille non sit seruandus in alijs terris,donec in eis publicatio fiat,vt late prosequitur Nauarr.dict.consilio primo. numero 21.quem vide,i de Constit.Non obstat Caietan.quia contrarium non probat,vt tradit Nauar.loco citato.
Non obstat,quod dictum est de regulis Cancellariæ nam in contrarium se habet*communis , & recepta
25 Doctorum sententia,secundum quam pluries resoluit Rota,vt tradit Sarn.dict.q.2.& dictum est supra.

Minua obstat,quod publicatio non sit vsu recepta, nam hoc negatur immo est receptissima, quia plures causæ,& infinitæ fuerunt terminatæ per dictam Constitutionem,& plures renũciationes annullatæ,& plures impetrationes factæ,& nouę prouisiones expeditæ.vnde de ea non potest iudicari , vt de alijs legibus
26 vsu non receptis,quæ non ligant,l.de quibus,ff.de legib.§.leges,dist.4.Fel.in c.1.de treug.& pac.Naua. in Manual.c.23.num.41.Dec.consil.469.nu.8.Card.Paris. consil.104.num.69.vol.1.& 105.nu.8.vol.4. Ces.consil. 136.num.18.vol.1.Ruin.consil.13.nu.27.lib.2.Soc.Senior.in l.si filius eius,num.17.de ff.lib.& posthu. Bar. in l.vlt.§.sed cum antiquitas,C.de curatore furios. &
27 Extrauagans non publicata excusat,non obstante decreto irritãte,vt fuit*dictum in Rot. 12.Martij 1542. teste Put.decis.281.lib.1.

SVMMARIVM.

1 *Offendentes Cardinales priuantur ipso iure.*
2 *Libera collatio quomodo intelligatur.*
3 *Danti de non publicatione,incumbit onus probandi.*
4 *Probata non publicatione,impetratio ob non publicationem sortitur effectum.*
5 *Fieri non debet quod factum non releuat.*
6 *Articuli impertinentes non sunt admittendi.*
7 *Articuli impertinentes,qui dicantur.*
8 *Fundamentum intentionis inducit formam.*
9 *In litteris prouisionis ob non factam publicationem, debet apponi clausula,vocato possessore.*
10 *Possessione quis deiici non potest inauditus.*
11 *Priuatus ipso iure,quamuis amittat dominium ipso iure,non tamen possessio est amissa ipso iure.*
12 *Dominium transit ex contractu ipso iure in Ecclesiã, non autem possessio.*
13 *Soluto matrimonio ipso iure,reuertitur dominium dotis.*
14 *Legatario ipso iure transit dominium rei legatæ,nõ autem possessio.*
15 *Possessio nunquam tradi debet,non vocato possessore.*
16 *Possessor beneficij qua ratione vocandus est.*
17 *Vbi eadem est ratio,ibi idem ius.*
18 *Ratio disponit sicuti lex.*
19 *Spoliatus,& prædo audiendus .*
20 *Citatio est iuris naturalis.*
21 *Qua actione agitur contra vsufructuarium vsufructu finito.*
22 *In omnibus priuationibus ipso iure in prouisionibus debet poni clausula vocato,&c.*
23 *Amotus a possessione absque citatione, potest agere spolio.*
24 *Ob enormitatem delicti iura transgrediuntur.*
25 *Glossa intelligenda est secundum text.quem citat.*
26 *Dictum Glossæ non est extendendum.*
27 *In iudice præsumitur iusta causa.*
28 *Super Doctrina Doctoris contrarij,non est faciendum fundamentum.*
29 *Standum doctrinæ quæ distinguit.*
30 *Illa præsumitur opinio Doctoris,vbi plenius scripsit.*
31 *Standum est conclusioni firmatæ in consilijs , potius quam in lecturis.*
32 *Doctrina Alex.in consilijs præfertur lecturis .*
33 *Executor semper debet vocare possessorem.*
34 *In impetrationibus certo modo quomodo procedatur.*

QVAESTIO X.

DECIMO Quæro, quia beneficium vacat ob non factam publicationem, stante Constitutione Gregorij XIII. de public.& potest a quocunque impetrari,vt etiam supra dictum est, an in litteris,quæ conceduntur impetrãti certo modo ob nõ factam publicationem resignationis factæ in Curia,vel extra debeat apponi clausula vocato possessore,&c.An vero committendum sit Ordinario, vt constito de non publicatione cõferat beneficium absque alio.

Hæc quæstio , vt audio,disputata fuit in palco per Abbreuiatores,in quo propter diuersas opiniones nihil fuit conclusum,verum vsque adhuc vt audiui visus
* *obtinuit,vt non apponatur in litteris clausula; vocato possessore,&c.& sic non debeat vocari.

Pro qua opinione facit dictum Glo.in c.felicis,§. si qua vero feuda.de pœnit.lib.6.nam in illo textu disponitur aduersus offendentes S. R. E. Cardinales,vt
1 subijciantur illis pœnis.quod si tales habẽt beneficia, illis priuantur ipso iure,ibi.*Quod Ecclesiarum Rectores de ipsis pro sua voluntate disponat,&c.*Gl.in verb. disponant,inquit illis non vocatis , etiam si de facto possideãt,ponderando verbum libere positum in tex. & verbum pro sua voluntate, namque nõ haberet col
2 lator liberam voluntatem conferendi, si deberet pos-
* sessorem vocare,iux.no.per Doctores* communiter in c.de multa,de præb.in c.licet Episcopus,eod. tit.in 6.Cald.consil.1.de transla.præl.ad quod facit c. fundamenta,§.quod si secus,& ibi Gemin.in 2.not.de elec. in 6.& hanc opinionem sequitur Gemin. in c.vbi periculum,§.propterea,in penul.no.de elect.in 6.vbi notat,quod in priuationibus ipso iure inductis,is,ad quẽ res deducitur,potest ,ppria auctoritate,&c. & ibi hoc idem not.Franc.in 3.notab.si non requiritur hoc casu,ergo.

Secundo comprobatur,quia concessum est,vt possint beneficia ob non publicationem impetrari a quo cumque,fundamentum igitur impetrantis est non pu
3 blicatio,& ideo pluries tentum est in Rota, quod danti de non publicatione incumbit onus probãdi, prout fuit resolutum in vna Salamantin.coram R. P. D.Bubalo,in altera Pampilonen.coram R.P.D. Pamphilio Auditore Rotæ doctissimo,5.Nouẽbris,1584.
* &*in alia Theanen.coram R.P.D. Gipsio,20.Maij,
4 1587.Probata igitur non publicatione, videtur satisfactum,vt actus debeat effectum fortiri,l.3.§.qui fide commissariam,ff.de hæred.instit.Baid.in addit.ad Speculum instrum.edit.col.vlt.vers.quando couditio, Gl. in c.olim,de restit.spoliat.Dec.consil.107.prope fi.Ca
* putaq.decis.338.nu.2.& 3.par.1.&*communiter Doctores hoc volunt.
5 Tertio accedat, quia fieri non debet,quod factũ non releuat,l.hæc stipulatio,§.Diuus,ff.vt lega.nom. caueat.l.aliquando ad fin.ff.ad Vellei.Bar.in l.2.q pettut.Fel.in c.ex transmissa,n.10.de præscr.Card.Parisi. consil.5.num.44.vol.4.& hac ratione non sunt admit-
6 tendi articuli impertinentes,c.cum contingat,de off. deleg.Bart.per illum tex.in l.si duo,§. idem Iulianus, vbi Ias.nu.13.ff.de iust.& iur.Card.Paris.consil.97.nu. 131.vol.1.& consil.67.nu.14.vol.4.Cravet.consil.23.n.
* 4.fuit tentum in vna* Braccanen. Parochialis de Pedraxa coram Accorambono Decano, 15. Februarij,
* 1552.& in alia*Romana status, coram Illustrissimo Card.S.Crucis,9.Maij,1552.& qui dicantur impertinentes tradit Cravet.Consil.5.nu.18. & elicitur ex di-
7 ctis decis.Sed parum releuat vocare resignatarium, q non publicauit,cum totum pendeat an ille,qui impetrauit beneficium,probauerit non publicationem, qa
8 hoc est fundamentum fuæ intentionis, quod inducit formam,Caputaqu.decis.150.num.3.part. prima, ergo,&c.

His tamen non obstantibus contrariam opinionẽ
9 existimo de iure veriorem , ac crebriorem quod debeat in litteris prouisionis ob non factam publicationem apponi hæc clausula,vocato,&c.

Namque licet quis priuetur ipso iure beneficijs,illaque beneficia possint a quocunque impetrari,ac in collatione ille non sit vocandus, nihilominus posses-
10 sione deijci non potest inauditus,sed debet vocari p executionem,vt probatur in c.licet Episcopus,de præben.li.6.*Licet Episcopus beneficium, quod cum animarum cura tenebas(postquam aliud recepisti consimile,ac ipsius possessionem pacificã habuisti, vel per te stetit quominus haberes eandem) possit alteri de iure conferre:illum tamen,cui contulerit, non debebit, te non vocato(cum tibi forsan ius possit competere retinendi)in possessionem ipsius inducere corporalem.* Et ibi Gl.in verb.te non vocato,hoc tenet, & ibi late Io.Monac.& alij,quos refert,& sequitur Gemi.nu.9. Lap.alleg.103.sub nu.3.Host.in ca.1.nu.9.de concess. præb.li.6.Inn.in c.de multa,verb.conferat,Host.in e. verb.conferat.Collectan.col.2.vers.sed quid posit adeptionem,Abb.in 4.not.Io.And.in verb.libere , Imol.
* col.2.vers.nota quod,& alij omnes.*Abb.consil.67.li. 2.Gem.consil.117.col.vlt.Card.consil.63.col.2.vers.item si in forma,& consil.74.col.itid.2.vers.pro hoc est rõ, Alex.consil.103.col.vlt.vers.vnde elicit li.1.,Barba.cõs. 13.col.2.vers.propterea,li.3.Ruin.consil.128.nu.8.Bal. consil.133.in fi.li.4.cum alijs,vt per Tiraq.in l. si vnq, verb.reuertatur.nu.388.C.de reuoc.don. per Alfonsi. Hoicd.de incompat.benefic.p.1.c.4.num.9.vbi atte-
** statur hanc esse ueriorem,& communiorem ** opinionem.
11 Et ratio est,quia licet ipso iure dominiũ sit amissum , ex quo ad titulum non requiritur , vt vocetur, vt dicebat Gem.d.consil.117.col.vlt. vers. item ex hoc alio, non tamen possessio est ipso iure amissa,vt colligitur ex Bald.in addit.ad Spec.in tit.de locat. §. nunc aliqua,q.46.& idem Bald.tradit consil.356.incip.præmittenda post principium,li.4.& in l. si quis in tantã, col.pen.C.vnd.vi,nam in casu.l.vlt.C.de sacr.san.Ecc.
12 dominium transit in Ecclesiam ipso iure ex contractu,non tñ possessio,vt ibi*communiter volunt Doctores,Tiraqu.late d.l.si vnquam,verb.reuertatur,nu.
13 388.Ita soluto matrimonio ipso iure reuertitur dominium dotis,non autem possessio,l.dotis, vbi Bal.&
14 alij C.solut.matrim.pro legatario etiam ipso iure trãsit dominium rei legatæ,non autem possessio,l.si tibi homo,§.cum seruus,ff.de leg.1.l.cum pater,§.furdo, & l.legatum ita,ff.de le.2.iuncto toto tit.ff.& C.quor. leg.hic etiam in casu,c.cum secundum,de hæret.lib.6. vt notat Philip.Franc.in vlt.not.in princ.Ergo necessario sequitur possessorem esse vocandum ratione possessionis non amissæ, & per cõsequens cum executor non possit immittere in possessionem illum, cui facta est collatio ob non publicationem,non vocato posset fore, expediret,vt in litteris per dominos Abbreuiatores hæc clausula,vocato,apponeretur, ad quod bene faciunt ea,quæ habentur per Afflict. decis. 97. & in Constitutione incip.Constitutionẽ Diu.memo. col. 9.vers.4.nota per Iserni.in Constitutione si vassallus a Domino,col.3.Bal.in l.si maritus quondam,C.de donat.inter vir.& vxor.
* Hinc omnes*Doctores vno ore concludunt, qd quando in collatione non est vocatus ille,qui obtinet beneficium,quo est priuatus ipso iure, tunc possessio
15 facti tradi non debet per conferentem, vel executorem,eo non vocato, & sic sine causæ cognitione, vt scriptum reliquit Io.And.in c.ordinarij,de offi.ordi. li.6.Abb.in c.accepta,de resti.spol.cum alijs allegatis p Gem.in d.c.licet Episcopus,n.9.de præb.in 6. post Io.Monac.& ibi sequitur Franc.Card.consil.32. col.2.
vers.

* verſ.ad ſecũdum reſpõdetur*optime Gem. in d.conſ.
* 117.col.vlt.&*communiter Doctores, vt per Tiraq. loc.cit.& in caſu noſtro nulla ſolet fieri citatio in collatione,ergo,&c.

Secundo accedat ratio de prompta ex d.c.licet, de
16 præb.in 6.in fin.quia forſan ius poteſt†competere poſ ſeſſori,hac ratione vocandus eſt poſſeſſor. Hæc enim
4 Tertio, quia facta † non præsumuntur, sed debent probari, l.fi emancipati, C.de collat.l.1.C.de probat.l. quæsitum, §.consilium, ff.de curat.furios.

His tamen non obstantibus, contraria opinio est
5 verior,& communior,* recepta* in praxi, vt † impetrãs beneficium ob non publicationem,& dicens non esse factam huiusmodi publicationem, teneatur, id pro-
* bare, vt fuit pluries resolutum in Rot. † & præsertim in vna* Hispalen. Archidiaconatus coram R.P.D. Blanchetto de mense Decemb. 1578.& in vna Calagurita. 4.Febr.coram Illustrissimo Cardinali Aldobrandino & in alia Salamantin.de anno.1582.coram R.P.D.Bubalo,& in altera Pamphilonem coram R.P.D. Pamphilio,5.Nouemb.1584.& in vna Aquilana.28.Febr. 1585.coram.R.P.D.Vice comite,& in vna Bergomen.Cantuccio,28.Februarij & 4.Decemb.1587. & in alia Theanen.coram R.P.D.Gipsio,20.Maij,eod. anno,1586.& in alia Lauretan.beneficij.9. Decembris,1589.coram R.P.D.Orano.Ratio duplex solet assignari.

6 Prima est, quia publicatio † præsumitur facta, & in tempore, Gammar.de auctor.Legat.a later,lib.3.num 453.Rot.decis.12.de iur.patron.in antiq. nam factũ
7 præsumitur, † quod iure erat faciendũ, Dec.cons.446 nu.7.Cesal.cons.9.nu.16.lib.1.cum alijs, vt per Mas-
8 card.de probat.conclus.734.& ob id etiam factum † sumitur, cum est consuetum fieri, Bald. in rub. C. de fid.instr.col.3.post.nu.8.Siluan.cons.68.num.8.lib.2. Crauet.de antiq.tempor.par.4.num.230.cum alij, vt p Mascard.de probat.conclus.732.num.5. & hoc præcipue, vt actus sustineatur.

9 Secũdo, quia negatiua † probanda est p illũ, q̃ in ea se fundat, siue agẽdo, siue excipiẽdo, siue sit negatiua iuris, siue facti, siue qualitatis, Glo.in l.2.ff.de prob.Bar. in l.in illa, ff.de verb.obli.Inn.in c.super his, de accus. Alex.cons.42.col.2.li.6.Gemin.in cap.13.not,de cõs. lib.6.Anchar,cons.254.nu.3.communis* opinio omnium Doctorum, vt patet ex adductis per Gabriell.in lib.1.commun.opin.tit.de probat.cõclus.6. Mascard. de probat.conclus.1087.num.1.Paril.123.volu.1.& cons.153.colum.vlt.vol.4.Tiraquel.de retract.§.32. Glos.1.num.84.Viu.in opin.538.nu.1.& infinitos cõgerit Herculan.in tract.de negat.num.2.& hoc ex il-
10 la communi iuris regula † quod vnusquisque tenetur probare, ea, quæ sunt fundamentum intentionis, l.q accusare, vbi omnes DD.C.de eden.l.2.l.ab ea parte, l.in exceptionibus, ff.de probat, cap.1.vt Eccle.benef. cap.dilectos, de fid.instrument.cap.vlt. de iure iur.c. vlt.6.q.vlt.Alex.cons.18.in princ li.1.Dec.cons.424. col.1.Card.Paris.cons.1.col.2.& cons.22.nu.66.vol. 4.Socin.Iun.cons.4.num.30.& cons.39.nu.62. lib.2. Sed impetrans fundat suam intentionem super non publicatione, ergo id probare debet,& hoc eo magis
11 cum præsumptio sit p validitate † actus, Paul.de Castr.
12 in l.ex imperfecto, C.de testament. & † huiusmodi præsumptio præualet alijs præsumptionibus, Dec.in l.post
13 quam Iiti,num.23.C.de pact.& ideo, vt actus valeat, receditur a natura dispositionis, l.qui concubinam.§. qui heres, ff.de legat.3.Dec.in cap. quoniam Abbas. num.16.de offic.deleg.Alciat.regul.3.præsumpt.34.
14 Hinc factus præsumitur factus omni meliori modo vt prosit facienti, l.1.& 2.ff.de solut,Bart.in l.gerit,n. 21.ff.de acquirend.hereditat.Socin.cons.113.num.3.li. 4.Tiraquell.de retract.conjungi.§.30.Glos.1.nu.32. Menoch.de arbitr.iudic cas.126.num8.& secundum ius disponit, cap.ex litteris, de Constit.cap.fedes de rescrip. c.veniẽtes, de iureiur.Cald cõs.11.in fi.de feud.
15 Cauet.cons.186.n.9.& tamen † præsumptio iuris est probatio ljq. dissima.l.licet, vbi Ias.ff.de legat. 1.Card. Paris.cons.32.nu.45.vol.1.Dec.cons.54.col.1.& rele-
16 uat ab onere probandi,& aduersarium grauiori onere probationis inquietat, l.1.C.de probat. l.si cautio, C.de non numer.pecun.l. in excep.vbi Glos.fi.de except.Abb.in c.nihil.num.14.de elect.Marsil. singul. 451.Card.Paris.consil.quadragesimo secundo, volumin.Cauet.cons.229.col.vlt.& faciunt quæ in simili materia scribunt Fel.in c.vlt.col.4.de plump, Ioan. in l.necessarios,§. non alias,n.84.ff.ad Sillan,Card.Paris.cons.95.col.2.lib.3.

Non

Non obstant contraria, quia ad primum respondetur † illud procedere, cum vult suam gratiam canonizare, nam tunc tenetur illam verificare, vt* communiter tradunt Doctores citati, lib. præcedenti, nos vero agimus quando aliquis impetrauit ob non publicationem.

* Ad secundum respondetur contrarium* communiter recipi, † vt patet ex adductis per Herculan. de negat. nu. 2. & negans numquam dicitur affirmare l. Titius, §. vlt. ff. manumiss. testam. Bald. in l. 2. in fin. C. de condic. ser. Card. Paris. cons. 140. col. vlr. & 141. col. penult. vol. 4.

Ad tertium † respondetur, facta præsumi, quando sunt consueta fieri, Bal. in rubric. C. de fid. instrū. col. 3. nu. 7. & in l. in cōdū, ad fin. C. si cer. pet. Ias. in l. scien dum, sub num 2. ff. de verb. olig. Crauet. de antiq. tēp. 4. par. nnm. 230. coque magis, cum id, quod † consuetū est fieri, sit accessorium ad factum principale, Curt. Iun. in l. si emancipati, nu. 9. C. de collat. Felin. in c. cū M. Ferrarien. num. 7. de Constit. Sed publicatio est cō sueta fieri, & est accessoria ad expeditionem litterarum ipsius resignationis, ideo debet præsumi. Accedit quia præsumitur factum, quoties † inducitur ex aliis præsumptionibus, Abb. in c. cum tu, nu. 3. per illū tex. de probat. Idem. Abb. in c. in præsentia, n. 3. eod. tit. Siluan. cons. 81. nu. 28. lib. 2. Sed id suadetur ex aliis præsumptionibus, & præsertim ex illa, † vt actus sustineatur, quæ præualet omnibus alijs Dec. in l. post quam liti, num. 23. C. de pact. comprobatur etiam, ga factum † præsumitur, quod de iure erat faciendū, Crauett. cons. 22. nu. 5. & 149. nu. 12. Cefal. cons. 9. nu. 16. Dec. cons. 446. n. 7. late Mascard. de proba. cons. 734.

Ex quibus duæ colligūtur conclusiones. Prima, publicationem præsumi factam per resignatarium, atq; in tempore, & non teneri id probare, & hæc est communis, & recepta Doctorum sententia, quæ sententia eo magis procedit, si resignatarius per triennium possedit illud beneficium resignatum, namque ex triēnali præsumi † publicationem absque dubio fuit resolutum in Rota in vna * Placentin. applicationis fructuum coram R. P. Domin. Bubalo, quod etiam fuit decisum, & cōfirmatum die. 3. Iunij. 1584. coram R. P. D. Orano, & est ratio, nam sicuti triennalis defendit † execrabilem, & non promotum ad sacros Ordines infra annum, vt per Sarn. super regul. de triennal. q. 4. & præsumit dispensationem † que petēdē ex facto superioris, ita multo magis debet defendere resignatarium, qui habet titulum, & possessionem, vt præsumi debeat publicatio, quæ pendet a facto ipsius, & nō requiritur aliquod factum superioris, & verisimiliter ordinarius † non permisisset per triennium sine publicatione beneficium resignatū posideri, Archi. cons. 117. nu. 7. Felin. post alios in c. illud. nu. 5. de præsump. qui etiam volunt ex hac consideratione, & verisimilitudine præsumi titulum, ergo fortius præsumēda erit solemnitas ad titulum requisita, quæ † facilius probatur, Glos. in l. talis scriptura, §. vlt. in verb. vniuersa, ff. de legat. 1. cum alijs, vt per Natt. cons. 102. num. 3. l. 2.

Limita primo, hanc conclusionem non † procedere quoties essemus in spolio, nam tunc neque triennalis hunc effectum produceret, vt præsumatur publicatio, vt fuit resolutum in Rota in vna Bergomen. coram bon. mem. Cantuccio, 28. Februarij, 1586. & in vna Cæsaraugustan. parochialis, & Abulen. Canonicatus, coram R. P. D. Gipsio. 16. Iunij, & in alia Auxian. Et ratio est, quia in spolio † neque allegatio Lap. suffragatur, vt fuit * resolutum in Rota in vna Scholastriæ coram R. P. D. Orano, & in alia Auximan* parochiali coram R. P. D. Blanchetto, & in alia Ispalen. 8. Iunij, 1589.

Limita secundo, non procedere quoties, superior vellet videre publicationem, tunc tenetur resignatarius illam ei exhibere, vt communiter* omnes conclu dunt, & in praxi tota die recipitur, quod deducitur ex eō, quamuis possessor beneficij † titulum probare non teneatur, vt est communis opinio, teste Mascard. de probat. conclus. 1372. qui plures congerit, illum tamē probare tenetur, & ostendere, cum superior ex officio † inquirit, cap. ordinarij, vbi Archid. super verb. exhibere, Gemin. num. 7. Franc. num. 5. de offic. ordinar. lib. 6. cap. licet Heli, vbi Hostien. Abb. Anan. numero 27. Butr. numero 13. Felin. num. 8. Archid acon. in ca. contra morem ad fin. dist. 200. Imol. in capitulo. cum nostris. num. 27. de Institut. Paul. de Castr. in l. cogi, n. 8. C. de petit. hæredit. Socin. Sen. in suis fallēt. reg. 525. vers. secundo fallit, Iacob. Nouel. regul. 217. in verb. titulus, num. 2. & communiter* omnes, teste Mascard. dict. conclus. 1372. num. 19. Hinc tenetur † ostendere dispensationem, & alia, Felin. post omnes in c. illud, n. 9. de præsumpt.

Et hanc conclusionem ego intelligo, ne dum in Episcopo, & eius vicario visitante, quod non habet dubium, sed etiam in ministris deputatis ta Camera Apostolica, qui possunt compellere possidentes beneficia ad ostendendum sua iura, vt Episcopi, & communiter* practicatur. Idque tamen recipit restrictionem, vt non procedat quoties superior constituisset se aduersarium eius, qui beneficiū obtinet, quia tūc nec compelleret † poterit eum ad probandum titulum, nec etiam ipse cognoscere de titulo Glo. pen. * communiter recepta in c. conquerente, de rest. spoli. & ibi Abb. Gemin. in dict. capit. ordinarij, §. 1. in 6. notabili vers. ic. aut ius commune, Franc. num. 5. vers. limita 1. Felin. in c. licet Heli. nu. 9. Io. Anan. nu. 33. vers. secūdo casu, de simon.

Tertio limita non procedere quoties ipse resignatarius peteret suam † gratiam canonizare ad aliquem effectum, nam tūc deberet sicuti & titulum illam probare, Inno. receptus* in c. ex insinuatione, colū. 2. sub num. 3. de procu. Rebuff. in prax. tit. de resc. ad benef. vacan. nu. 17. Gemin. & Fran. locis citat. & Iat. Cosmas Guymier in prag. sanct. tit. de pacif. poss. super verb. in quirant, & * communiter Doctores, vt patet ex his, q̄ deduxi lib. præcedenti.

Sed hic cadit dubium quomodo debeat resignatarius docere de publicatione beneficij resignati in cā sibus, in quibus ad id tenetur † praxis* obseruat, vt id faciat per instrumentum † cōfectum a Notario publico in actu publicationis, vt regrit Gregoriana, quod instrumētum communiter ad facilem † probationem solet scribi a tergo litterarum, vt* communiter vidi practicari, quo casu ostendendo litteras beneficij resignati, videtur resignatarius satis sufficienter docere, de publicatione, de qua constat à tergo ipsarum litterarum, si autem a tergo litterarum id non sit positū, potest hoc docere per instrumentum separatum. Instrumentum † enim dicitur probatio probata, Socin. Sen. cons. 2. na. 2. lib. 3. Socin. Iun. cons. 1. nume. 49. lib. 4. Curt. Iun. cons. 64. nume. 4. Cardin. Parisien. consil. 54. nume. 3. & 104. num. 63. volum. 1. Grat. cons. 76. nu me. 9. lib. 2. Natt. cons. 145. num. 1. ac † aperta, Roland. a Vall. cons. 40. num. 8. & cons. 58. num. 6. volum. 2. Netuzan. consil. 82. nume. 2. Cefal. cons. 82. num. 2. Cefal. cons. 247. num. 1. lib. 2. Alciat. regul. 3. præsumpti. 13. num.

sum. & Grammatic. decis. 103. num. 1. Dec. cons. 682. num. 2. & regulariter semper instrumentum præsumitur verum, validum, & solemne. Bald. in l. cum precib. C. de probat. Idem Bald. in caillud, in fin. de præsum. Dec. cons. 101. num. 1. Card. Paris. consil. 60. nume. 6. volum. 1. Socin. Iun. cons. 95. num. 2. volumin. 3. Grat. cons. 11. num. 3. volum. 2. Sed ponamus huiusmodi instrumentum fuisse deperditum per resignatarium, an admittendus sit ad probandum tenorem ipsius? An per testes sufficiat id facere? Affirmatiue est respondendum, si probet actum fuisse celebratum, scripturā inde confectam, & amissum fuisse instrumentum, Bartol. in leg. testium, num. 15. Castr. num. 14. C. de testib. Felin. in cap. sicut num. 2. de re iudic. Guid. Pap. cons. 75. post num. 2. Ruin. cons. 178. numer. 5. lib. 1. Cefal. cons. 171. num. 47. & cons. 287. num. 46. volu. 2. Marsil. in rub. de probat. num. 54. & sufficeret duos testes, scripsit Bart. in l. sicut iniquum, C. de fid. instr. Angel. in l. 2. §. diuus, ff. de iur. fisc. Gozadin. cons. 11. num. 6. si sint viri idonei, & periti, vt per Bartol. loco cit. nume. 2. Felin. in cap. sicut in princ. de re iudic. Afflict. de cis. 274. num. 3. & decis. 302. nume. 5. & plura ad hanc materiam pertinentia congerit Mascard. de probatio. conclus. 907. melius igitur erit ad vitandam amissionem, vt huiusmodi instrumentum describatur a tergo litterarum, vt fere omnes ex † praxi communi faciunt. Et si litteræ amittantur, tunc etiam succedit, qd̄ supra dictum est, & quod proxime dicetur.

Sed dubitari contigit, an publicatio possit probari per testes etiam † sine instrumento? Affirmatiue fuit decisum in Rota* in vna Abulen. Canonicatus corā R. P. D. Gipsio, Veneris, 16. Iunij, 1589.

Secunda conclusio, impetrantem † Beneficium vacans ob non factam publicationem a resignatario teneri docere de non publicatione, vt est * communis Doctorum sententia, & pluries fuit* resolutum in Rota, vt supra retuli, quod in tantum est verum, vt ēt post probatam non publicationem, donec declaret † id per iudicem, detur manutentio resignatario non obstante Constitutione, vt fuit pronunciatū in* Rota in vna Ascu. corā R. P. D. Blanchetto, 28. Iunij, 1589.

Et quia huiusmodi impetrationes ob non publicationem, sunt frequentes in Curia, ideo non ab re erit differere quomodo possit impetrans probare non factam publicationem per resignatarium, namque hoc difficillimæ † probationis æstimatur, Doctores in cap. quoniam contra, de probat. Dec. cons. 173. numer. 3. Card. Paris. cons. 13. num. 16. vol. 3. Mascard. de proba. conclu. 187. & ideo multi impetrantes deficiūt in huiusmodi probatione. Bonum igitur esset ne Constitutiones † de publicā dis plerumque sint fruſtratoriæ ob hāc difficultatem probationum, vt S. D. N. ederet Cōstitutionem, qua exprimeret modos probandi nō publicationem, vel mandaret, vt publicationes omnes beneficiorum registrentur penes actuarium Curiæ Episcopalis, vel Archiepiscopalis loci, vbi fiunt publicationes, vel in archiuio publico, vt possit quisque videre una inspectione, an sit facta publicatio, vel ne, qd̄ etiam tolleret quamplures lites, & dispendia, & hunc modum registrandi publicationes probauit Illustrissimus Cardinalis Platus olim Auditor Rotæ eruditissimus, qui cum secum de hac re agerem, me de hoc ad monuit, & si ita fieret de facili posset constare de publicatione per productionē scripturæ, aut per fidem, iuxta not. per Bartol. in l. vlt. C. de rebus credit. Hinc ex inspectione † matriculæ probatur, quem esse schola rem, Bartol. quem sequitur Paris. cons. 159. in fin. vol. 4. Dec. in l. penui. C. de testament. milit. Hinc ex inspectione libri, in quo † collectæ notātur, probatur quem non soluisse collectas, Bald. in l. non iustum, C. de edē. Crauet. cons. 38. col. 1. Grammat. decis. 59. n. 16. Hinc † negatiuam probari per productionem scripturæ, scribit Alex. cons. 55. n. 24. lib. 4. Dec. cons. 561. n. 8. Paris. cons. 138. col. vlt. vol. 4. Crauett. cons. 138. n. 5. Corne. cons. 91. col. penul. lib. 4.

Hodie autem primo crederem probari non publicationem, quoties impetrās probaret fuisse † relaxatas litteras resignationis in fine termini dati ad publicandum, vt impossibile sit litteras transmissas potuisse esse ad locum vbi erat facienda publicatio, arg. tex. in l. filium primo respons. ff. de his qui sunt sui, vel alien. iur. faciunt notata per Roman. cons. 113. sub nu. 5. Menoch. de arbitr. iudic. cas. 472. sub nu. 5. & nu. sequ. Mandos. de verisimil. not. q. 30. & ex huiusmodi a impossibilitate Rota* deduxit non publicationem it pronunciando in vna Salamantin. pensionis, 27. Iulij 1574. coram R. P. D. Bubalo, & in alia Oximen. Scholastriæ, Veneris. 9. Februarij. 1590. coram eod. nam in tali causa data concessionis errat, 21. Iulij, 1588. & Bullæ fuerunt relaxatæ, 15. Aprilis, 1589. impossibile. n. fuit reputatum spatio. 5. dierum regnatarium potuisse illas transmittere ad partes Hispaniarum, & illas publicare, cum tempus finiretur 27. Aprilis, 1589.

Hinc negatiua † probatur per actus incompatibiles cum affirmatiua, Paul. de Castr. cons. 380. lib. 2. dicens probari quem non occidisse Titium, ostendendo tunc temporis illum alibi fuisse, ex quo in loco de licti tunc esse non poterat, Crauet. cons. 1. col. vl. li. 1. Dec. cons. 555. in fi. lib. 4. ac etiam probatur per actus quibus † positis tacite resultat negatiua, vt de teste, qui non poterat videre, scribunt Bal. & Ang. in l. si cum exceptione, §. in hac, ff. quod met. caus. Bald. in capitu. primo, §. porro, qui fuer. princip. caus. inuestit. Dec. cons. 429. col. vlt. Alex. cons. 4. col. vlt. lib. 6. late Card. Paril. cons. 33. lib. 2. Crauct. cons. 61, col. 3

Secundo crederem non † publicationem posse probari per illas personas, per quas actum affirmatiuum fieri oportebat, & non est factum, vt sunt Notarij, vel sciri debebat, & non scitur, vt sunt Canonici beneficiati, & alij Clerici, qui solent in Ecclesia Cathedrali diebus festiuis interesse Diuinis officijs, nam hoc modo probari negatiuam colligitur ex Bar. in l. non aliter, per illum tex. C. de aduocat. diuers. iudic. Abb. Felin. & alij in c. tertio loco de probat. vbi loquū tur † de actu non facto in collegio, vt possit probari p homines de collegio, ita de legato non facto in testamento probant † testes in testamento adhibiti, Bart. in l. exercendis, C. de fid. instrum. Alex. cons. 37. in princ. lib. 2. & cons. 43. col. 2. lib. 4. Felin. in c. cum Io. num. 4. 42. de fid. instrum. late Herculan. de nega. nu. 162. Et communis est opinio negatiuam posse † probari per testes, per quos ex consuetudine, seu communiter contingentibus affirmatiua sciri consueuit, & nunc non scitur, Bart. cons. 81. Alex. cons. 123. col. 9. lib. 4. Barbat. in c. tertio loco, col. 2. de probat. Alex. cons. 214. lib. 2. Roman. cons. 245. col. vlt. Dec. cons. 233. num. 5. & huiusmodi testes cum concordant, conclu dunt ad not. per Fel. in c. cum Io. de fid. instr. Crauet. cons. 56. iam testis, Ratio quæ fit † a communiter accidentibus optime concludit Bal. in l. cum dotem, C. de iur. dot. Salic. in l. pen. C. vnde cogn. Card. Paris. cons. 87. colum. 4. lib. 3. præsumptiua † tamen probatio erit, vt late per Herculan. de negat. numero 349. sicuti deposito testis, quia sumt † vicinus, Doctores communiter

niter in l.1.ff.si cert.petat.Prodest tamen inspicere a-
67 cta Notariorum,nam omne† quod in actis scriptum non reperitur,præsumitur non actum,l.vlt.C. de iur. & facti ignor.Bal.in l.si contra,C.de appell.Alex.cõs. 123.col.3.lib.1.Cardin.Paris.cons. 155.vol. 1. Dec. cons 483.

68 Tertio modo† crederem probari non publicationẽ per coarctationem loci,& temporis,Glos.*communiter approbata in l.optimam.C. de contr. & commit. stipul.Glos.in §.si vero, Auth.de hæred.& falcid. Bal. in l.1.C.de secun.tab.Florian.in l.2.ff.de probat.Soc. Iun.cons.12.nume.22.lib.2.Dec.cons.424.Franc. de Marc.decis.266.p.2.Bertan.cons.154.n.2. lib. 6. De communi.Viu.lib.6.de commun.opin.opinion. 538. num.3.Mascard.de probat.conclus.1087.num.8.Herculan.de negatiu.num.260.qui etiam ponũt quomo-
69 do testes debeant deponere super† probatione huius negatiuæ,quod etiam late explicat Herculan.d. tract. a num.318.vsque ad finem.

Quarto modo probatur nõ publicatio per confes-
70 sionem partis,nam negatiua† per confessionem partis probatur,Bal.in l.2.C.de non num.pecun.Angel.cõs.
* 142.Butrigar.in l.actor.C.de probat.&*communiter Doctores,vt per Herculan.dict.tract.de negatiu.nu.
71 196.& est ratio,quia nulla est maior, & excellentior† probatio confessione partis,Abb.& Felin.& alij communiter in Rubr.de probat.Alex.cons.215.col.vlt.li.
72 2.cum superet† omnes alias,Card.Paris.cons.75.col.1.
73 lib.1.habet enim† vim instrumenti, Idem Paris. cons. 80.col.1.vol.3.ideo licet contra præsumptionem iuris,& de iure non admittatur probatio,admittat tamen confessio† partis, Alex.cons.91.col.2.& cons.47.
74 lib.6.Roman.cons.72.num.14.lib.7.Mars.in l.1.§.ad quæstionem, in fi.ff.de q.Paris.cons.75.col.5.lib.2.& hæc conclusio posset ampliari,& limitari,vt per Herculan.de negat.num.197.vsque ad num.20.

Dubium tamen est,quomodo probetur publicatio facta in tempore dato a Constitutione Gregorij XIII.Communis responsio est probari per annotatio-
75 nem publicationis,nam ex ea† potest inspici,& videri, an in tempore fuerit facta,& ita fuit* resolutũ in Rota in vna Tarentin.coram R. P. D. Orano Auditore Rotæ doctissimo.die 12.Maij,1589.

Finis Libri Vndecimi.

FLAMINII PARISII IVRE CONSVLTI DE RESIGNATIONE BENEFICIORVM. LIBER DVODECIMVS.

De infirm.Resignant.& Resignatione nulla,quia Resignans mortuus est infra 20.dies,iux.Reg.Cancell.de Infirm.

Iste liber habet præfationem,in qua ponuntur verba Regulæ Cancell. de Infirm. Et 14.Quæstiones.

1 *QVA ratione emanauit Regula Cancellariæ de Infirmis resign.*
2 *An huiusmodi Regula sit odiosa,vel fauorabilis.*
3 *An dicta Regula habeat locum in omnibus beneficijs, & specialiter dubitatur de Præceptorijs,Beneficijs Patrimonialibus,Beneficijs Iuris patronat.Beneficijs reseruatis,Consistorialibus,Vnitis,Pensionibus,Iuribus,Officijs Curiæ.*
4 *An sub prædicta Regula comprehendantur omnes,& quid de Papa, & Cardinalibus,& Patriarchis,Exemptis,Familiaribus Cardinalium,Fœminis religiosis.*
5 *An huiusmodi Regula habeat locum quomodocumque fuerit facta resignatio,& quid in renunciatione facta extra Curiam,& in renunciatione ex causa permutationis,& in renunciatione, reseruatis fructibus,& in Commendis,& in Cessione per Procuratorem.*
6 *Quæ infirmitas requiratur,vt vendicet sibi locum dicta Regula,& de qua morte loquatur,& plures casus explicantur.*
7 *Cui incumbat onus probandi resignantem esse mortuum ad effectum dictæ Regulæ.*
8 *Regula hæc de Infirm.cur potius ponat terminum viginti dierum, quam plus, vel minus, & quo modo computentur isti viginti dies,& an dies præstiti consensus computentur,& alij casus explicantur.*
9 *An vacatio inducta per hanc Regulam,sit vera vacatio per obitum,vel ficta.*
10 *An beneficia,quæ vacant per hanc Regulam sint affecta.*
11 *An habeat locum huiusmodi Regula,si Papa moriatur ante præstitum consensum.*
12 *An Regula loquatur etiam de consensu Resignatarij.*
13 *De qua collatione loquatur hæc Regula illis verbis,* Quod quauis auctoritate, &c.
14 *An derogetur huic Regulæ,& quando,& qui possit derogare,& per quas clausulas videtur derogatum.*

SVMMARIVM.

1 *Regula Cancellariæ de Infirm.resign.est recepta in Curia.*
2 *Regula de infirmis habuit originem a Bonifacio VIII*
3 *Pontifices, qui Regulæ de infirmis aliquid addiderunt.*
4 *Verba Regulæ Cancellariæ,de Infirmis resignant.*
5 *Regula de Infirm.est recepta in Registris Curiæ Parisien.*

PRAEFATIO.

IT quia potest renunciare per se vel per Procuratorem, resignat in Curia,vel extra,& aliquando infra viginti dies moritur a die præstiti consensus,inde beneficium vacat per obitum,& non per resignationem, iuxta regulam Cancellariæ de Infirm.resig.Ideo dictam regulam, explicandã duxi,ponẽdo cõclusiue,q̃ in ea dicũt Sar.& Mãd. & oẽs decis.Rotę hucusq.occasione ei⁹ factas referam.

1 Regula igitur Cancellariæ, †de infirmis resignanti
* bus infra viginti dies, in foro, * & Curia quotidiano
vsu recepta est, & propterea vtilis ab omnibus iudica
2 tur, vt tradit Sarn. in præf. huius reg. qui affirmat a Bo
nifac. VIII. originem habuisse Pont. anno 8, & alij Pō
tifices Maximi Successores illam innouarunt, quorū
quidam aliquid addiderunt, Nicolaus V. per quandā
3 exuauagantem, vt littere resignationis viuente resignā
te expediantur, quod hodie non est necessarium, Pau
lus II. fuit primus q addidit verba infra, 20. dies a die
per ipsum resignantem præstandi consensus compu
tandos, vt tradit Sar, hac reg. q. 37. num. 3. Inn. VIII.
per Const. 13. incip. sicut bonus Pastor, illam exten
dit ad resignationem infirmi, vigore facultatis con
cesse in omnibus cuiuscunque personæ in dignitate
constitutæ factam, & assignat mensem vnum, Iulius
II. quod dies 20. a tempore præstiti consensus com
putentur, Adrianus VI. vt habeat locum in resignatio
nibus officiorum Rom. Curiæ, in infirmitate factis,
& vt comprehendat resignationes factas extra Curiā
in manibus Legati, & Ordinarorum, Clem. VII. per
extrauag. ad partem extendit ad resignationes in sani
tate factas, dummodo in infirmitate præstetur cōsen
sus, Paul. III. addidit verba, seu ipsius beneficij vnio
nis dissolutioni consenserit, teste Mandos. hic q. 10. n.
5. Idem Paul. III. primus addidit verbum dimiserit, te
ste Rebuff. hic glos. 6. Iulius iij. addidit procedere in
commendam, & verba, quauis auctoritate cōferatur,
teste Rebuff. conf. 72. num. 8. vers. item regula.

Nunc autem in reg. Sixti V. in ordine 16. his ver
4 bis reperitur concepta. †*Item voluit quod siquis in in
firmitate constitutus, resignauerit aliquod beneficiū,
siue simpliciter, siue ex causa permutationis, uel alias
dimiserit, aut illius commendæ cesserit, seu ipsius be
neficij vnionis dissolutioni consenserit, etiam vigore
supplicationis dum esset sanus signatæ, et postea infra
20. dies a die per ipsum resignantem præstandi cōsen
sus computandos, de ipsa infirmitate decesserit, & ip
sum beneficium quauis auctoritate conferatur, per re
signationem sic factam, collatio huiusmodi sit nulla,
ipsumque beneficium nihilominus per obitum censea
tur vacare.* Et hoc modo illam interpretabor.

5 Et hæc regula est †recepta in regist. Curiæ Pari
sienſis, teste Rebuff. conf. 72. num. 8.

SVMMARIVM.

1 *Regula de Infirm. ob duas rationes emanauit.*
2 *Ratio fraudis considerata per regulam de infir. extra
cta est ex c. 2. de renunc. lib. 6.*
3 *Regula de infirma d. c. 2 spiritum accepit.*
4 *Cap. 2. de renunc. lib. 6. quid disponit.*
5 *Differ. inter d. c. 2. & Reg. de Infir.*
6 *Fraus non præsumitur in infirmo.*
7 *Quisque præsumitur memor salutis æternæ.*
8 *Existens in extremis non præsumitur S. Ioan. Bapt.*
9 *Actus factus per infirmum in præiudicium tertij, nō
præiudicat.*
10 *De fraude dicitur constare, quoties proximus morti
alienat.*
11 *Suscipiens habitum religionis in morte, non videtur
profiteri.*
12 *Contrahens matrimonium cum concubina in articu
lo mortis, an præiudicet substitutis.*
13 *Ingressus monasterij in fraudem substituti, non tenet.*
14 *Ex ratione vicinitatis, actus præsumitur fraus, &
Dolus,*

15 *Renunciatio in præiudicium illius qui habet optare,
nulla.*
16 *Ratio fraudis concernit saluetm animarum.*
17 *De beneficijs non debet disponi per viam successionis.*
18 *Infirmis etiam morti vicinis actus legitimi permit
tuntur.*
19 *Infirmi morti vicini nō possunt renunciare in fauorē.*
20 *Successio in Ecclesia Dei est odiosa.*
21 *Quæ Dei sunt, ab homine dari non possunt.*
22 *In Curia Resignationes admittuntur ad vota resi
gnantis.*
23 *Grauati infirmitate de facili dant quod non possunt
secum deferre.*
24 *Dispositum in infirmitate, videtur dispositum causa
mortis.*
25 *Constituti in articulo mortis non præsumuntur elige
re personam dignam.*
26 *Iulius II. in infirmitate noluit creare Cardinales.*
27 *Honorius iiij. toto tempore Pontificatus vnum crea
uit Cardinalem.*
28 *Constitutus in articulo mortis non præsumitur sanæ
mentis.*
29 *Votum captandæ mortis prohibetur.*
30 *Resignans moriens infra 20. dies, resignatio est nulla
& beneficium dicitur vacare per obitum.*
31 *Regul. de Infirm. est extracta ex c. plerique 8. q. 1.*
32 *Cap. plerique 8. q. 1. quid disponat.*
33 *Successorem quis eligere sibi non potest.*
34 *Vt valeat resignatio debet resignans superuiuere per
20. dies.*
35 *In Gallia resignans offic. Regale debet superuiuere per
30. dies.*
36 *Officia æquiparantur beneficijs.*
37 *Regula Cancellariæ de Infirm. non habet locum in of
ficijs Curiæ.*

QVAESTIO I.

RIMO Quæro qua ratione emana
* uit huiusmodi regulæ Communis *
1 responsio † est ob duas rationes, qua
rum prima est ob fraudes, ne fraudē
tur Ordinarij, expectantes, Mandata
rij, Nominati: secunda, ne de benefi
ciis, in articulo mortis disponatur, prout fit de bonis
patrimonialibus, & prosanis, nā infirmus videns se iā
moriturū, consilio medicorū, vel importunitate con
sanguineorum, ne beneficia uacent per obitū, renun
ciaret, & de eis disponeret per viā successionis, Cassa.
super reg. Cancell. decis. n. 10. uers. si uoluimus, Sarn.
de infir. q. 1. col. 2. in fi. & q. 2. & q. 3. col. 2. uer. sed istis
& q. 21. col. 1. uers. nec obstat. & alibi Mandos. in cad.
reg. q. 1. n. 3. & q. 13. n. 12. & q. 15. n. 2. & q. 16. n. 10. Re
buff. in prax. in ead. reg. gl. 1. n. 2. Dec. conf. 224. col. 1.

2 Prima rō extracta est ex c. 2. de renū. lib. 6. ubi hæc
uerba habent. *Si te pbendam, vel dignitatē in aliqua
Ecclesia, proximo vacaturā auctoritate Apostolica
expectante aliquis pbendam seu dignitatem tenuem
obtinens in eadē fraudulenter ei renunciet, vt illa pri
mo sic vacante pcludatur tibi via per consequens ad
optinendum pbendam, vel dignitatem aliam pinguio
rem, quæ per mortem alicuius, vel alias in ipsa Eccle
sia, creditur verisimiliter in proximo, vacatur as per
renunciationem huiusmodi (dummodo de præmissa
fraude appareat) saltim per aliquas probabiles conie
cturas, vt quia dictæ renunciationis tempore is qui p
bendā, vel dignitatem pinguiorem habebat infirmita
te graui*

*te graui detinebatur, vel aliquid aliud imminebat,
propter quod illius præbenda seu dignitas vacare in
proximo probabiliter credebatur, nullum tibi volu
mus obstaculum interponi, quo minus, præbenda vel
dignitate prima sic fraudulenter renuntiata omissa,
possis dictam pinguiorem, cum eam vel aliam, si prius
ipsa vacare contingeret auctoritate præfata libere pe
tere veluti tibi debitam, & habere, Cæterum si præ
dicto, renuncianti huiusmodi præbenda vel dignitas
pinguior forsitan conferatur eo ipso, dicta fraus intel
ligatur esse probata, & ideo renuncians habito omni
3 no careat, & ambita.* Ab hoc enim tex. hæc regula
spiritum accepit, vt tradunt Io. And. in cap. vlt. de col
lus. deteg. Sclu. de benef. p. 1. q. 18. cum alijs, vt p Sarn.
ea reg. q. 17. col. 2. Cassad. decis. 32. ante num. 5. super
reg. Mandos. in hac regul. q. 5. num. 1. quamuis idem
Mandos. q. 1. nu. 10. neget aliquam conformitatē ha
bere hāc regulam cum dict. cap. 2. quia ibi, disponit †
4 quod renunciatio fraudulenta non noceat expectan
ti, & dicitur renunciatio fraudulenta, quando renun
ciationis tempore is qui habebat præbendam vel di
gnitatem pinguiorem, infirmitate graui detinebatur,
& sic tria considerantur, tempus renunciationis, bene
5 ficium pingue, & grauis infirmitas, hic † vero venit om
ne beneficium, & attenditur tempus signatæ supplica
tionis, dum quis erat sanus, & non requiritur grauis
infirmitas, rursus hic annullatur resignatio, ibi vero
non, & faciunt quæ scribunt Decius conſ. 119. circa
med. Lambe. de iur. patr. p. 1. lib. 2. art. 11. q. 8. nu. 3. &
hæc quāuis vera sint. In casu autem de quo agitur ad
est similitudo, nam quemadmodum ibi consideratur
fraus, ita & hic, & sic ratio fraudis videtur ex dict. cap.
2. & hæc est mens Doctorum, & ita cōmuniter tene
6 tur per omnes, nec obstat quod præsumi non debet †
hæc fraus in infirmo maxime morituro, l. sed si mari
tus, §. vlt. ff. qui & a quibus, l. quotiens, §. 1. ff. de prob.
Soc. sen. conſ. 12. nu. 3. vol. 4. cum presumatur memor
7 salutis æternæ, l. vlt. ff. ad l. Iul. repetund. Bursatus cōſ.
434. num. 19. vol. 4. quia hoc non sufficit per ea quæ
dicit Bald. in auth. si dicatur. C. de testam. & in cap. si
cut de testib. Bart. in l. siquis in graui, §. 1. ff. ad Silani.
volentes, quod quamuis aliquis sit in extremis non, p
8 terea in factis suis † præsumitur Sanctus Ioannes Ba
ptista, Grammat. decis. 42. num. 5. Oldrad. cōſ. 92. Me
noch. conſ. 39. num. 70. & in tract. de arbitr. cal. 89. n.
30. Alciat. de presump. reg. 3. præsump. 4. sub num. 4. &
9 ideo † actus factus per infirmum in præiudicium ter
tij non præiudicat, Afflictus decis. 168. Bart. in l. siqs
§. siquis moriens ff. ad Silan. Menoch. dict. consil. 39. n.
44. & 68. vol. 1. Mascard. de probat. concl. 1074. num.
5. & simile adducit Rebuff. hic glos. 13. num. 1. & tra
dit. Sarn. q. 21. nu. 2. in hac regula.

10 Hinc de fraude dicitur cōstare † quoties proximus
morti alienat, l. filiæ meæ. ff. sol. matrim. vbi glos. &
11 Bar. Cardin. Paris. conſ. 53. nu. 56. vol. 1. Hinc † susci
piens habitum religionis in morte non videtur profi
teri nec se dedicare, Bald. in auth. si qua mulier col.
12 pen. ver. 7. quæro, C. de Sacr. sanct. Eccl. Hinc † contra
hens matrimonium cum concubina in articulo mor
tis, vt filij nati legitimentur, non per hoc excluditur
substitutus. Ang. in l. sed & quæritum ff. de liber. &
posth. & in l. nuper C. de Natu. liber. limita, vt per Pa
ris. dict. consilio, numero, 68. Hinc ingressus monast.
13 factus † in fraudem substituti non tenet, Abb. Imol.
* Dec. Ber. & alij * omnes in c. in præsentia de probat.
Paris. dicto consilio. 13. numero. 56. & ratione vicini
14 tatis † factus præsumitur in fraudem gestus, le. si ventris
in §. in bonis. ff. de priuil. credit. Bart. in l. post contra
ctum. ff. de donat. Soc. Sen. conſ. 26. nume. 4. vol. 3. eo
magis cum aliter non constat, vt in d. c. 2. de renunc. li.
15 6. vbi renunciauit propter infirmitatem † grauem, ne p
benda perueniret ad eum qui habebat ius optandi, vt
declarat Card. Paris. d. conſ. 13. nu. 69. vol. 1.

16 Et hæc ratio fraudis † salutem † animarum concernit
Sarn. in hac reg. q. 3. col. 2.

17 Secunda vero ratio, ne de beneficijs † disponatur
per viam successionis, extracta videtur ex c. 1. de præ
ben. vbi allegaui cōcordantia, & tradit Rebuff. hac re
18 gu. gl. 4. col. pen. versic. nec refragatur; nam quamuis †
infirmis etiam morti vicinis actus legitimi permittan
tur, l. fenium C. qui. test. fac. possl. 2. ff. de testam. Imol.
in l. in aduersa. ff. de testam. Socin. Sen. conſ. 92. nume.
17. lib. 3. Dec. conſ. 175. nu. 7. non autē possunt dispo
19 nere infirmi de beneficijs, renunciando in fauorem †
arg. c. quamuis. 7. q. 1. dict. c. 1. de prēb. & est commu
*20 nis * omnium doct. in prax. obseruata, nam † successio
in Ecclesia Dei est odiosa, & damnata ca. ad decorem
ca. ad abolendam, cap. ad extirpandas, de fil. presb c. 7.
Conc. Trid. sess. 25. de reform. Host. in c. præsentium.
21 de fil. presby. quæ Dei enim sunt, † ab homine dari nō
possunt, cap. plerique 8. q. 1. nam quamuis a uoluntate
superioris pendeat admittere vel non admittere resi
gnationes, tamen vt plurimum de stylo, & antiqua cō
22 suetudine in Curia † admittuntur, & beneficia resigna
ta prouidentur ad vota resignantium, vt tradit Cassad.
* dict. decis. 32. num. 9. in fin. super reg. & * communiter
practicari videmus, & hic dicit Rebuff. in glos. l. 14. n.
23 2. quod oppressus † infirmitate graui facile resignat, q p
secum deferre non potest; vnde huiusmodi cessio nō
pendet a voluntate sua, sed quia non poterat diutius il
24 lud tenere, & ideo vult, vt alius habeat post mortē, di
sponendo causa mortis, l. 1. ff. de don. cau. mort.

Præterea aliam, & sic tertiam rationem considera
* uit Rot. * in vna Maioritan. parochialis S. Nicolai, co
ram I. D. Ant. Aug. die 11. & 20. Februarij, ac 27. Martij
1549. vt per Grass. in recollect. super reg. decis. 29. Ne
25 testator cogitatione † mortis turbatus non bene pos
sit considerare de persona idonea pro Ecclesia, nam
que blanditiis, & consanguineorum, & amicorum sug
gestione renunciaret, in Ecclesiæ seu beneficij resigna
ti præiudicium, hac ratione Iulius II. Pont. Max. in ar
26 ticulo † mortis recusauit creare Cardinalem quendam
affinem suum prætextu erroris, & insufficientiæ, vt
tradit Guicciardinus libro vndecimo historiarum, fo
lio. 431. Et Honorius IIII. Roman. ex nob. familia
Sauella in infirmitate noluit aliquem de domo sua
creare Cardinalem, quamuis instantissime Pandul
phus frater & alij, hoc requirerēt, cū nullū præter vnū
spatio duorum annorum quo vixit, ad illam dignita
tem promouisset, auctor est Garimbert. libro tertio.
vit. Cardinal. capitul. secundo. & regulariter constitu
28 ti in infirmitate non præsumuntur sanæ mentis, † Sa
licet. in leg. furiosum, Cod. qui testament. facere pos
sunt. Sarnen. in hac regul. quæstio. vigesima quinta. in
fin.

Et aliam assignat Crauett. consil. octuagesimo octa
uo. numero duodecimo, quia imminet votum * captan
29 dæ mortis, † quod votum captandæ mortis maxime
consideratur, Cardinal. Parisiens. consilio primo. nu
mero 121. volumine tertio. & consilio 26. nume. 114.
volumin. 2.

His enim rationibus, sancitū est, vt si resignans mo
30 riatur infra 20. dies, † resignatio facta in fauorē cuius
cūq; sit nulla, & beneficiū dicat vacare per obitū, q

traditum est per Ant.de But.in c.suſceptum, nu.13. de reſcr.Rom.conſ.342.col.2.Io.And.in ca.Audiuimus,not.2.de collus.deteg.& Doctores, poſteriores
* ſequuntur*vno ore gloſſ.Sarn.Mand.in hac reg.allegant concordantes,Guliel.Benedet.in repet.c.Rainutius,num.26.p.1.fol.156.Rebuff.de verb.ſign.fol.21. in fi.Crauett.conſ.88.num.13.Greg.Syntag. iur. lib. 17.c.17.num.6.Put.deciſ.92.num.6.lib.2. Menoch.
* conſ.108.num.28.vol.2. & ſuit* pluries deciſum in
* Rot.&* practicatur tota die.

Poſſumus etiã dicere meliori ratione ſuffulti,hanc
31 regulam eſſe †extractam ex c.plerique.8.q.1.vbi ex Hilario Papa,in Sinodo Rom.c.5.hæc verba,habentur,
32 † *Plerique ſacerdotes in mortis confinio conſtituti in locum ſuum ſeruntur alios deſignatis nominibus ſubrogare,vt ſcilicet non legitima expectetur electio,ſed defuncti gratificatio pro populi habeatur aſſenſu, qđ quam graue ſit,exiſtimate. Atque ideo ſi placet etiã hanc licẽtiam generaliter de Eccleſijs auferamus, ne quod turpe dictum eſt,homini quiſquam putet deberi quod Dei eſt,ab vniuerſis acclamatũ eſt hæc præſumptio nunquam fiat,quæ Dei ſunt,ab homine dari,non poſſunt*,de quo etiam mentionem faciunt Polycarp. li.2.tit.18.Anſel.lib.6.c.56.Iu.p.5.c.104.& ibi, Arch. & Præpoſ.nam antiquo tempore beneficia erant electiua,& aliqui infirmi eligebant ſucceſſores, ex quo non expectabatur legitimæ electio, Vnde cum Papa in Synodo Romæ celebrata hoc proponeret, fuit p omnes patres determinatum,hoc non licere,cũ non
33 poſſit quiſ†tibi eligere ſucceſſorem c.2.& c.Epiſcopi eadem cauſa,& q.cum concord. ibi per gloſſ. & Archid.alleg.Ideo videtur ex viſceribus huius tex. hanc regulam eſſe extractam, Et fuit declaratum tempus 20.dierum,quod antea non erat expreſſum, Rebuff.
34 in hac reg.Gloſſ.2.num.1.nã ad hoc vt valeat reſigna
35 tio debet reſignans†ſuperuiuere p 20.dies.ita in Gal lia reſignans officium Regale debet ſuperuiuere†per 40.dies,vt ſcribit Pet.Greg.Syntag.iur.lib.17.ca.18. num.8.Franc.de March.deciſ.284.par.1. Rebuff.hic
36 gloſſ.in fi.nec mirum,quia† in multis officia æquiparantur beneficijs,& e contra,Dec.in l.vlt.in fi. C. de
37 pact.hæc tamen regula non† habet locum in officijs Curiæ,vt per plura concludit Sar.q.22.

SVMMARIVM.

1 *Exorbitans non trahitur de caſu ad caſum.*
2 *Infirmus morti vicinis legitimi actus permittuntur.*
3 *Infirmus poteſt contrahere matrimonium.*
4 *Infirmus poteſt condere teſtamentum,& tranſigere.*
5 *Epiſcopus infirmus poteſt cedere.*
6 *Collatio Ordinarij eſt fauorabilis.*
7 *Annullatio actus dicitur pœna.*
8 *Regulæ Cancellariæ ſunt ſtricti iuris.*
9 *Regula de Infirm.reſign.eſt fauorabilis,et iuri cõſona.*
10 *Iura occurrunt fraudibus.*
11 *Diſpoſitio obuians fraudibus dicitur fauorabilis.*
12 *De iure naturali fraus eſt prohibita.*
13 *Diſpoſitio obuiãs fraudibus eſt conformis omni Iuri.*
14 *Diſpoſitio de puniendis delictis fauorabilis,& reipublicæ vtilis.*
15 *Statutum permittens bannitos impune occidi eſt fauorabile.*
16 *Diſpoſitio emanans ad publicam hominum vtilitatẽ dicitur fauorabilis.*
17 *Diſpoſitio ad vitandum peccata fauorabilis,etiam ſi adeſſet pœna.*
18 *Fauorabilis diſpoſitio,volens vt inſtrumentum rogetur per Notarium Archiuiſtam.*
19 *Conſtitutio de public.fauorabilis.*
20 *Regula de infirm.emanauit ad tollendas fraudes.*
21 *Regula de infir.concernit animæ vtilitatem.*
22 *Infirmi non poſſunt diſponere de beneficijs.*
23 *Quod principaliter agitur,attenditur ad iudicandam diſpoſitionem fauorabilem,vel odioſam.*
24 *Diſpoſitio poteſt diuerſis reſpectibus iudicari fauorabilis,& odioſa.*
25 *Quod principale eſt attenditur.*
26 *Senatuſconſultum Velleianum quare fauorabile exiſtimetur.*
27 *Statutum,quod maſculi fœminas excludant,eſt fauorabile.*
28 *Regulæ Cancellariæ ſunt ſtricti iuris,quando ſunt contra ius.*

QVAESTIO II.

SEcundo Quæro, an hæc regula ſit odioſa,vel fauorabilis? Vtilis eſt quæſtio,vt ſciamus,an ſit iuri conformis & quam interpretationem recipiat.

Quod ſit odioſa, & exorbitans a iure communi,tenuit Dec. cõſ.224. col.1.ſub num.1.verſ.ad hoc,vbi dicit eſſe contra ius commune,& verſ.nec obſtat,vbi inquit per ius commune fraudi eſſe prouiſum, & regula taxans terminũ 20.dierum eſt contra ius commune,& fundata in ſola voluntate Pontificis,cui ita placuit ſtatuere, quod enim non habet aliam rõnem niſi,quia ita placuit ſta-
1 tuenti,non†trahitur de ſimilibus,ad ſimilia, gloſſ.in l. 1.§.pueritiam in verb.ratus.ff.de poſtu.Bal.in l.2.col. 2.verſ.ex quo not.C.de iur. dot. & hanc opinionem tenet Sarn,in hac reg.q.9.& q.13.col.3.& q.19. & q. 38.vbi dicit illam exorbitantem Mandoſ.in cad.reg. q.1.a num.4.vſque in fi.& q.15.num.5.& q. 11.in fi. & q.3.col.4.& q.18.Caſſad.deciſ.32.nu.4. ſuper reg. Rom.conſ.342.quo ad primum col.1.verſ. cum igitur, Gammar.de offic.& poteſt.Leg.a lat.lib.6.tit. de penſ.q.24.num.634.cum ſeq.

2 Pro qua opin.primo adducitur,†quia infirmis etiã morti vicinis legitimi actus permittuntur,l. ſcnium, Cod.qui teſt.face.poſſ.Ang.in l.in fraudem,§.1.ff.de
3 milit.teſt.& ideo poſſunt contrahere† matrimonium Io.And.in c.ſine culpa de reg.iur.lib.6. Abb. in cap.
* 2.de coniug.lepr.communis*teſte Alexan.in l.ſiquis
4 poſthumus,ff.de lib. & poſthu. condere† teſtamentum,& tranſigere.l.ſanum mente,c.de tranſac.Immo
5 Epiſcopus,dum†eſt infirmus,poteſt cedere,c.quamuis,7.quæſt.1.

Secundo,quia quatenus addit,& exprimit tempus non poteſt inficiari,quin ſit exorbitans, Dec.d.conſil.224.verſ.nec obſtat.

6 Tertio,quia collatio†Ordinarij eſt fauorabilis canullus,16.quæſt.7.Zabarell.in clem.1.vt lit. penden. quæſt.14. in fin. Cum igitur regula tollat etiam reſignationes factas in manibus Ordinariorum, videtur odioſa.

7 Quarto,quia annullat actus,†quæ pœna dici põt, l.ſenatus.ff.de contrah.emp.Bal.in l.non dubium,col. 2.ff.de legib.Abb.in c.2.num.5.de conſt.

8 Quinto,quia regulæ†Cancellariæ ſunt ſtricti iuris Caſſad.deciſ.16.num.5.& deciſ.23. num.6. de præb. Sarn.in 2.q.proœm.reg.num.4.Card. Pariſ. conſ.19. num.3.& ſeq.vol.4.

His ta-

His tñ non obſtantibus,contrariã opinionem exiſtimo veriorem,hanc regulam†eſſe fauorabilem,& iu
9 ri conſonam,vt tenet Sarn.ſibi contrarius in hac reg. q.17.& q.21.Rebuff.in ead.reg.gloſſ.4.num.9.& hęc
* opinio placuit dominis de Rota,in vna*Imol.Can o-
* nicatus,& præb.die 21.Aprilis,1578.coram Cantuccio,quamuis nihil ſuper hoc voluiſſent determinare.

Et primo probo,qa hmõi regula principaliter ema
10 nauit ad tollendas fraudes, & omnia iura fraudibus† occurrunt,& illas prohibent.l.ſi cui ff.de ſeru.l.in fundo,ff.de rei vend.c.vlt.de poſtul.l.cum hi.ff.de trãſac.
11 & ideo diſpoſitio obuians fraudibus† dicitur fauorabilis,Fel.in c.de quarta,col.5.in fi.de præſcrip.Caput. deciſ.15.num.7.par.2.& conformis iuri naturali, ſed
12 cundum quod fraus†eſt prohibita,Bal.in auth.ingreſſi,num.24.in fi.C.de Sacroſan.Eccleſ.& alijs iuribus
13 † vt per Caputaq.deciſ.215.num.1.& 2.p.3.

Hinc diſpoſitio de puniendis delictis, ſeu illicitis
14 coercẽdis,dicitur†fauorabilis,& reipublicæ vtilis,l.ita vulneratus,ad leg.Aquil.l.congruit.ff.de off.præſidis, Bar.in l.quemadmodum C.de agrico. & cen.l.lib.11. Rom.conſ.105.col.vlt.verſ.igitur, Dec.in cõſ.65.col. 2.& in l.factũ ſuũ,§.in pœnalibus,ff.de reg.iur.& hac
15 ratione ſtatutum permittens†bannitos,impune occidi poſſe dicitur fauorabile,Bar.in l.omnes populi, in 2.q.3.9.prin.num.23.ff.de iuſt.& iur.Alber.de Roſa. in tract.ſtat.in 4.p.q.20.Nell.in tract.bannit.in 1.p.ſe cundi temp.in prin.Dec.conſ.327.num.5.& commu
* niter*Doct.Et diſpoſitio quæ emanauit, ad publicã
16 hominum†vtilitatem dicitur fauorabilis,Dec.in c.Ecclefiæ San.Mariæ,in fi.verſ.& materia fauorabilis,de Conſt.Alex.conſ.171.col.2.verſ.fortificaſ,lib. 3.Bal. in l.1.in 5.not.C.de non.cod.facic.Et diſpoſitio quæ
17 emanauit ad vitandum † peccata,& obuiandum illis, & conſulendum animæ dicitur fauorabilis, & extendibilis etiam ſi eſſet in ea pœna,gloſ.in c.ſciant cuncti,in verb.alios,de elec.lib.6.Io.And.in c.ex tenore,
* qui fil.ſint leg.vbi Abb.reputat hoc ſingulare,* & obliuioni non tradendum,Ial.in l.cum quidam, col.5. verſ.1.ergo limita,ff.de lib.& poſth.

18 Hinc fauorabilis†dicitur diſpoſitio per quã diſponitur,quod inſtrumentum rogetur per Notarium Archiuiſtam,& non valeat niſi ſi regiſtratum in memoria librorum Archiuij,cũ facta videatur fauore pub.
* vtilitatis,vt fuit reſolutum*in vna Romana obſeruationis contractus corã Card.S.Crucis,1.Iunij,1551. teſte Caputaq.deciſ.16.p.2.& deciſ.215.p.3.

19 Hinc Conſtitutio†de publicãdis reſignationib.dicitur fauorabilis,quia obuiat fraudibus,Caputaq.deciſ.319.lib.1.in manuſc.& dixi,late lib.præc. quæ oĩa cum in terminis huius regulæ concurrant,dicetur regula fauorabilis,& iuri conſona,eo magis, quia vt dixi extracta eſt ex c.2.de renunc.lib.6.ex c.1. de præb.
20 ex c.plerique.8.q.1.†vt tollantur fraudes,& ne per viã ſucceſſionis de beneficijs diſponatur,eo magis cum dicat Sar.q.3.col.2.& Rebuff.d.gloſſ.4.in fi. concer-
21 nere † animæ vtilitatem,vnde debet dici fauorabilis, Abb.in c.nihil,num.9.de elec.Soc.conſ.97.col.2. lib. 1.Bar.in l.nemo poteſt,num.8.ff.de l.1.& in l.1.num. 30.C.de ſum.Trin.& fid.cathol. & in hoc hodie cõ-
* muniter*concordant Doct.

Nunc aũt reſpondendum eſt contrarijs,& primo, non obſtat,qđ infirmis liciti ſunt actus legitimi,quia reſpondetur,illã propoſitionẽ habere locũ in caſibus
22 a iure expreſſis,vt dictum eſt de teſtõ, & trãſactione, non autem in hoc vt diſponant de beneficijs,†cũ hoc ſit omni iure prohibitum,c.2.& c.3.8.q.1.& eſt com
* munis*opinio omnium Doctorum.

Nec obſtat c.quãuis,7.q.1.quia loquitur de renũciatione ſimplici,nõ aũt de ea quæ ſit in fauorem,vel reſpondetur,illum tex.in hoc eſſe modificatum,vt in fra dicetur,vel illum procedere de ſpãli gratia Papæ.

Nec obſtat conſideratio Decij,qđ dum exprimit tẽpus 20.dierum eſt contra ius cõe,nãque reſpondeẽ ad conſiderandã diſpoſitionem odioſum, vel fauora
23 bilem eſſe attendendũ,†quod principaliter agitur,l.ſi quis nec cãm,ff.ſi cer.pet.Cald.cõſ.14.de verb.ſign. Caputaq.optime d.deciſ.15.n.6.p.2.& d.deciſ.215.n. 8.p.3.Sed principaliter emanauit hæc regula ob fraudes,& ne diſponaſ per viã ſucceſſionis de beneficijs Caſſ.deciſ.32.n.10.ſuper regulis,& alij ſupra allegati: ergo hoc attendendũ eſt,& iõ quis aliqua diſpoſitio
24 poſſit†diuerſis reſpectib. iudicari fauorabilis,& odioſa,Bal.in l.venia,poſt gloſſ.C.de in ius voc. Dec.conſ. 258.n.9.Cur.Iun.conſ.5.n.34.& conſ.7.n.2.tñ ſemp
25 id quod†ꝑcipuum ſeu principale eſt,conſiderari dẽt ita Mãdoſ.de Annali q.3.n.7.arg.l.nauis,auerſa.ff. ad leg.Rho.de iact.l.1.in prin.ff.de auct. tut. l.vlt.§.fructus,ff.quæ in fraud.cred.& iõ Senatuſc. Velleianum
26 † fauorabile exiſtimaſ, quia principaliter introductũ eſt in fauorem ſeminarum,licet odium, & damnũ inferat his qui eas ꝑ interceſſoribus accipiunt,Cal.cõſ. 14.de verb.ſign.Do.in l.q exceptionẽ,ff.de cõd.ideb.

27 Et ſtatutum qđ †Maſculi fœminas excludant,qa in fauorẽ maſculorum principaliter emanauit,& ꝑ conſeruãdis bonis in familia,licet concernat odium ſemi narum,dif tñ fauorabile attẽta rõne principali,Anch. conſ.112.poſt n.6.Anania conſ.69.Ang.conſ.68.nu. 4.Cranet.conſ.118.n.10.Cur.iu.cõſ.87.n.5.Ber. cõſ.
* * 14.n.9.lib.2.Soc.Iun.conſ.10.n.3.vol.4.& hæc eſt** magis communis opin.vt per Viui.comm.opi.verbo ſtatutum excludens,Vaſq.de ſucc.p.2.in princ.Rim. Iun.ad Rim.Sen.conſ.223,n.12.& ſeq.vol.2.Burſat. conſ.93.n.7.vol.1.qcquid voluerint alij quos citat.

Ad tertium patet reſpõſum ex allegatis ſupra. Ita ẽt ad quartum,non obſtat quinto,quod reg. Cancel
28 lariæ ſint ſtricti iuris,quia id†procedit quatenus ſunt contra ius vt per Sarn.in prooem.reg.q.2.

SVMMARIVM.

1 *Regula de infir.habet locum in omnibus beneficijs.*
2 *Regula de infir.habet locum in Dignitate.*
3 *Verbum,Beneficium,late intelligitur.*
4 *Regula de infir.habet locum in beneficio regulari.*
5 *Regula de infir.habet locum in Hoſpitali.*
6 *Beneficia ſimplicia quæ.*
7 *Regula de infir.habet locum in præceptorijs.*
8 *Præceptoria venit appellatione beneficij.*
9 *Idem ius vbi adeſt eadem ratio.*
10 *Regula de infirm.habet locum in beneficijs patrimonialibus.*
11 *Beneficia patrimonialia vere ſunt beneficia.*
12 *Patrimonialia beneficia quare dicantur.*
13 *Expediret vt omnia beneficia eſſent patrimonialia.*
14 *In Concilio Tridentino fuit diſputatum an omnia beneficia eſſent efficienda patrimonialia.*
15 *Regula de infir.an habeat locum in iure patronatus, affirmatiue,num.22.*
16 *Regula de infir.loquitur de collatione.*
17 *Collatio,quæ proprie dicatur.*
18 *Habens facultatẽ conferendi poteſt cõferre cui vult.*
19 *Collatio dicitur donatio.*
20 *Vbi verba non conueniunt,neque diſpoſitio.*

21 *Magna differentia inter institutionem, collationem, & præsentationem.*
23 *Necessarium antecedens videtur prohibitum.*
24 *Præsentatio est antecedens ad Institutionem.*
25 *Verbum collatio, comprehendit presentationem.*
26 *Cap. Auaritiæ, de elect. lib. 6. habet locum in præsentatione.*
27 *Capitul. 1. vt lit. pend. lib. 6. habet locum in presentatione.*
28 *Regula de pub. habet locum in benefi. iurispatronatus.*
29 *Verbum collatio, positum in impetratione stricte interpretatur.*
30 *Verbum collatio, positum in regula de infirm. late accipitur.*
31 *In fauorabilibus fit extensio.*
32 *Moriente resignante beneficium iurispa. infra 20. dies Patronus potest iterum præsentare.*
33 *Nullum non præstat impedimentum.*
34 *Electio nulla non producit effectum.*
35 *Vnio nulla non præstat impedimentum.*
36 *Per obitum præsentati ante institutionem non vacat beneficium.*
37 *Ex morte unius vacat quod beneficium erat suum.*
38 *Patroni debent præsentare in beneficijs Iurispatronatus.*
8 quoties† huiusmodi resignatio fuit facta scienter in fa
* uorem inhabilis, vt fuit resolutum in vna* Romana Canonicatus 17. Nouembris 1567. coram R. P. D. Seraphino, vt scripsi di. li. 1. q. 3. in fine.

SVMMARIVM.

1 *Mandatum non præsumitur.*
2 *Resignatio præsumitur facta præcedente legitimo mandato.*
3 *Mandatum præsumitur, quoties enunciatur in sententia iudicis, aut per principem.*
4 *Mandatum enunciatum ex actis notarij præsumitur num. 19.*
5 *Notarij Cameræ, & Cancellariæ, quid faciant in mandatis, &c.*
6 *Enunciatio in litteris beneficij, quid probet.*
7 *Mandatum enunciatum in instrumento antiquo præsumitur.*
8 *Notarij præsumuntur bene exercere officium ipsorũ.*
9 *Præsumptio pro officialibus.*
10 *Docti eliguntur pro officialibus.*
11 *Libris Argentarij & Mercatoris fides adhibetur.*
12 *Mandatum in quibus præsumatur.*
13 *Scientia, & patientia principalis facit præsumere mãdatum.*
14 *Nullitas mandati admittitur.*
15 *In Antiquis præsumitur mandatum.*
16 *Mandati ratificatio quando præsumatur.*
17 *Mandatum præsumitur ex diuturnitate temporis.*
18 *Mandatum præsumitur ex contecturis.*
19 *Commissio data Nuncio vt citet, præsumitur ex diuturnitate temporis.*
20 *Delegationis mandatum ex temporis diuturnitate præsumitur.*
21 *Vicarij mandatum præsumitur.*

QVAESTIO XXII.

IGesimo secundo, quæro, an, si quis opponat renunciationem factam à procuratore esse nullam, quia fuit facta absque mandato, noceat hoc resignatario?

Affirmatiua opinio probatur, quia mandatum vel ad lites, vel ad alia negotia† non præsumitur, Doctores in l. sciendũ, ff. de ver.
1 obli. Bal. in l. licet C. de procu. Inn. & Abb. in ca. quoniam contra, col. pen. de prob. Ale. cons. 136. li. 6. Rot. decis. 12. de procu. in antiq. Rebuff. in tract. de nomin. q. 13. nu. 118. cum alijs, vt per Mascard. de proba. conclu. 1004. & est communis* omnium doctorum sententia.

In contrarium se habet vera conclusio, vt renuncia
2 tio præsumatur† facta præcedente legitimo mandato, Simonett. decis. 36. in manuscr. Idque primo probatur, quia mandatum† præsumitur, quoties enunciatur
3 in sententia iudicis, aut per principem, vt de primo tradunt Anch. in clem. 1. de prob. Gabr. li. 2. tit. de procu. concl. 1. n. 22. de secundo tradit Menoch. in tracta. de præsump. li. 2. præsump. 33. num. 10. Sed collatio habet vim sententiæ, ergo, &c.

Vnde vel talis renũciatio facta per procuratorem fuit recepta per Ordinarium, & tunc in actis Notarij constabit de mandato procuræ, & quoties enunciat
4 mandatum per acta certi Notarij, tunc præsumit† mãdatum, Cuman. cons. 6. in fi. Gabr. d. concl. 1. de pcu. n. 21. & constabit per collationẽ factam ab Episcopo. vel fuit recepta per Summum Pontificem renunciatio, & hoc casu cõstat de mãdato in actis Notariorũ
5 Cameræ, vel Cancellariæ, q alias nõ mittunt supplicationes, vt possint expediri litteræ, nisi constito de mandato, illoq; relicto in Camera, vel Cãcellaria, penes ipsos, Card. S. Cruc. decis. 83. & scripsi supra late.

6 Et enunciat† mandatũ† in litteris prouisionis beneficij, ex quo probat, & præsumit. Ruin. cons. 15. n. 2. lib. 1. Gabr. d. concl. 1. de procu. nu. 25. Menoch. d. præsumpti.
* 33. n. 10. in fi. & est* communis opinio. ita, quãdo enũ
7 ciatur mandatum in instrumento, tantiquo præsumitur Bal. cons. 112. col. 2. & cons. 337. col. penul. lib. 1. Curt. Sen. cons. 77. col. 2. vers. præmissis, Dec. con. 36. num. 8. Cassad. decis. 3. num. 4. de procur. Purpurat. in auth. si quis in aliquo in fin. C. de eden. Boer. dec. 281. nu. 17. Caputaq. decis. 294. lib. 2.

Quod comprobatur, quia, si non adesset mandatũ Notarij hoc non dixissent, & nõ tradidissent expedi-
8 das litteras, nãque præsumitur, qd bene exerceant officium† eorum, c. ad audientiam de præscript. l. si quis decurio, C. de fall. Bal. in l. imperator col. 2. ff. de stat. homin. Curt. sen. cons. 49. num. 75. Dec. cons. 450. cõs. 423. col. 2. Roman. con. 179. lib. 1. cum aliis, vt per Alciat. de præsumpt. reg. 3. præsump. 13. per totum, ex cuius dictis satis constat hanc esse communem* & rece-
9 ptam doctorum sententiam, neque alij officiales huic muneri præpositi admisissent, cum pro eis præsumptio† sit recte agere quæ suo incumbant muneri & officio. l. 2. C. de off. ciu. iud. Bal. in l. vnica in fin. C. ne qs in sua causa iud. & in l. 2. ff. vbi pupill. educ. deb. Paul. Castren. cons. 270. lib. 2. L. uc. de Pen. in l. 3. col. 4. C. de apoch. publ. lib. 10. communis* opinio, vt patet ex his, quæ ad hoc congerunt Alciat. d. regul. 3. præsumpt. 9. Menoch. dict. lib. 2. præsumpt. 77. qua viri eru-

diti

10 diti,& ſpectatæ†probitatis,ac practici eliguntur,iuxta ea,quæ ſcribit Dec.in c.quoniam contra,num.33. de proba. Ideo,ſi reperitur aliquid ad mei vtilitatem ſcriptum ab eo,qui officium publicum gerit, vel ab eo,
11 cuius libris ſolet credi,quales ſunt Argentarij,† Mercatores,Notarij,fides indubitata præſtatur,Aret.in c. 1.num.22.& 24.de prob.vbi Dec.num.27. Menoch. dict.præſump.33.num.11.

Accedit,quia mãdatum præſumitur in his, quæ fieri non conſueuerunt citra mandatum,vt eſt,quando
12 quis ſoluit†pro alio,& caſibus ſimilibus Rot.deciſ.2. de caul.poſſ.&propriet.in antiq.Caſſad.deciſ.3.num. 4.de procur.Felin.in c.ſicut,num.35.de re iud.Dec. conſ.36.num.8.& conſ.42.num.13.Gozzad.conſ.11. num.14.Loffred.conſ.35.col.1.Gig.de penſ.q.47.cõ
* munis*opinio,vt late per Gabriell.d.concl.de procu. num.9.Menoch.d.præſumpt.33.num.3.Maſcard.cõ clu.1004.de prob.& tamen renunciatio non ſolet ſine mandato fieri,neque admitti.

Ex quibus ſatis reſponſum eſt argumento in'contrarium adducto.

Et hæc concluſio eo magis procedit, ſi reſignatarius cepit poſſeſſionem,& percepit illo anno fructus, quia tunc abſque dubio præſumitur mandatum,cum
13 interuenerit ſcientia,†& patientia principalis,Innoc. in c.ex parte Decani,de re iud.Abb.conſ.7.in ſecundo dub.lib.2.Calder.conſ.4.de procur.Fel.in ca. cum olim col.2.de off.deleg.Ruin.conſ.101.num.12.lib. 2.& conſ.80.col.2.lib.4.Gozzad.conſ.94.nu.48.Afflict.deciſ.308.num.8.Ceteros huius ſententię refert
* Menoch.d.præſumpt.33.num.7.& eſt* communis ſententia, qui principalis ſi non dediſſet mandatum ad renunciandum,nõ pateretur alium ingredi in poſſeſſionem beneficij,& fructus percipere,arg.l.cumde indebito,ff.de prob.nam alias ipſe egiſſet, & dediſſet
14 de non mandato, † quo caſu admitteretur, iuxta ea, quæ ſcribit Vãt.de nullit.tit.quib.mod. ſent.null.rep. num 92.Maſcard.dict.concluſ.1004.num.44.

Vnde non ab re placuit referre quoddam dubium
* propoſitum in*Rot.tempore Simonett.vt ipſe refert in ſuis recollect.manuſc.deciſ.36 in vna Lugdunen.

Quidam, cum habuiſſet beneficium per reſignationem factam per procuratorẽ N. illud poſſedit decem annos, & poſtea reſignauit idem beneficium in fauorem Petri,contra quem reſignatarium ſecũdum fuit mota lis,& ipſe produxit titulum ſui auctoris, ad
15 uerſarius oppoſuit non conſtare de mandato, cuius vigore fuit facta reſignatio dubitabatur igitur,an præſumeretur?fuit reſolutum per omnes,præſumi mãdatũ.

Primo,quia per tot annos poſſederat, & reſignãs,
15 de cuius mandato non† conſtabat,nunquam contradixerit,(ſed tertius)ideo præſumitur mandatum, iuxta ea,quæ ſcribunt Cald.conſ.4.de procur.Ruin.cõſil.101.num.14.lib.1.Gozzad.conſ.94.Guid. Pap.q. 40.Balb.in tract.præſcrip.in 3.p.q.10 num.30.aut ſal
16 tem ratificatio†mandati l.filius C.de petit.hæred.Angel.& Alex.in l.ſciendum,ff. de verb.obligper quæ hoc vult Soc.Sen.conſ.46.num.3.verſ.præterea, libr. 3.Dec.conſ.297.col.2.Gozzad.conſ.11.col.3.Gabr.
* d.concl.1.de procur.nu.14.& communiter* Docto.

Accedit,quia quamuis plures Doctores tenuerint etiam ex diuturnitate temporis non præſumi mandatum,Bal.in l.2.C.ſi ex fall.inſtrum.& conſ.82. col.2. lib.3.Alex.conſ.1.num.19.lib 4.Cephal.conſ.ciu.26. num.6.Socin.Sen.conſ.254.col.2.lib.2.Curt, Sen.cõſil.45.col.5.Afflict.deciſ.345.& deciſ.368. Card.Pariſ.conſ.47.num.38.vol.1.Cæphal.conſ. 65.num.16. lib.1.Gabriell.conſ.36.num.39.lib.1.& alij plures,tamen contraria opinio,vt præſumatur ex diuturnitate
** 17 † temporis,eſt verior,& ** magis communis, quam tenent Bald.ſibimet contrarius conſ.337.col.vlt. lib. 1.Dec.conſ.199.ad fi.Calcan.conſ.8.col.4. Natt.cõſil.341.num.3.lib.1.Socin.Iun.conſ.139. num.10.& conſ.146.num.10.libr.3. Gozzad.conſ.73. Bertand. conſ.56.col.3.lib.3.Rota deciſ.3.de procur.Boer.deciſ.228.Cacherin.deciſ.Pedemont.28.nu.22.& hanc
* dicunt*communem Zuccard.& Bologñett.in l.1.C. qui admitt.& hanc eſſe magis æquam atteſtatur Maſcard.de probat.concl. 1004.num.44. verſ.priori &
* ſub num.41.dicit ſecundum eam iudicaſſe, * Rot.in vna Lunen.Sarzanen.bonorum marinellæ,30. Ianuarij 1576.coram Graſſ.

Eoque magis,quando alius,quam principalis,opponit,Io.And.Alex.& Vant.quos refert, & ſequitur Maſcard.dict.concluſ.1004.num.44.idque etiam eo maxime procedit,quãdo cum temporis diuturnitate
18 concurrit aliqua†coniectura, nam tunc præſumitur mandatum abſque dubio,Curt.Sen.conſ. 77. colum. penul.verſ.tertia concluſio.Dec.conſ.36. nu.8. verſ. 2.reſpondetur,& conſ.42.num.13.Ruin.conſil.107. num.6.lib.4.Gozzad.conſ.11.num.3.Brun. conſ.95. num.4.Bertrand.conſ.56.num.3. Loffred. conſ. 20.
* num.8.Soc.Iun.conſ.56.col.2.lib.1.omnes, * vt per Menoch.dic.lib.2.de præſump.concluſ.33.num.27. & 28.quæ abſque dubio adeſt in caſu noſtro,vel enũ
19 ciatur apud aliquem notarium,†Crauett.de antiq.tẽpo.ſecunda part.princ.num.62. quod etiam adeſt in caſu noſtro,aut ſuper eo fuit lata ſententia, quæ tran
* ſiuit in rem iudicatum cõmunis*opinio, teſte Simonett.deciſ.35.
20 Hinc commiſſio†data nuncio,vt citet,præſumitur ex temporis diuturnitate,Ruin.conſ.66.num.3.lib.5. Gabriell.dict.concl.1.num.28.
21 Hinc præſumitur† mandatum delegationis ex tẽporis diuturnitate,Fel.in c.ſicut, de re iud.. Gabriell. de ſent.concluſ.4.num.34.
22 Hinc mandatum†Vicarij præſumitur,Cagno.in l. velle non creditur,num.14.ff.de reg.iur.Rot. ut per Menoch.d.lib.2.præſump.33.num.20.Maſcard.dic. concluſ.1004.nu.46.Gabriell.loc.cit.ex quibus plures illationes poſſent colligi.

SVMMARIVM.

1 *Mandata duo,eodem tempore,die,menſe, & anno data,ſi diſcrepant,ſunt nullius momenti.*
2 *Incertitudo vitiat.*
3 *Sententiæ,& reſcripta diuerſa ſunt nulla.*
4 *Reſignatio ex mandato inualido nulla.*
5 *Duo mandata diuerſa data eadem die ſapiunt ſimoniam.*
6 *In duobus inſtrumentis contrarijs, confectis eadẽ die ſtatur producto per reum.*
7 *Poſſunt fieri plura mãdata,facta reuocatione primi.*
8 *Procurator conſtituitur etiam a reſignatario ad conſentiendum penſioni,& reſeruationi fructuum.*
9 *Procurator conſtitutus ad conſentiẽdum penſioni in euentum ceſſionis poteſt conſentire etiam ante,ſub conditione tamen.*
10 *Procurator ad conſentiendum penſioni, non poteſt conſentire tranſlationi ciuſdem.*
11 *Procurator poteſt conſtitui ad conſentiendum penſioni ſuper beneficio,quod ſperat.*

QVAE-

QVAESTIO XXIII.

Igeſimo tertio,quæro,ſi eiſdem anno,menſe,die,& loco,& teſtibus ac Notario,reperiantur data duo mandata, quorum vnum ſit ad reſignandum ſimpliciter,alterum in fauorẽ, aut ad permutandum,quod cenſea tur validũ?Vera,& recepta ſen
1 tentia eſt,vtrumque mandatum eſſe inualidum†& nul
* lius momenti,ita fuit reſolutum in Rot.in vna Mon tis Regalis Archipresbyteratus,coram Marſican.13. & 27.Ianuarij 1539.teſte Moedan.deciſ. 57. Duo erant,ſub tit.de fid.inſtrum.teſte etiam Sarn.deciſ.79. lib.1.Idemque fuiſſe deciſum atteſtatur Put.dec.525. li.2.Io.Selu.tract.de benef.p.2.q.15.num.15.

Et ratio eſt,quia,cum ſint mandata in qualitate di-
2 uerſa,propter incertitudinem† vtrumque erit inualidum,l.duo ſunt Titij,ff.de teſtam.tut.Bal.in l. de reb. C.de donat.ant.nupt.& in l.1.col.penul.C.quand.pro uoc.non eſt neceſſ.Abb.in c.in noſtra,col.2.de reſcr.
3 pro ut in duobus†dicillis,in duabus ſententijs, in duobus reſcriptis,diuerſis,& cõtrarijs tradit late Ias. in l.vlt.nu.31.&32.& 33.34.& 35.C.de edict.diu. Adr. toll.

4 Ex quo infertur,quod † reſignatio facta vigore v-
* nius ex dicti mandatis eſt inualida & nulla, vt fuit*reſolutum in Rot.vt per Moedan.dict.deciſ.57.in principio,quia vtrumque nullum,quamuis duo Auditores dixiſſent minus nocium eſſe validum.

5 Immo dicta mandata†ſapiũt ſimoniam,vt tradit Putens dict.deciſ.525.lib.2.

Et hoc eſt admodum notandum,quia alias fuit re-
* ſolutum*in Rot.in vna Larin.penſionis, coram Decano.9.19.& 23.Decembris 1552. quod in duobus
6 inſtrumentis contrarijs†confectis eadem die ſtatur inſtrumento per reum producto,teſte Caputaq.deciſ. 107.p.2.

Limita,niſi vnum mandatum eſſet confectum ho
7 die,aliud cras,nam hoc caſu vltimum præualeret, ſi fuit intimata†reuocatio,& non ſunt reſpectiua,vt ex eis colligatur ſimonia,vt fuit*reſolutum in Rot. in vna Pampilonen.Prioratus coram Guid.Bo.20.Iunij.1552.teſte Caputaq.deciſ.197.p.2.nam ibi hodie fuit datum mandatum ad cedendum libere in manibus Papæ,& aliud mandatum fuit confectum per diẽ poſt,ad retrocedendum,& conſuluit Corn.conſ. vlt. num.14.& ſequent.verſ.nec vbi late lib.1.

Et hic non eſt omittendum,quod conſtituitur p
8 curator non ſolum a reſignante,ſed etiam a reſignatario†ad effectum conſentiendi penſioni, reſeruationi oſium.vel medietatis fructuũ p reſignãte aut alio, vt per Put.dec.524. li.2.Caputaq. dec.187.li.2.Car.S. Cruc.dec.118.Card.Pale.dec.204.alias 317.Creſcen. dec.105.in recoll. manuſ. Et iſte p curator cõſtitutus a reſignatario ad cõſentiẽdũ pẽſioni in euentũ ceſſionis,poteſt conſentire†non ſolum poſt ceſſionem, ſed
9 etiam ante verum conditionaliter, dummodo N. cedat,vt per Creſcent.d.dec.105.li.1. & iſte procurator non poteſt conſentire tranſlationi penſionis,etiam ſi
10 adſit in mandato clauſula generalis,†cum expreſſione
* &c.vt fuit*reſolutum in vna Compoſtellan.parochialis,coram Aug.28.Ianuarij 1547.teſte Put.deciſ.524. libro 2.Cardinal.S.Cruc.deciſ.118.Burſat.conſ.395. nu.7.cum ſeq.volum.4.Limita in caſu,Caputaq.deci.
* 187.li.2.vbi refert caſum deciſum* in vna Toletan. penſionis 22.Iunij 1552.Et ſcias,quod poteſt conſtitui procurator ad conſentiendum penſioni ſuper be
11 neficio,quod quis non habet,†ſed ſperat, vt cõſuluit egregie Card.Paril.cõl.43 vol.4.quia ſeruitus poteſt imponi futuro ædificio l.ſi ſeruitus futuro,ff.de ſeru. vrba.pred.l.Labeo ff.de ſeruit.ruſti.prædi. Alia vide in d.Conſilio.

SVMMARIVM.

1 *Mandatum datum ad reſignandum expirat morte mãdantis.*
2 *Mors omnia ſoluit.*
3 *Mandatum expirat morte principalis,etiam ſi procurator ignoret mortem.*
4 *Mors non præſumitur.*
5 *Mors probatur fama.*
6 *Mors probatur ex veſte lugubri conſanguineorum.*
7 *Mors probatur ex teſtibus.*
8 *Mors probatur iuramento.*
9 *Procurator poſt mortem reſignantis non poteſt cõſentire reſignationi.*
10 *Iudex finita iuriſdictione, nihil poteſt facere.*
11 *Defectus Iuriſdictionis eſt inſanabilis.*
12 *Beneficium vacat per mortem reſignantis.*
13 *Beneficium,quod vacat vno modo,non poteſt vacare alio.*
14 *Procurator, qui porrexit ſupplicationem in vita reſignantis,poteſt poſt mortem præſtare conſenſum.*
15 *Verba Extrauag.Alex.VI.& Leonis X. circa dationem conſenſus faciendam per procuratorem poſt mortem reſignantis.*
16 *Procurator poſt mortem domini poteſt perficere per eum cœpta.*
17 *Procurator poteſt regiſtrari facere teſtamentum poſt mortem conſtituentis.*
18 *Reſignatario ius acquiritur per ſupplicationem ſignatam.*
19 *Declaratio nihil addens de nouo poteſt fieri quandocumque.*
20 *Conſenſus in reſignatione requiritur pro expeditione litterarum.*
21 *Conſenſus retrotrahitur ad diem datæ.*
22 *Procurator,qui in vita reſignantis porrexit ſupplicationem, poteſt cogi ad præſtandum conſenſum pro expeditione litterarum.*
23 *Procurator poſt mortem domini non poteſt nouæ inchoare.*
24 *Mortuo reſignante nõ reuocato mandato,procurator, qui porrexit ſupplicationem in vita,poteſt præſtare conſenſum etiam,ſi reſignans mutauerit voluntatem.*
25 *Reuocatio debet expreſſe fieri.*
26 *Procuratoris reuocatio debet intimari.*
27 *Alexandrina non habet locum in Procuratore dato ad transferendam penſionem.*
28 *Procurator non poteſt præſtare conſenſum poſt mortem reſignantis,ſi reſignans porrexit ſupplicationem.*
29 *Supplicationis porrectio facta per procuratorem in vita reſignantis debet plene & ſufficienter probari.*
30 *Supplicatio ſignata præſumitur ad inſtãtiam illius,cuius fauorem concernit.*
31 *Actus præſumitur factus adinſtantiam illius,in cuius vtilitatem vertitur.*
32 *Reſignatarius debet probare ſupplicationẽ fuiſſe per procu-*

procuratorem porrectam in vita resignantis.
33 *Supplicationis porrectio probatur per testes, & registratorem.*
34 *Sollicitatoris dictum probat porrectionem supplicationis.*
35 *Mandatum præsumitur, vbi sit impensa quamuis parua.*
36 *Supplicationis porrectio an probetur per duos testes, vel per vnum idoneum.*
37 *Procurator, qui porrexit supplicationem vigore litterarum, non potest post mortem præstare consensum.*
38 *Notarij Cameræ & Cancellariæ non extendunt consensus vigore literarum.*
39 *Procurator mortuo resignante, non, potest præstare consensum post obitum.*
40 *Mandatum procuratoris ad resignandum elapso anno non valet.*
41 *Alexandrina circa dationem consensus procuratoris mortuo resignate an habeat locum in resignatione conditionali.*
42 *Retroactio non fit ob inhabilitatem extremorum.*
43 *Procurator si honeste vsus mandato in vita, non potest præstare consensum post mortem resignantis.*

QVAESTIO .XXIV.

1 QVARRO, an cesset † mandatum datum ad resignandum beneficium, morte ipsius mandantis. Communis opinio est affirmatiua, Glo. in clem. 1. vers. quomodo libet de renun. vbi Card. Zabar. & communiter DD. & tradunt Crescent. decis. 169. mandatum lib. 1. Thom. de Tan. decis. 106. in manuscri. Barb. cons. 49. col. 2. vers. 2. hoc decidit, lib. 4. & est* communis opinio omn. DD.

Idque probatur auctoritate, & ratione, Auctoritate tex. cle. vlti. de procur. ibi. *procuratorem a prælato, rectore, vel alio quolibet pro Ecclesia sua, vel beneficio constitutum, per mortem constituentis, reuocari, censemus, &c.* Et ibi Archid. Gemin. Anch. Franc. & alii cõiter hoc annotãt. Ratione, quia mors † omnia soluit. §. deinceps, auth. de nupt. l. in summa, in fin. de re. iud. l. Neratius ff. de reg. iuris, Paris. cons. 155, num. 5. vol. 4. idque in omni materia procedere, tradunt Moder. Florentin. in tract. mors omnia soluit &c.

3 Ampliatur, procedere etiam † procuratore ignorante ipsam mortem, vt tradit Zeqzelin. d. clem. 1. quem refert, & sequitur Barba. cons. 49. col. 2. lib. 4. arg. l. eius q in prouinciam. ff. si certum pet. Probari tamen debet
4 mors, cum † non præsumatur, Alex. cons. 23. in prin. li. 4. Anchar. cons. 401. Card. Paris. cons. 36. nu. 41. lib. 2. Soc. sen. cons. 26. nu. 12. vol. 2. Natt. cons. 59. n. 6. Boer. decis. 288. n. 2. & communiter* DD. vt per Mascard. de prob. concl. 1066. idque potest fieri, vel per vocem
5 publicam, † & famam, vt tradit Bal. cons. 407. col. 3. lib. 1. Corneus cons. 104. col. 2. in fi. li. 3. Crauett. cõs. 127.
6 n. 17. & cõmuniter* DD. vt per Masca. conclu. 1070. num. 1. vel ex* veste lugubri consanguineorum Bar. in l. 2. §. sed si dubitetur, num. 2. ff. quẽad. test. ape. Alex. cons. 27. col. 2. lib. 7. Menoch. de adipisc. poss. remed. 4. nu. 674.

7 Vel ex duobus testibus dicentibus † illum vidisse mori, vel tumulo mandari, Aufrer. in addit. ad decis. Tolos. decis. 312. Alber. de Rosa. in l. conditionem
8 nu. 1. ff. de cond. & demonstr. Crau. cons. 127. in fin. † vel iuramento vt per Deci. in l. vlt. num. 28. fin. Cin. de edict. diu. Adri. toll. vbi Zuccard. num. 256. & communiter DD. cum alijs, vt per Mascard. dict. tract. de probar. conclus. 1072. vbi agitur de leuissimo præiudicio Lanfrancus in c. quoniam contra ti. de testib. no. 189. de probation. Aufrerius ad decis. 312. Capp. Tholos. Iacob. Menochius de adipiscenda possess. rem. 4. nu. 671. eoque magis si ille erat senex Alex. cons. 4. col. 5. ver. fortius li. 2. Cefalus cons. 65. n. 44. vol. 1. Bar. tract. de test. nume. 39. Campegius in eodem tractatu reg. 350. num. 352.

Ex quo infertur, quod mortuo resignante procurator non potest porrigere supplicationem, & postea
9 † præstare consensum in fauorem resignatarij, vt est communis opinio omn. DD. in praxi recepta, ac canonizata.* sæpius in Rota. vt infra dicetur, & tradit.
* Boer. decis. 348. num. 2. & ita* iudicauit Tholosan. senat. die 23. Aug. 1519. Put. decis. 92. nu. 6. lib. 2.

Et ratio est, quia, cum expiret mandatum per mor
10 tem, nihil deinde poterit facere, sicuti Iudex, † finita
* iurisdictione, iuxta* communem sententiam, de qua per Sebast. Vant. in tract. nullit. in tit. de nullit. ex defe
11 ctu iurisd. in princ. vbi num. 6. post Staffil. & Sarnen. dicit* hunc defectum esse insanabilem.
12 Accedit quia cum beneficium vacet per mortem resignantis, Crescen. decis. 37. lib. 1. in manuscri. & sæ
13 pius* fuit resolutum in Rota non poterit vacare per renunciationem procuratoris, cap. susceptum de re-
* scri. in 6. vbi communiter DD. Bur. cõs. 43. Anchar. in clem. vnica. nu. 2. de suppl. præl. neglig.

Limita, hanc conclusionem non procedere, quo-
14 ties procurator constitutus ad resignandum beneficium porrexit supplicationem, quæ fuit signata, & data viuo resignante, namque si postea moriatur resignãs, & sic ante præstitum consensum formalem, poterit procurator illum præstare post mortem ipsius,
* constituentis, vt fuit resolutum* in Rot. corã D. Martino de Spinosa. i vna Senen. Parochialis de anno 1513. teste Cassad. decis. 1. de renun. & in alia* Barchinonen seu Tirasonen. beneficij die 23. Ianuarij. 1545. coram Aquen. teste Put. decis. 216. lib. 2. in alia Senogallien.* de villa die 27. Maij & 27. Iunij corã D. Vestano. de anno. 1552. teste Caput decis. 395. lib. 2. & in* alia Genuẽ. † prioratus de villa noua. 25. Iunij 1551. coram Caput. teste Guidob. decis. 92. in manuscri. & in alia † Placentin. Archidiaconatus, teste Crescentio decis. 210. lib. 1. in manuscri. & alias sæpe per Rotam fuit decisum, vt per Crescen. decis. 374 & 405. & 229. Per Pelegr. decis. 27. per Grass. decis. 469. in manuscri. vt etiam attestatur Bursat. cons. 395. nu. 6. lib. 4. Put. decis. 83. Sarnen. de infirm. resig. q. 31. col. 2. Gamb. decis. 19. in manuscr. Boer. decis. 348. vbi attestatur ita fuisse decisum per* Curiam Parisien. die 21. Iulii. 1490. & per Curiam
* Burdegalen. die 3. Sept. 1526.

Et hæc est communis* & recepta DD. sententia, quam approbauit Leo X. in signatura de anno. 1520. vt tradit Cassad. dicta dec. 1. in finali. verbis de renun. vbi etiam dicit ad hoc esse extrauagan. Alexandri VI. & ita esse tenendum affirmat Anchar. cons. 293. Fel. in c. cum olim, de re iudi. & esse in usu tradit Sarn. de infir. resig. q. 31. col. 2. adest etiam extrauagans Leo. X. quarum constitutionum verba sunt penes Boer. d. decis. 348. col. an. pen. & pro maiori commoditate curia lium placuit hic ponere, cum difficiliter reperiantur.

Alexander &c. ad futuram rei memoriam. Ad Romani Pontificis prouidentiam circũspectam spectat, dubia, quæ occasione gratiarum per Sedem Apostolicam

cam concessarum pro tempore oriuntur, per suæ declarationis mysterium taliter plana facere, vt, sublatis obstaculis vniuersis, & semotis quibuscunq; ambigui tatibus, gratiæ prædictæ suum debitum consequantur effectum. Dudum siquidem prioratu Magenuall. ordinis Sancti Benedicti Claromontens. diœcesi. per liberam resignationem quondam Oliuerij de Cobriolles tunc ipsius prioratus prioris, de illo, quem tũc obtinebat per dilectum filium Armandum Vayni clericum dictæ diœcesis procuratorem suum ad id ab eo specialiter constitutum, in manibus Felicis recordationis Innocẽtij Papæ VIII. prædecessoris nostri ipõ te factãm, & per eundem Innocen. prædecessorem admissam apud Sedem prædictam vac. Idem Innoc. prædecessor prioratum prædictum, qui conuentualis existit, vt præfertur, vacan. & antea dispositioni Apostolicæ reseruatum, dilecto filio Ludouico Donereis clerico dictæ diœcesi. per eum vsque ad quinquenniũ, post quam illius possessionem pacificam foret assecutus, tenendum, regendum, & gubernandum Apostolica auctoritate commendauit. Et deinde postquàm in monachum monasterij sancti Ermouari ordinis Carnoten. diœcesi. à quo dictus prioratus dependet, receptus fuisset, & habitum iuxta ipsius monasterij consuetudinem suscepisset, & professionem per monachos emitti solitam expresse emisisset regularem, sibi ex tunc cõtulit, & de illo sibi prouisum fore decreuit, præfato Ludouico concedens. Et si dictus Oliuerius tempore resignationis huiusmodi in aliqua infirmitate constitutus foret, ex qua ipsum. 20. dies post eandem resignationem decederet contingeret, nihilominus commenda, ac collatio, & prouisio prædictæ, validæ, & efficaces existerent in omnibus & per omnia, perinde, ac si dictus Oliuerius post huiusmodi resignationem viueret, & prædictos 20. dies superuixisset, dictusque prioratus non per obitum, sed per resignationem huiusmodi vacasse censeretur, prout in literis ipsius Innocẽtij prædecessoris plenius continetur. Cùm autem, sicut accepimus, ex eo, quòd dictus Oliuerius ante tempus præfati per præfatum Armandum procuratorem suum in Cancellaria Apostolica in literarum expeditione consensus, fuerit vita functus, licet post datam dictarum literarum, & admissam per dictum Innocẽ. prædecessorem resignationem huiusmodi, virtute supplicationis dicto Innocentio prædecessori porrectæ, in qua dictum prioratum tunc resignauit, ipse Oliuerius, adhuc in humanis agens, à nonnullis nimium curiosis, & iuris ignaris, asseritur resignationem huiusmodi post dicti Oliuerij obitum, & non die datæ dictarum literarum factã & admissam censeri debere. Ex propterea huiusmodi ecclesiam non per resignationem, sed per obitum vacare. Nos, ad huiusmodi ambiguitatis tollẽdum dubium debite prouidere volentes, motu proprio, de nostra mera deliberatione, & ex certa scientia, auctoritate præfata, tenore præsentium declaramus resignationem prædictam de die datæ literarum huiusmodi factam & admissam fuisse, ac dictam parochialem ecclesiã tunc ipsam p resignationem vacasse ac in præmissis datam literarum, & non præstiti consensus includi debere, & propterea commendam, & prouisionem prædictas, validas, & efficaces fuisse, & esse, sicque per quoscunque iudices & commissarios, & auditores tam in curia Romana, quam extra illam, in quacunque instantia, sententiari, diffiniri, & iudicari debere, non obstantibus præmissis, ac constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, cæterisque contrarijs quibuscũque. Nulli ergo hanc paginam nostræ declarationis infringere liceat &c. Datũ Romę, Anno domini M. D. VIII. Sexto Calend. Maij. Pontificatus nostri Anno sexto.

Et hæc

Et hęc conclusio communis quę elicitur ex dictis constitutionibus,probatur in l.nam & Seruius,§.si vi uo Titio,ff.de neg.ge.vbi dicitur,qđ ,pcurator post mortem domini potest consumare per eum cœpta,
16 ‡non autē noua inchoare.Et ibi Bal.Alber. de Rosat. & alij DD.communiter*idque videtur ex mente con stituentis,l.si vero non remunerandi.§.vlt.& quod ibi not.Alberi.Bald.ff.mand.Calde.in capitu.quisquis,de elect.& ideo dicit Alber.loco cit.quod si statuto cauetur,quod testamentum non valeat,nisi sit registratum in libro communi,si aliquis fecerit testamentum, &
17 constituit‡procuratorem ad illud registrandum ,iste procurator potest post mortem cōstituentis registra
* re facere,& ita refert fuisse determinatum,* quia mā datum videtur collatum post mortem. Ita in casu no stro,eoq.magis cum resignatario per supplicationem
18 signatam videatur ius‡acquisitum,Cald.in cap.in nostra,de rescri. Abb.in c.nosti de elect.Barb.in c.cū ve nissent in 2.not.de restitut.spol.vnde datio consensus erit exequutio ad actum perfectum,& tamen ‡declaratio nihil addens de nouo‡potest fieri quandocun
19 que,l.hæredes palam.§.si quid,ff.de testam.c.pastoralis,§.vlt.de testamen.& per consequens, quo ad hoc non expirauit mandatum,Cassad.d.decisio.1.num.4. de renun.& quia data consensus postea prætiti non
20 attenditur,namque secundum regulas‡ Cancellariæ, requiritur consensus pro expeditione literarum, Crescent.decis.centesima decima libro. 1. Boer. dict.de
21 cis.348.col.2.& consensus‡cum retrotrahatur ad diē datę,ideo potest præstari per procuratorem post mortem resignantis Crescentius decis.36.libro. primo in manuscrip.

Amplia primo,vt talis procurator possit cogi ad
22 ad præstandum dictum cōsensum in Camera, ‡ vel in Cancellaria pro expeditione litterarum, licet sit mortuus principalis,ita Cassad.d.decis.1.nu.4.de renunci. Boer.d.decis.348.num.7.Caput.decisio.396.p.2.Crescen.decis.210.in manuscri.Put.decisi.19. de renun.in manuscr.quod probatur in l.nam & Seruius,§.si viuo Titio,ff.de neg.gest.vbi procurator potest cogi ad cō sumandum per eum gesta in vita domini,non autem
23 ‡noua incohoare,multo ergo magis facta cōseruare, & pro illorum expeditione & exequutione, quicquid expediat facere.

Amplia secundo,procedere,etiam si probaret,cōstituentem ante eius mortem mutasse uoluntatem,nā
34 si illa voluntas reuocata,non fuit intimata,iuxta‡clemen.primam,de renunc. potest procurator eo mor-
* tuo præstare cōsensum formalem;ita fuit* tentum in causa Senogalien.de villa Castiro,27.Maij,& 27.Iunij 1552.coram D.Vestano,teste Caput.decis.396.p. 2.Pelegr.decis.17.manusc.

Et ratio est,quia non quęlibet voluntas reuocato-
25 ria est valida,sed debet esse‡expressa,Ale.in l.si fundū, C.de leg.Ias.in l.re coniuncti,col.5.2.opp.ff.de l.3.&
26 in casu nostro debet esse‡intimata,d.cle.vni.de reuoc.
* vbi*comm.DD.Barb.cons.49.li.4.Fel.in cap.ex parte
* decani.num.15.de rescript. & fuit sæpius *resolutum per Rotam.

Nec obstat Cassad.d.decisio.1.num. 2.de renunc. quia Cassadorus est intelligendus de reuocatione valida cum intimatione,nec obstat decisio.Put.267.libr. 2.facta in causa Abulen.24.Aprilis 1545.quia respō-
27 detur,illam decisionem loqui de‡translatione pensionis,vt declarat ipse Put.decis.92.eod.lib. 2.& in causa
* coram*Aquen.die 1.Februarij 1544. fuit resolutum, quod,siquis constituit procuratorem ad transferendam pensionem in fauorem N. & postea in articulo mortis illam transferat,quamuis nulliter , procurator
* censetur reuocatus,idem fuit confirmatum 24.*Aprilis 1545.in eadē causa Abulen. & sic Alexandrinam non habere locum hoc casu.

Sublimita,primo,hanc limitationem non procedere,quotidie principalis porrexit supplicationē, & post ea constituit procuratorem ad consentiendum resi
28 gnationi.nam si moriatur principalis,iste‡procurator post eius mortem non potest præstare cōsensum , qa respectu ipsius procuratoris,res est integra,cum nihil fecerint,& per consequens expirat mandatum morte mandantis,Put.decis.92.num.3.lib.2. & cessat ratio, de qua in conclusione , & per consequens dispositio
* debet cessare,arg.c.cum cessante de app.ita fuit*resolutum in causa Place. Scholasticæ.primo coram Puteo,de inde coram Pelegrino,teste Ant.August.deci. 667.lib.3.& postremo coram Reumano,& hæc con-
* clusio communiter*recipitur,vt Alexandrina non habeat locum,quando procurator nihil fecit in uita,licet alias fuit dubiū,& Rota se diuisit in ,duas partes, cum hic casus fuisset propositus in causa Abulen. coram Vostrio,vt per Put.decis.83.li.2. nam postea fuit
* resolutum per*omnes negatiue,& sic declaro decisio nem Cassad.primam de renun.procedere,cum procu
* rator porrexit supplicationem,pro vt pluries*fuit tētum.Ita etiam fuit resolutum in vna Segobien.beneficij,coram Fabio,& in alia Oueten.coram eodē. teste Achill.decis.322.alias decis.1.de renun.

29 Vnde porrectio supplicationis facta ‡per procuratorem debet plene,& sufficienter probari,ad effectū, vt ipse procurator possit pstare consensum post mortem principalis,ut tradit Guido Bon.decis.92. manu scri.in vna*Genuen.Prioratus 25.Iunij 1551. coram Caput.

Et ratio potest esse,quia supplicationis signatio in dubio impetrata præsumitur ad instantiam illius , cui-
30 us‡fauorem concernit Oldrad.cons.136.col.2. num. 5.Specul.in tit.de app.§.nunc breuiter,vers.quod si ap
* pareat,& pluries fuit*per Rot.resolutum,teste Sarn. reg.de imp.benef.viuen.q.5.& reg.de trienn.q.38.nu. 2.& regulare est,vt actus præsumatur factus ad instan
31 tiam ‡illius,ad cuius fauorem,& vtilitatem vertitur,ca. constitutus,vbi Abb.de testib.Bart.in l.de pupillo.§. si quis ipsi prętori,num.19.ff.de ope.nou.nunc.idem Bartol.in lege prima.vbi Bald.in fin.princip.ff.de hæred.institut.Menoch.in tractatu.præsumpt.lib.secundo.præsumpt.23.nume.7.Mascard.de probat.conclu.
* 1303.numero 15. &* communi. DD. vnde asserenti procuratorem id fecisse in vita incumbit onus probandi iuxta*communes regulas.Nam hoc onus probandi supplicationem fuisse porrectam per procura
32 torem in vita spectat ‡ad resignatarium, quia illud est fundamentum suæ intentionis,l.ab ea parte,ff.de ,pb.
* & ita*resolutum in vna Corduben.portionis,coram Rubeo,die 14.Ianuarij.1557.vt habetur in l. diuersorum decis.216.in manuscr.

33 Et quidem ‡porrectio supplicationis probatur per testes & registratorem,qui deponant recognoscere signum,& manum porrigentis, a tergo supplicationis ponitam,& ita fuit*resolutum in Rot.in vna Toletan. pensionis,coram Achille de Grass.28.Nouemb.1552 teste Caput.decis.206.lib.2.in manuscr.

Si vero manus apposita a tergo supplicationis non est procuratoris,sed sollicitatotis alicuius,vt fit de stylo,*ad effectum illas cognoscendi,& distribuendi, postquam sunt registratæ,tunc poterit probari per dictum

ctum illius solicitatoris,qui disponat de mandato ,procuratoris porrexisse supplicationem illam,quod man datum satis præsumitur,quia nō est verisimile,solicitatores absque mandato illas porrigere,propter impensam(quamuis paruam)& laborem,Bart. & Alex. in l. eam seruus,ff.de verb.oblig.Bald.in l.id quod pauperibus in fin.C.de Episcopis,& cler.Cassad.decis 3.n. 4. de procur.Dec.cons.36.num.8.& cons.42. num. 13. Curt.Sen.cons.77.col.4.Gozzad.cons.11.nu.14.Lofered.cons.35.col.1.

Si vero non adest signum aut manus a tergo suppli
36 cationis,tunc probatur‡porrectio supplicationis per duos testes,vel per vnum idoneum aliis concurrentibus,vt fuit resolutum*in vna ‡Astoricen. parochialis, die 12.Martij 1567.teste Oradino decis.108.lib.2.in manuscr.

Sublimita,secundo,non procedere, quoties procurator porrexit supplicationem vigore litterarum,
37 nam‡mortuo principali non potest præstare consensum,vt fuit resolutum in vna Oueten.Archidiaconatus de Liuero,die 11.Feb.1545.coram Put.teste eod. decis.360.lib.2.Achill. de Grass.decis.322.alias prima de renun.& hæc conclusio nullum habet dubium, qa
38 si viuente resignante Notarij‡Cameræ,& Cancellarię nō extendunt consensum vigore literarum ,vt est notori',&*vulgaris stylus,ergo tāto fortius eo mortuo.

Sublimita,tertio, vt non possit procurator præsta-
39 re dictum consensum post annum obitus,‡vt tradit. Sarnen.de infirm.resig.q.31.col.2.iuxta bullam Alex. VI.&‡ita communiter*practicatur.
* Simile est,quod fuit iudicatum *Tholosę. vt manda-
40 tum procuratoris ad resignandum elapso anno non‡ valeat,teste Pap. primo Arresto.1.lib.2.titul.8.de qua re supra dixi.

Sublimita,quarto,,pcedere‡ubi procurator est sim
41 pliciter datus ad renunciandum,ita Put.d. decis. 360. num.11.lib.2.qui dicit ita intelligi decis.1.Cassado.de renunc.Sed cōtraria opinio est verior, vt habeat locū etiam in resignatione conditionali huiusmodi cōclu
* sio,& ita fuit*resolutum in Rota in vna Placent.Archid.teste Crescent.decis.210.lib.1. in manuscr. nam ibi quidam constituit procuratoremad resignandū, reseruatis sibi fructibus, & regressu,procurator porrexit supplicationem,fuit signata, moritur principalis, fuit dubitatum,an possit procurator extendere cōsensum,quidam dicebant,quod non.quia resignatio erat conditionalis,ergo, cum in vita consensus super tali reseruatione præstitus non fuisset,amplius non potuit præstari,& consensus postea præstandus nō potest retrotrahi ad diem datæ, propter inhabilitatem‡extre
42 morum vulg.l.bonorum.ff.rem ratā habi.contrarium tamen fuit decisum,quia eadem est ratio,nam ex quo procuratores vtriusque,scilicet resignatarij, porrexerint supplicationem,& illam expediri fecerint,tunc videtur resignatio facta,condicio reseruationi fructuū & regressus adimpleta,c.quidam, cum ibi not.de renunc.vnde data consensus postea prætiti non attenditur,quia secundum regulas Cancellariæ cōsensus necessarius est pro expeditione litterarum.

Non obstat Put.loco cit.quia loquitur. quando mā datum est conditionale qualificatum ad porrigendū, & quod vigore alterius mandati præstetur consensus, vt ipse dicit d.decis.360.in finalibus verbis lib.2.

Sublimita,quinto non procedere , quoties legiti-
43 mus procurator non est vsus mandato‡in vita,nā tunc non potest.præstare consensum post obitum,Anton. Aug.decis.694.lib.3.dicit ita*.fuisse decisum coram Pelegrino in vna Palentin. & plene dictum est supra num.28.

SVMMARIVM.

1 *Procurator datus ad resignandum potest reuocari.*
2 *Renuncians potest pœnitere tam si renunciet per se quam per procuratorem.*
3 *Procurator datus ad resignandum reuocatur constituendo alium.*
4 *Procurator datus ad resignandum non potest reuocari post præsentium consensum in Camera,vel Cancellaria.*
5 *Datio consensus perficit resignationem.*
6 *Resignans post resignationem non potest se intromittere in beneficio resignato.*
7 *Resignans,quo ad beneficium resignatum habetur pro mortuo.*
8 *Supplicationis porrectio facta per procuratorem non perficit resignationem.*
9 *Resignans post signatam supplicationem a Papa, potest alteri resignare.*
10 *Procurator,qui porrexit supplicationem,non potest dare consensum,si fuit reuocatus.*
11 *Datarius non facit gratias,sed Papa.*
12 *Reuocatio procuratoris dati ad resignandum debet intimari.*
13 *Reuocatio procuratoris ad litem debet intimari.*
14 *Mandatum ad committendum delictum reuocatur p notificationem faciendam mandatario.*
15 *Reuocatio non præsumitur,& num.31.*
16 *Mutatio voluntatis non præsumitur.*
17 *Resignatio facta per procuratorem reuocatum ante notificationem reuocationis est valida.*
18 *Illusio,& variatio in personis ecclesiasticis dānatur.*
19 *Papæ gesta debent esse firma.*
20 *Cœlestinus V.pluribus unam rem concedebat.*
21 *Cardinales debent esse stabiles.*
22 *Episcoporum actus debent esse stabiles.*
23 *Valent gesta Legati a latere reuocati ante notitiam reuocationis.*
24 *Collatio facta per Vicarium Episcopi valet ante scientiam reuocationis iam factæ.*
25 *Sententia lata a iudicibus reuocatis valet ante scientiam reuocationis.*
26 *Nuncij gesta ante scientiam reuocationis sunt firma.*
27 *Procurator datus ad permutandum beneficium potest permutare ante notitiam reuocationis.*
28 *Resignatio facta per procuratorem statim reuocatum valet,si ignorabat illam reuocationem.*
29 *Procurator reuocatus debet intimare.*
30 *Resignatio procuratoris reuocati valet,si non fuit intimatus.*
32 *Dicens procuratorem esse reuocatum debet hoc probare.*
33 *Testatoris voluntas non censetur reuocata,nisi expresse appareat.*
34 *Sufficit reuocare procuratorem absque intimatione, quoties fuit constitutus per metum.*
35 *Gesta causa metus sunt nulla.*
36 *Fundamento sublato,omnia corruunt.*
37 *Metus debet esse iustus.*
38 *Iustus metus qui dicatur,remittitur arbitrio iudicis.*
39 *Resignatio facta per procuratorem reuocatum,non autem intimatum,non valet,quoties intimatio non potuit fieri ob malitiam procuratoris aut superioris.*
40 *Fraus nemini debet prodesse.*

41 *Fraudibus via claudenda & num. 51,*
42 *Procurator censetur revocatus per mortem, absque alia intimatione.*
43 *Quod vacat per mortem, non potest alio modo vacare*
44 *Beneficiatus non potest renunciare in manibus Ordinarij, postquam constituit procuratorem ad renunciandum in manibus Papæ, non facta intimatione*
45 *Illusio quid.*
46 *Ratio posita in præmio dicitur finalis.*
47 *Ratio generalis ampliat dictum particulare.*
48 *Dictio Quomodolibet importat omnem modum.*
49 *Vbi adest eadem ratio, dicitur comprensio.*
50 *Dictio Quomodolibet operatur vltra expresse.*
52 *Prohibitum via directa, prohibetur indirecta.*
53 *Exceptio firmat regulam in casibus non exceptuatis.*
54 *Si Dominus & procurator renuncient eadem die, quæ attendatur.*
55 *Constituens procuratorem ad renunciandum non potest permutare nisi revocauerit illum procuratorē.*

QVAESTIO XXV.

QVAERO an Procurator datus ad resignandum possit revocari. Regula* communis & trita in iure nostro, etiam recepta in praxi, est affirmativa, scilicet procuratorem constitutum ad †renunciandum posse revocari, vt de hac regula attestatur Rebuff. in sua praxi tit. de revo. proc. nu. 1. & in concord. tit. de subl. cle. litt. glo. vlt. Glos. Paul. Gul. de Laud. Zaba. n. 10. Bonifac. de Vital. nu. vigesimo septimo, & comm. * alii de renunciat.

1 Idque probatur clarissime in dict. clem. vni, ibi teneat cessio facta per eum, antequam ad ipsius, vel illius (in cuius manibus cessio erat facienda) notitiam revocati huiusmodi sit deducta, &cæt. ex quibus verbis satis collig. hoc pro absoluto haberi, mandatum posse revocari.

2 Potest enim quis pœnitere non †solum in renunciatione, quam per se fecit, sed etiam in illa, quam per procuratorem facit, vt tradunt Put. decisio. 106. lib. 3. Paleott. decis. 257. Ant. Aug. decis. 350. lib. 3. Sarnen. decisio. 20. lib. 1. Cott. decisio. 16. Moed. decisio. 11. Gabriel. cons. 198. num. 3. lib. 1. Bursat. cons. 394. vol. 4. & est* com. sententia DD. sed etiam in ea, quæ sit p procuratorem, quia viget eadem ratio, immo maior, arg. auth. multo magis, C. de sacrosanct. eccl.

3 Amplia, primo procedere, vt † non solum possit revocari expresse, sed & tacite, scilicet cõstituendo aliũ procuratorem ad renunciandum coram eodem, vel coram diuerso, Cardin. Zabar. in clem. vnic. nume. 14. de renunc. & comm.* DD. idque receptum est etiam *per Rot.

4 Namque revocatio vel fit, quia resignans vult retinere illud beneficium, vel quia vult alteri renunciare per se, vel per alium procuratorem coram Ordin. vel Papa.

5 Declara tamen, dummodo revocatio fiat ante p̃stitum consensum formalem per procuratorem in Camera, vel Cancellaria; nam tunc† perficitur resignatio, Put. decisio. 106. lib. 3. Gabr. cons. 144. lib. 1. num. 4. & est communis* DD. sententia, & per Bursatum cons. 395. vol. 4. & jus abdicatur ab ipso vt amplius

6 non possit se intromittere, inuito resignatario & sine suspicione Felyn. in cap. dilectus, de maior. & obe. Put. decis. 31. nu. 3. lib. 1. Cassad. decis. 21. super reg. Cancellariæ, Rip. lib. 2. Respon. cap. 17. & 18. & habeatur,

7 quoad †illud mortuus, Paris. cons. 93. nu. 26. volu. 4. & hoc expresse scribit Rebuff. tit. de revoca. procur. numero primo.

Ante vero potest revocari, etiam post porrectionem supplicationis, namque die 19. Octobris 1543.
* coram Put. in Ro.* fuit resolutum, porrectionem sup
8 plicationis factam per procuratorem † non perficere
* resignationem, & die 16. Ianuarij 1548. fuit tentum, *posse aliam porrigere, & super illa consensum præstare, etiam post signatam primam supplicationem, post
9 †præstitum paruum cõsensum, post solutam composi
* tionem, vt pluries* in Rota fuit resolutum, vt retuli li.
* 1. qu. 12. & seruatur* com. in praxi, & die 16. Decembris 1560. in vna Gadicen.* Canonicatus fuit coram Oradino dubitatum, si procurator ad resignandũ obtinuit signari supplicationem, ac præstitit paruum cõsensum, ante vero extensionem paruæ datę, & parui consensus resignans reuocauit, & reuocatio fuit intimata in Camera, & Cancellaria, an procurator possit procedere ad extensionem consensus parui, & sic præstare consensum formalem, &, si procedat, an valeat
* resignatio, fuit* resolutum, †non posse, &, si procedat,
10 nulliter præstare; namque Papa admittit quatenus par
11 tes in eadem voluntate persistant, & Papa dat† gratias non Datarius qui concedit paruas Datas, teste Cott. decis. 16.

12 Requiritur tamen, vt †reuocatio procuratoris expressa vel tacita sit intimata, vt aperte dicitur in d. cl. vni. de renunc. in illis verbis, *antequam ad ipsius, vel illius notitiam reuocatio huiusmodi sit deducta*, & ibi
* Gloss. Cardin. Zaba. Bonif. de Vital. & communiter* & hoc volunt Rebuff. in prax. tit. de procur. ad resign. reuoc. num. 2. Idem Rebuff. cons. 90. num. 13. ver. 3. q.
* Ferre. cons. 93. num. 3. & est* comm. opinio. Et ita cõ
* muniter* practicatur, pariter reuocatio procuratoris
* ad litem non valet, nisi fuerit intimata* procuratori, l. si mandasset. ff. mandati c. mandato, de procur. Glo. vlt. in c. nec illud 30. q. 5. glo. 2. in c. tibi domino, dist.
* 63. Put. decis. 303. li. 2. & est communis* opin.

Ita etiam mandatum datum ad committendum
14 delictum reuocatur si fuit facta notificatio† mandata
13 rio, Bar. post Guliel. de Cun. in l. si pecuniam. §. si seruum. ff. de condit. ob ca. Albe. in l. 1. col. pen. ff. de off. procu. Gæsa. Glo. in c. cum quis de sent. excomm. lib. 6. de qua re late Clar. lib. 5. recep. sent. q. 89. Menoch. de Arbi. iud. casu 352. & 353.

15 Fit ratio est, quia reuocatio† non præsumitur. Ale. cons. 169. nu. 5. lib. 5. Hier. Gabriel. cons 105. num. 4. lib. 1. Mascard. de prob. conclus. 1280. nu. 1. nam non
16 præsumitur mutatio† voluntatis, l. sancimus. C. de test. Ale. cons. 81. nu. 4. & cons. 146. num. 19. lib. 5. & cons. 189. ad fin. lib. 7. Corn. cons. 69. num. 5. & 206. nu. 9. & 226. nu. 16. lib. 1. Rom. cons. 295. nu. 8. Paris. consil. 72. col. 1. lib. 4. Socin. iun. cons. 106. num. 38. lib. 1. cũ alijs, vt per Mascard. conclus. 1078.

17 Vnde valida erit renunciatio facta † per procuratorem reuocatum, si ante scientiam reuocationis præstitit consensum formalem vt expresse probatur in dic. clem. vni. de renunc. ibi, *sancimus, vt, si quis ad cedẽdum Pontificali, aut aliæ cuilibet dignitati, vel beneficio, procuratorem sponte ac libere constituerit, & ipsum ignorantem postmodum duxerit quomodolibet reuocandum, teneat cessio facta per eum antequam* ad ipsius, vel illius, (in cuius manibus cessio erat facienda) *notitiam reuocatio huiusmodi sit deducta*. & ibi

ibi Glos. tradit. in ver. teneat Gul. de Laud. Card. Zab.
* Imol. Bonif. de Vital. & communiter* Gem. in c. vlt. §. vlt. de procur. Imol. in c. quidam 3. col. de ren. Gig. cons. 51. num. 7. Rebuff. in praxi dict. tit. de proc. ad resig. reuoc. num. 2. Io. Selu. in tract. de benef. par. 3. q. 16. in princ. Fel. in c. ex parte decani, num. 15. de resc. Roffin. in tract. de ben. c. 24. num. 1. Maiol. de irreg. lib. 3. cap. 6. num. 11. Crau. cons. 76. num. 1. & consuluit Navar. cons. 6. de ren. in addit. Et ratio ponitur in
18 princ. d. Clem. vnicæ cum illusio, & variatio† in personis Ecclesiasticis maxime sint vitandæ, &c. quod ẽt deducitur ex c. bonæ 2. de pot. præl. c. cum olim de re iud. Glo. & Zabar. in prin. c. de Clem. Idem Zabarell. in cons. 137. factum sic se habet, & cons. 141. etiam si sint illæ personæ Ecclesiasticę in dignitate maxima
19 constitutæ, prout in Põtificę† Maximo, vt eius actus sint stabiles, tradit Rot. decis. 32. de præb. in antiq. Felin. in cap. cum olim, sub num. 5. de sen. & re iud. Bal.
20 in c. 1. de not. feud. vbi inuehit contra Cœlestinum † quintum, qui de mane faciebat gratiam, de sero vero illam reuocabat, quod etiam scripsit idem Bald. cons.
21 328. num. 5. lib. 1. & in Cardinalibus † tradit Bald. in l.
22 1. in 4. col. C. de Lat. libert. tollen. in † Episcopis Rot. decis. 29. de concess. præb. late Fel. d. c. cum olim, sub. num. 5. & hanc esse rationem tradit Fel. d. c. ex parte decani, num. 15. vers. ratio.

23 Hinc valent gesta per legatum a latere reuocatum à Papa in Consistorio ante notitiam reuocationis, vt in facti contingentia respondit Cald. cons. 4. de off. leg. per c. audita, vbi DD. de rest. spol. c. 1. de concess.
* præb. in 6. & est* communis conclusio.

24 Hinc valet coll. factat per Vicarium Episcopi ante scientiam reuocationis Rom. singu. 57. † fuit quæstio Romę, & sing. 566. Iason l. more maiorum, num. 8. ff. de iurisd. omn. iud. per l. si forte, ff. de off. præsid. & cõ
25 * muniter* DD. & valet† sententia lata a iudicibus re-
* uocatis ante notitiam reuocationis Abb. & alij* cõ. in c. audita, de rest. spol. Bald. in l. 1. in fi. C. vt lit. pen.
* & in l. mandatum num. 17. C. mand. & communiter* DD. & valen gesta per nuncium ante scientiam reuocationis Bald. in l. mandatum columna penultima, C. mand. Imol. in capitulo quidam columna tertia de renunc. vbi loquitur in nuncio dato ad renunciandum, Fel. in d. cap. ex parte decani numero 15. versic. amplia primo.

27 Hinc procurator datus ad † permutandum beneficium, si postea fuerit reuocatus poterit tamen permutare ante notificationem, Lap. in cap. vlt. de proc. in 6. vbi dicit, ad hoc vidisse Bullas Papales approban
* tes* hoc dictum, & ibi Gemin. prope fin. hoc etiam vult. Fel. in d. ca. ex parte decani, sub numero 15. vers.
* amplio 3. Ioan. Scl. d. q. 16. num. 5. 3. par. &* communiter DD.

28 Idque procedit, si reuocatio† fuit facta statim, verum clam & ignorante procuratore, nam valet cessio facta per d. procuratorem, Bal. Barb. Fel. in d. c. ex parte decani, sub num. 15. vers. amplio 2.

Immo in hac materia non sufficit, quod procurator sciuerit reuocationem, vt non possit vlterius pro
* 29 cedere, sed † requiritur intimatio, ut * communiter scribunt DD. sup. citati, & tradit Gloss. in d. clement. vnic. verb. deducta, de ren. Sequitur Card. Zab. & Bo-
* nif. de Vital. qui dicit, quod DD. ita tenẽt & isti DD.
* ita interpretantur illam Clementinam, & pluries*
* fuit decisum per Rotam, & in praxi, * ab omnibus recipitur, nam ita practicatur, alias autem, si non fuerit facta intimatio, procurator poterit consentire re-

signationi, & valida erit resignatio, etiam si cõsensus
30 fuerit præstitus† post mortem constituentis, ita * fuit
* resolutum in vna Segobien. die 27. Maij. & 7. Iunij coram Vestano, de anno 1552. teste Caput. decis. 224 par. 1.

Et ratio rationis est illa, quam supra adduxi, quia
31 ignorantia revocationis præsumitur, † argu. l. verius. ff. de probat. reg. præsumitur de reg. iur. in 6. Rot. decis. 21. de concess. præben. Felin. in c. cæterum, col. 8. vers. valet processus de rescrip. per quæ hoc vult Rebuff. in prax. tit. de infir. resign. num. 37.

32 Ideo dicenti procuratorem esse †reuocatum, ei in
* cumbit onus probandi, Card. Zabar. communiter *re-
quam erat priuatus suus principalis,& hanc opinionē
sequitur Rebuff.cons.93.n.14.& cōiter ab omnib. re
* cipitur,& *practicat. Et rō est,quia † priuatus,quoad il
2 lud beneficium,dī mortuus ciuiliter,vt cōiter* volunt
* Canonistæ,mors aūt † ciuilis æquiparatur naturali,cū
opereī eundē effectū,quē naturalis.DD.in c.cum sit,
de cōuer.cōiug.Gl.& DD.in c.susceptū, de rescr.li.
6.DD.in l.Gallus.§.& qd si ff.de li.& post. Cy.& Bal.
in l.Deo nobis,C.de episcopis,& Cler.& Imo.& Ale.
in l.ex facto.§.liqs rogatus,ff.ad Treb.Bar. & alij in l.
ex ea parte.§.insulam.ff.de verb.obl.Card.Paris.cons.
67.nu.18.vol.4.sed morte naturali † extinguitur mā-
tum,clem.vlt.de procu.ergo & ciuili.

Et sic per priuationem procurator impeditur pro
cedere vlterius,cum mutata sit conditio resignantis,
& ex defectu ptātis,vt optime explicat Paris.d.cons.n.
44.idque non habet dubium.

3 Idemque erit per † translationem ; nā dispositio cle.
vlt.de procu.habet locū etiam in priuatione,& trans
latione,vt etiam his casibus procurator reuocetur ꝓ
pter identitatem rationis,& quia satis hoc ibi,exprimi
* tur,vt dicit Gēzel.& ita fuit* determinatū per quines
de Rot.vt habetur in dec.28.de procu.in nouis.

Ex oīb.igitur his,quæ dicta fuerunt à q.24.vsq; ad
hāc de reuocatione procuratoris, colligere in † scriptas
* conclusiones,* communiter receptas.Quarum prima
erit.Procuratorem datum ad resignandum reuocari
morte resignantis , si nihil fecit in vita ipsius consti-
tuentis,vt plene est dictum d.q.24.

Secunda procuratorem ad resignan. posse reuocari
idque fieri intimando in Camera & Cancellaria, aut
procuratori,vel resignatario. vt diffuse dixi supra q.
25.26.& 27.& postea non posse procuratorem vlte-
rius agere,& procedere,vt sæpius fuit* per Rotam de
cisum de qua re late supra.Vnum autem non omittam
quod,si Procurator fuit tali die reuocatus* in Camera
& Cancellaria,& resignatio fuit eadem die facta , qd
huiusmodi resignatio erit valida,quia præsumitur * ꝑ
cedere reuocationem,vt fuit* determinatum in Rota
X.Decēbris.1526.coram Martino, teste Gamba.de
cis.58.manuscr.nam facta reuocatione,bullæ non so-
lent expediri.

Tertia,Procuratorem non posse resignare.& præ-
stare consensum post receptas literas a resignante ,in
quibus certiorabatur,vt de negotio resignationis ni-
hil faceret,nisi denuo certioratus fuerit,vt diffuse scri
pti supra q.28.

Quarta,Procuratorē datū ad resignandū,reuocari
furore constituētis,si nihili fecerat,vt dixi supra.q.29.

Quinta,priuatione,& translatione reuocari procu
ratorem constitutum ad resignandum.

Finis Noni Libri.

FLAMINII PARISII
I. C. CONSENTINI
DE RESIGNATIONE
BENEFICIORVM.
LIBER DECIMVS.

Quæ teneatur Resignatarius facere.

Hic Liber continet Nouem quæstiones.

1 *An Resignatarius teneatur expedire litteras beneficij resignatiꝰ & an sufficiat sola supplicatioꝰ & an litteræ possint expediri mortuo Papa, qui fecit gratiam.*
2 *Quæ teneatur exprimere resignatarius in litteris beneficij resignati, & ponuntur omnes qualitates exprimendæ de iure, vel stylo.*
3 *An teneatur resignatarius verificare narrata in litteris beneficij resignati, Quæ, & quando ad id teneatur.*
4 *An resignatarius teneatur docere de tit. sui prædecessoris, & quando.*
5 *An resignatarius teneatur probare, resignantem superuixisse.*
6 *An resignatarius teneatur capere possessionem beneficij resignati, & quomodo, & quando, & per quem.*
7 *An in resignatione parochialis, quæ fit in fauorem coram Papa, requiratur examen per concursum, iux. formam cap. 18 sess. 24. de refor. Conc. Trid. & Const. 32. Pij V. & hac sumpta occasione plura de huiusmodi examine dicuntur.*
8 *An requiratur acceptatio resignatarij pro perfectione resignationis, & quomodo fiat acceptatio beneficij.*
9 *An resignatarius teneatur emittere professionem fidei.*

SVMMARIVM.

1 *Supplicatio signatur per verbum Fiat.*
2 *Solo verbo Papæ perficitur gratia.*
3 *Episcopus aliquis fit sola pronunciatione Papa.*
4 *Scriptura non est de substantia.*
5 *Scriptura non requiritur de essentia legis.*
6 *Resignatarius tenetur expedire litteras.*
7 *Expeditio literarum requiritur in gratia beneficiali.*
8 *Ante expeditionem literarum gratia dicitur informis, & imperfecta.*
9 *Supplicatio sola dicitur existere in vtero.*
10 *Gratia videtur concessa cum tacita conditione, si litteræ expediantur.*
11 *Ante expeditionem literarum non datur Canonicus titulus.*
12 *Regula Cancellariæ de non iudic. iux. form. suppl. quid disponat.*
13 *Regula Cancellariæ de non iudic. iux. form. supp. rationes.*
14 *Falsitas facilius potest cõmitti in supplicatione quã in bullis.*
15 *Officiales Romanæ Curiæ apponunt manus in bullis percipiendo aliquid.*
16 *Causa finalis colligitur ex prœmio.*
17 *De iure tertij opponens per solam supplicationem nõ videtur ius clarum, & liquidum producere.*
18 *Sumptum de registro supplicationum signatarum, fidẽ non facit.*
19 *Sumptum de registro literarum bullatarũ, fidem facit.*
20 *Capiens possessionem ex sola supplicatione, dicitur intrusus.*
21 *Capiens possessionem ex sola supplicatione, ad illud inhabilis redditur.*
22 *Ex sola supplicatione alias possessio capi poterat.*
23 *Episcopi non possunt capere possessionem literis non expeditis.*
24 *Regressus non valet, literis non expeditis.*
25 *Episcopus non potest prouidere ex alternatiua sibi cõcessa ex sola supplicatione.*
26 *Dispensatio non suffragatur, nisi litteris expeditis.*
27 *Commissiones causæ non valent, nisi litteris expeditis.*
28 *Sequestrum decretum resignanti, non relaxatur resignatario, ex sola supplicatione.*
29 *Resignatarius potest ex sola supplicatione ostendere ius, vt non expediantur litteræ impetrantis per obitum resignantis.*
30 *Litteræ debent expediri ad executionem, probationẽ, & validitatem gratiæ.*

31 *Litteræ*

31 *Litteræ expediuntur, cum clausulis positis ab Abbreuiatoribus.*
32 *De iure communi, non requiritur expeditio litterarũ.*
33 *Collatio non potest probari testibus.*
34 *Litteræ dicuntur expeditæ, cum sunt plumbatæ.*
35 *Mortuo Papa, qui resignationem signauit, possunt litteræ expediri.*
36 *Papa dat litteras gratiæ concessæ per prædecessorem, facta mentione illius gratiæ.*
37 *Papa dat litteras gratiæ concessæ, per prædecessorem, in forma rationi congruit.*
38 *Regulæ Cancellariæ de litteris in forma rationi congruit expediendis verba.*
39 *Rationabile est, vt successor perficiat gratiam prædecessoris.*
40 *Donatio principis ligat successorem.*
41 *Contractus initus per prædecessorem debet obseruari per successorem.*
42 *Forma expeditionis rationi congruit.*
43 *Papa dans literas sub rationi congruit, non dat ius, sed confirmat.*
44 *Papa etiam mortuo ante datam litteræ possunt expediri.*
45 *Intrà quantum tempos debeat resignatarius litteras expedire.*

QVAESTIO PRIMA.

PRIMO, Quæro, An teneatur resignatarius expedire literas, seu Bullas beneficij resignati: An vero sufficiat sola supplicatio manu S. D. N. signata.

1 Et sufficere solam supplicationem probatur, quia signatur† supplicatio, per verbum Fiat, vt
2 petitur, & solo† verbo Fiat perficitur gratia, Calder. in c. quisquis de elect. Bald. in l. cum apud, C. comm. seru. manumitt. Barba. late in c. nostra, num. 19. de rescr. Rimin. Iun. in Rubr. de const. num. 131. Rebuff. in reg. 34. Cancell. col. 2. in† princ. Cassad. decis. 4. nu. 2. de cau. poss. & propriet. Ias. cons. 146. col. 5. post. num. 3. lib. 2. Gemin. cons. 106. col. 3. post num. 6. & est communis
* *omnium opinio. & ideo, statim quod Papa pronun-
3 ciat† aliquem Episcopum alicuius ciuitatis, vel Beneficiatum, ille eo ipso efficitur Episcopus, vel Beneficiatus, Bald. quem refert Dec. in rubr. de constit. 1. lectu.
* num. 38. Bursat. cons 393. num. 4. volu. 4. communis, opinio, teste Mascard. de probat. concl. 843. num. 20.
4 & ideo scriptura non est† de substantia, Abb. in cap. in nostra, vbi late Felin. col. 5. de rescr. Idem Abb. in capi. qualiter, in primo not. de elect. Alex. cons. 195. colũ. 2. lib. 2. Card. Paris. cons. 5. num. 60. vol. 4. Boer. dec. 348.
* num. 5. Bursat. cons. 393. num. 4. vol. 4. communis, *de qua testatur Ferrett. num. 18. Burg. num. 144. Mando.
5 num. 40. in dict. rubr. de const. licuti neque† requiritur de essentia legis, Io. Andr. in regul. nemo potest, de regul. iur. in 6. Rot. decis. 1. de constitut. in non. Abba. in rubr. de constit. cum alijs citatis ibi per Dec. num. 30. Rip. num. 52. Bero. num. 77. Connan. lib. 1. comment. iur. ciuil. c. 10. colum. 3. Vaconius à Vacuna declaratio
* num suarum lib. 4. c. 157. communis* opinio, de qua testatur Boschus Codecha Papien. nume. 100. & 110. Andr. ab Ea num. 199. Rimina. Iun. in dict. rubr. de
** cõst. num. 41. & esse magis** communem dixit Ferret. ibi, num. 15.
* Contraria tamen opinio & est communis,* & rece-
* pta de* stylo notorio, & vulgari, vt resignatarius tene-
6 tur expedire† litteras, vt fuit pluries resolutum* in Rot. & practicatum, Rot. decis. 20. nu. 5. de præben. in nou. & decis. 27. de rescr. eo li. Bellamer. decis. 746. Bal. in l. humanum, in fin. C. de legib. Felin. in c. eam te, in 3. co. de rescript. Gemi. cons. 106. col. 2. vers. in contrarium, cum alijs, vt per Sarn. in regu. de non iudicand. iux. forma. suppl. quæstio. prima. cum sequ. Oldrad. cons. 320. quod articuli, numero 8. Mandos. post alios in Rubr. de constit. num. 50. Mascard. de probati. conclu. 845. qui omnes, & alij, quos citant, & possent congeri, ici
7 bunt† requiri in gratia beneficiali expeditionem literarum, & antea gratiam† dici informem, & imperfectam
8 † quod etiam vult Mill. in verb. Gratia Gig. respon. 42. nu. 11. cum sequent. Cassan. cõs. 20. n. 27. Bursat cons.
9 393. sub nu. 21. vol. nam sola supplicatio† dicitur existere in vtero, donec per literarum expeditionem in mũdum producatur, Bal. relatus a Sar. loc. cit. col. 2. in fin. Mandos. ibid. q. 4. nu. 5. namque gratia videtur concessa cum tacita condicione, si literæ, expediantur, Bellamer. cons. 34. in 3. col. vers. & puto, Rot. decis. 27. de rescript. in nou. Franc. Senensis in rubric. de constit. in
10 2. part. num. 65 Mandos. n. 50. Riminald. Iun. nu. 129. & antea non dicitur gratia perfecta, Oldrad. cõs. 324.
11 incip. factum tale, col. 2. & ante non datur † canonicus titulus suo esse effectus, Bellam. decis. 110. col. 4. & decis. 664. Milius in verbo Gratia Apostolica.
12 Et ideo ex regula † Cancellariæ de non iudic. iux. form. suppl. prohibentur Iudices in causis iudicare secundum tenorem supplicationum, sed secundum formam literarum in forma expeditarum per hæc verba *Item ante confectionem literarum gratia Apostolica*
13 *sit in formis &c.* quę regula emanauit† ob duas causas, vt tradit Ferret. dict. rubr. de const. nu. 21. Primo, vt euitentur falsitates, quæ in supplicationibus facilius
14 committuntur, † quam in Bullis, propter appositionẽ manũ plurimorum officialium, arg. l. vlt. C. de codic. Secundo ne fiat, præiudicium officialibus Romanæ.
15 Curiæ, qui super literas† in Cancellaria apponunt manus, & inde consequuntur quedam emolumenta consueta, & solita dari ratione officiorum emptorum pro eos a Sede Apostolica. Tertiam rationem in dict. Rubric. 50. addit Mandos. ad tollendas disputationes, nã
16 quę ex prœmio† colligitur causa finalis constitutionis, Bar. in l. vlt. nu. 5. ff. de hæred. instit. Dec. cons. 379. & cons. 388. sub n. 2. & prœmium dicit, quia gratia ante literarum expeditionem dicitur informis &c. & in hoc hęc regula discordat a iure communi, vt ibi Glos. considerat, Soccin. sen. cons. 41. col. 2. & 3. lib. 3. lib. 3. Sarn. q. 1. col. penult. vers. tamen.
17 Hinc excipiens de iure tertij per solam supplic. nõ videtur ius clarum, & liquidum producere, donec litteræ non fuerint expeditæ, quia in expeditione veritas concessorum discutitur, vt sæpe fuit resolutum in Rota teste Sarn. dict. q. 1. de non iudicant iux. form. suppl. col. 3. in princ.

Hinc sumptum de registro supplicationum signa-
18 tarum† fidem non facit in iudicio, Bella mer. dec. 252. Roma. cons. 336. nu. 5. quod an sit in vsu, vide p Crescent. decis. 50. in manusc. secus, si sumptum de regi-
19 stro literarum bullatarum† extrahatur, nam tunc fidẽ facit, Bellam. decis. 621. Rot. deci. 28. de præben. in antiq. Barthol. Belenc. in tract. de charit. subst. q. 113. Ant. de Butr. cons. 2. visis literis. num. 3. Mandos. dict. regul. q. 6. nu. 2. cum sequen.

Hinc capiens possessionem ex sola supplicatione si
20 gnata, literis† non expeditis, dicitur intrusus, omnequeius,

ius,quod in beneficio habet,amittit,& de ceterot ad illud obtinendum inhabilis redditur,vt Iul.3.in const. 33.statuit,edita sub die 27.Maij 1553.de qua mentio nem faciunt Gig.in epit.de intrus.numer. 38. Bursat. cons.393.sub numero 21.Mandos.dict.regul.de non iudic.iuxt.form,supplic.q.4.num.2.& esse in*viridi ob seruantia,omnes sciunt,vnde quamuis antea possessio
22 possetꝛcapi vigore solius supplicationis,vt fuit tentum
* *pluries in Rota per rationes Sarnen. dict. regul.q.5. in vna Abulē.corā Cardinali S.Crucis die 33.Februa rij 1545.teste Put.decis.229.lib.2.hodie tamen secus
23 quod procedit etiam in Episcopis,ꝛsub pœna,de qua in extrauag.in iunctæ Bonifac. VIII. de elect. inter communes,& de stylo*huiusmodi regulam vendicare sibi locum in Episcopatu tradit San.dict.regul.q.9 Mandos.dict.rubr.de constit.nu.42.
24 Hinc regressus ꝛnon valet,literis non expeditis, vt fuit resolutum*in Rot.coram Episcopo Marsican.die. 14 Martij 1537.teste Sarn.dict.regul.quæst.4.vbi late
25 Hinc Episcopus non potest prouidere ex solaꝛsuppli catione signata,ex qua ei conceditur alternatiua, vt fuit*decisum die 25.Iunij.1546.coram Episcopo Ra uellen.teste Moedan.decis.263.de quo Mandos.dict. regul.q.17.& aliàs discutietur.
26 Hinc dispensatio ꝛnon suffragatur,nisi literis expe ditis,vt per aliam regulam Cancellarię cautū est,Old rad.cons.336.col.2.& 3.
27 Hinc ꝛnon valent alię commissiones causarum,nisi literis expeditis,vt ꝛper aliam regulam Cancellariæ cau tum est,quam habes in ordine 26.inter regulas.S.D. N.Sixti V.
Hinc resignatario habenti solam supplicationem
28 non relaxatur ꝛsequestrum decretum vigore senten tiæ latæ infauorem resignātis, nisi expediuerit literas vt fuit resolutum in Rot.corā D.Camillo,teste Sarn. decis.163.lib.2.in manuscr.verum,si beneficium resi
29 gnatum impetratur per mortem ꝛresignantis,& resignatarius per supplicationem doceat de resignatione ius impetrantis non canonizatur,& Iudex potest præ cipere resignatario,vt literas expediat,vt fuit*resolu tum in vna Grationopolitan.coram Aragonia, teste Crescent.decis.95.lib.1.
Et secundum has regulas literæ non solum requi-
30 runtur quo ad ꝛprobationem,& executionem gratiæ Gemin.cons.106.col.3.vers.in contrarium Sarn.d.q. 1.in regul.de non iudic.iuxt. form. supplic. sed etiam ad validitatem.Mandos.in rubr.de const.nu. 49. 50. Riminald.iun.nu.131.
Nāque, licet sit signata supplicatio,pluries litteræ non expediuntur,vel,si expediuntur,apponūtur Clau
31 sulæ ꝛrestringentes gratiam ab Abbreuiatoribus,Sar nen.dict.q.1.Mandos.dic.nu.50.
Quibus sic stantibus allegata in contrarium tollū tur vnico verbo,scilicet,contrarium hodie obseruari & optima quidem ratione,ex regulis Cancellariæ con stitutione nouissima Iulij III. ac de stylo vulgari, Caputaq.decis.4.lib.1.vbi dicit,de iure communi nō
32 requirit expeditionem literarum,hodie secus.
Et ideo collatio(quicquid plures Doctores volue rint,allegati per Dec.in rubr.de const. 1.lectura. nu
33 45.& 46.)nō ꝛpotest probari testibus, vt est magis** communis opinio,vt patet ex congestis per Mādos. dic.rubr.nu.53.Bosch.Papien.n.114.de qua re loquu tus sui supra late li. 8.q.2.Et ita teneri,& practicari* de stylo curiæ attestatur Ferret.dic.rubr.de const.n. 19.& num.21.& 24.
Quæ literæ tunc expeditæ dicuntur,cum sunt plū
34 batę ꝛplumbo summi Pontificis pro tempore existen
* tis,vt fuit*resolutum in Rota in vna Salamantina parochialis de mense Nouembris,corā Crescenti 1539. teste Sarn.dict.q.1.de non iudic.iux.form.suppl. col. ante penul.vers.& tamen vlterius,Mandos.ibidem.q. 3.nu.3.
Quas literas poterit resignatarius expedire, etiam
35 mortuo summo ꝛPontifice,qui gratiam fecit,& sup plicationem signauit..Nāque mortuo Papa durat re signatio.Gemin.cons.93.nu.13.Aeneas de Falcon.in tract.reser.benef.in 4.part.princ.1.effect.vers.4.Sarn. de public.q.6.n.6.& habetur in li.decis.84.in vna Camerinen.coram Accorambono.
36 Et successor ꝛdebet dare hmōi litteras,facta men tione gratiæ factæ per prædecessorem. Rot.decis.87. de resc.in antiq.Dec.cons.407.nu.17.Abb.in c.in no stra,de resc.Dec.Rip.& alij oēs in rub.de cōsti.Bosc. Papien.nu.112.Ant.de Burg.n.114.Rimin.Iun.n.128 & sit expeditio ꝛin forma rōni congruit,vt in d.Rub. tradit Ferret.n.18.in fi.vt probat regu.Cancellariæ in ordine 7.inter regulas Sixti V.cuius rubrica hoc mo
38 do est concepta,de literis,in forma ꝛrationi cōgruit expediendis, & in nigro hæc sunt verba. *Item voluit idem Dominus Noster Papa,quod cōcessa per felicis recordationis Gregorium XIII.prædecessorem suum & de eius mandato expediantur in forma rationi cō gruit sub die coronationis suę,vt moris est,& idē,quo ad concessa per pię memoriæ Pium Papam V.prædecessorem suum ad sex menses dumtaxat ab ipso die coronationis incipiendos obseruari voluit.* & hæc regu la,sicut & aliæ,ab vno quoque Pontifice renouatur, & habet bonam rōnem:nam rōnabile,est,vt successor
39 ꝛperficiat gratiam factam à prædecessore, quæ casu perfici non potuit,Rot.decis.10.de resc.per Bilignet. Bellam.decis.329.Mandos.d.rubr.de const.n.47.Re buff.in prax.tit.de gratia rationi congruit in princip.
40 nā donatio Principis ꝛligat ēt successorem,Bar. & alii in l.Si mihi & Titio,§.vlt.ff.de leg.1.Bal.in c.1.denat. feud.Ale.cons.215.li.2.Afflict.decis.392.late Tiraq. de retract.lib.1.§.32.gl.1.num.25.& contractus ini tus per ꝛprædecessorem debet obseruari per successo rem,Butr.cons.58.Oldrad.cons.94.in fin.Ruin. cōsi. 36.nu.16.& cons.91.num.3.lib.1.Boer.decis.204.nu. 4.Grammat.cons.ciu.100.col.8.Bal.cons.271.nume.
* 1.li.2.& cons.138.nu.6.lib.5.communis*teste Rebuf. super conc.tit.de coll.vers.item dicit. Et sit huiusmo
42 di expeditio his verbis;Rationi ꝛcongruit, & cōuenit honestati,vt ea,quæ de Romani Pontificis gratia ,p cesserunt,licet eius superueniente obitu literæ Apostolicæ sup illis confectæ nō fuerint,suū consequanē effectum,Dudū si quidem felicis recordationis Gregorius XIII.prædecessor noster &c. de quibus verbis mentionem faciunt Rebuff.& Mandos.locis citat ille n.1.iste num. 47. & iste nullum ius videtur dare,
43 sed tantum confirmat ad effectum ꝛprobationis,& ex ecutionis,Io.Andr.in cap.cum sunt partium, colu.3. ver.5.de regulis iuris,lib.6.Boer.decis.348.nu.7.Man dos.dic.reg.de grat.rationi congruit q.10.& hæc pro cedunt non solum in prouisione,quæ fit per resigna
44 tionem,sed etiam in in ea,quæ fit per obitum,vt ꝛ cō muniter Doctores citati dicunt etiam, si Papa more retur ante datam Bero.in Rub.de const.num.86. verum tunc multoties lacerantur supplicationes.
45 Et has literas ꝛresignatarius debet expedire in tem pore dato ad publicandum resignationem,ad effectū vt possit facere publicationē,ea,quę dicētur li.sequen ti,Ex quo infertur,hodie nō seruari quod scribit Rof finiac.

finiac.de benef.cap.12.nu.20.
Et licet Nicolaus V.per quandā extrauagantem,q̄ non est impressa,statuerit,vt literæ resignationis expe dianē viuente resignante,alias sint oīa irrita,teste Sar. de infir.resignan.in prę fat.col.2.vers.ex qua postea.
Tamen hodie hoc non est in vsu.vt ex supradictis apparet,& dicetur infra lib.duodecimo.

SVMMARIVM.

1 *Resignatarius plura debet in litteris exprimere.*
2 *Literæ sunt subrepticiæ,non expressis, quæ debent exprimi.*
3 *Simplicitas,& ignorātia, non excusant a subreptione*
4 *Ex subreptione literæ sunt nullæ ipso iure.*
5 *Subreptio,in quātumuis minima parte, reddit literas ipso iure nullas.*
6 *Literæ cur annullentur ex subreptione.*
7 *Subreptionem allegans,debet illam probare.*
8 *Subreptio non presumitur dolosa,nisi probetur.*
9 *Expressio qualitatum per æquipollens excusat a subreptione.*
10 *Scientia Principis excusat a subreptione.*
11 *Gratia subrepticia non potest validari sine noua prouisione Papæ.*
12 *Tempus datæ attenditur,quo ad subreptionem.*
13 *Qualitates requisitæ a iure si non exprimantur in literis vitiant gratiam.*
14 *Qualitates requisitæ de stylo curiæ,si nō exprimantur in literis vitiant gratiam.*
15 *Stylus Curiæ habetur pro lege.*
16 *Actus contra stylum est nullus.*
17 *Sententia contra stylum est nulla,*
18 *In literis non est facienda mentio de qualitatibus nō consideratis a iure,& stylo.*
19 *Qualitas beneficij resignati debet exprimi in resignatione.*
20 *In permutatione,quæ sit coram Ppa, debet exprimi qualitas beneficij permutari.*
21 *In renunciatione etiam beneficij temporalis exprimi tur qualitas ipsius.*
22 *Nomen sancti ecclesiæ debet exprimi in literis prouisionis.*
23 *Expressio cathedralis sub nomine Sancti non vitiat ex pressionem.*
24 *Resignatio fauorabilis est coadiuuanda.*
25 *In literis debet exprimi,an beneficia sint in cathedrali.*
26 *In literis debet exprimi,an beneficium sit curatum.*
27 *Cura animarum est ars artium.*
28 *In renunciatione beneficij curati de stylo exprimitur per quantum tempus resignans illud possederit.*
29 *In literis debet narrari, an beneficium requirat residentiam.*
30 *In literis resignationis debet narrari dignitas beneficij resignati.*
31 *In literis resignationis debet narrari, an beneficium sit sæculare,vel regulare.*
32 *Beneficia regularia,regularibus, & sæcularia sæcularibus.*
33 *Qualitas hospitalitatis exprimenda.*
34 *Qualitas Iurispatronatus in literis debet exprimi.*
35 *Exprimitur in literis,beneficia esse electiua.*
36 *In literis sit mentio de beneficio annexo,& quo modo procedat.*
37 *Manualitas exprimenda in literis.*
38 *Impetratio vnionis,non facta mentione manualitatis, est nulla.*
39 *In beneficijs regularibus manualitas est de iure communi.*
40 *In literis resignationis valor annuus beneficij debet exprimi.*
41 *Prouisio per obitum est nulla, non expresso vero valore.*
42 *Ius non abdicatur à resignante,non expresso vero valore.*
43 *Beneficium vacat per obitum resignantis,cum in resignatione non est expressus verus valor.*
44 *Ordinarius potest prouidere beneficium vacans ob nō expressum verum valorem.*
45 *Regula de valore annullat prouisionem, non autem inducit reseruationem.*
46 *Minores non restituuntur aduersus regulam de exprimendo verum valorem.*
47 *Exprimens valorem,deducta pensione, non excusatur à mala expressione.*
48 *Verus valor,exprimitur respectu annatæ,& vt Papa intelligat qualitatem beneficij.*
49 *Beneficia sunt conferenda,habita ratione, cui conferuntur.*
50 *Opponens de malo valore debet probare exceptiuitatē.*
51 *Valor beneficij probandus est de superiore prouisionis.*
52 *Valor non probatur ex confessione 30.annorum.*
53 *Duo testes,vnus de veritate,alter de fama,probant valorem.*
54 *Duæ semiplenæ probationes faciunt plenam.*
55 *Valor beneficij probādus per 5.annos ante,& 5.post.*
56 *Regula de valore habet locum etiam in prouisione legati.*
57 *Annata soluitur in prouisione legati.*
58 *Regula de valore non comprehendit administratores Cappellaniarum.*
59 *Resignatarius admittitur ad verificationem gratiæ circa valorem.*
60 *Ex clausula augendi, potest fieri augmentum vsque ad 3.partem.*
61 *Fructus,an considerentur dempto cambio.*
62 *Resignatarius non exprimens verum valorem non efficitur inhabilis,vt non possit illud beneficium habere ex alia gratia.*
63 *Quæ beneficia exprimantur 24.cum valeant plus.*
64 *Resignatarius debet narrare esse clericum.*
65 *Laico beneficium resignari non potest.*
66 *Nulla est resignatio,si resignatarius narrauit esse, clericum Romanum,cum non esset.*
67 *Resignatarius debet exprimere in literis beneficia, quæ obtinet.*
68 *Gratia beneficialis nulla,in qua non fuit expressum beneficia quæ obtinet,cui beneficium confertur.*
69 *De primo beneficio facienda est mentio,quamuis sit tenue.*
70 *Perceptio fructuum minimæ quantitatis reddit gratiam subreptitiam,si de ea non fuerit facta mentio.*
71 *Subreptio consideratur etiam in minimo.*
72 *Delicta etiam in mininis committuntur.*
73 *De primo beneficio facienda est mentio,quamuis possessio non fuerit de eo capta.*
74 *De iure ad rem,an sit facienda mentio.*
75 *De primo beneficio,etiam violenter occupato, est facienda mentio.*
76 *De præstimonio,an facienda sit mentio.*
77 *Præstimonium,quid sit remissiue.*
78 *Resignatarius debet facere mentionem pensionis.*

79 Resigna-

79 *Resignatarius debet facere mentionem regressus.*
80 *Resignatarius, an debeat facere mentionem beneficij resignati.*
81 *Per resignationem nullum ius remanet.*
82 *Renunciatio acceptata à superiore abdicat ius.*
83 *Resignatarius debet facere mentionem de beneficio resignato, si resignatio non est acceptata à superiore.*
84 *Resignatio non publicata, an abdicet ius.*
85 *Ius non abdicatur ante præstitum consensum.*
86 *Renunciatio facta in manibus priuati, an abdicet ius.*
87 *In literis, an sit facienda mentio de beneficio habitu curato.*
88 *Status beneficij permutatur per 40. ann.*
49 *Resignatarius non tenetur in literis facere mentionẽ de gratia nulla.*
90 *Resignatarius debet narrare crimen, & infamiam.*
91 *Resignatarius debet narrare illegitimitatem.*
92 *Resignatarius debet in literis facere mentionem de multiplici dispensatione.*
93 *Resignatarius debet facere mentionem de morbo caduco.*
94 *Regressus nullus, non facta mentione morbi caduci.*
95 *In literis beneficij simplicis, si non fiat mentio morbi caduci, non vitiantur.*
96 *De morbo epileptico non est necessario facienda mentio in literis.*
97 *Dignitas narranda in literis.*
98 *De intrusione facienda est mentio in literis.*
99 *Non valet resignatio non facta mentione intrusi annalis.*
100 *Regula de annali vendicat sibi locum in resignatione.*
101 *Gratia si neutri, dicitur noua gratia.*
102 *Gratia si neutri, habet conditionem, si beneficium vacat.*
103 *Impetratio est nulla, non expressa vacatione.*
104 *In literis resignationis exprimitur nomen cedentis.*
105 *Impetrans exprimit personam, ex qua vacat beneficium.*
106 *Si renunciatur Archidianonatus, qui habet vocem in Capitulo, de hoc facienda est mentio in literis,*
107 *Archidiaconus de iure non habet vocem in Capitul.*

QVAESTIO II.

SECVNDO, Quæro, quæ teneatur ex primere resignatarius in dictis litteris? Communis,* & recepta Doctorũ sententia de stylo obseruata est, plura esse in dictis literis exprimenda, † quę habes latissime per Feli. in c. in nostra, de rescr vbi alij Doc. per Io. Sel. tract. de ben. p. 3. quæstio. 11. & nouissime per Menoch. de arbitr. iud. cas. 201. per totum. Quibus non † expressis, literæ fiunt subreptitiæ. Abba. in capitul. cum dilecta, numero 15. de rescr. Bald. in consilio 252. colum. 2. lib. 1. Geminia. consilio 128. in fin. Alex. consil. 60. in fin. lib. 2. communis teste Bero. in c. super literis, lectu. 1. num. 1. in fin. & lect. 2. num. 1. de rescr. Put. decis. 253. lib. 1. & fuit pluries * resolutum in Rota, nõ adhibita excusatione simplicitatis, † vel ignorantiæ, Felin. in dict. c. super literis sub num. 2. Gem. consil. 105. in fin. Socin. Senior consil. 174. & consil. 273. col. vlt. lib. 2. Socin. Iun. consil. 77. num. 83. li. 1. Crauett. consil. 68. num. 11. Ruin. consil. 33. num. 16. lib. 1. & * communiter alij, & per consequens sunt nullæ † ipso iure, vt ex multis affirmat Socin. Seni. consil. 13. col. 3. libr. 1. & consil. 164. col. 2. & consil. 169. in princ. lib. 1. Socinus Iun. consil. 77. num. 83. & 84. lib. 1. Card. Paris. consil. 13. num. 22. li. 1. Crauett. consil. 68. num. 2. communis * opinio, vt per Felin. in c. ad audientiam, el 2. num. 22. vers. literæ beneficiales de resc. & ita resolutum fuit * in Rota in vna Tullen. canonicatus, & præbendæ, coram d. Vestano 11. Martij 1552. teste Caputaq. decis. 225. li. 3. etiam si † subreptio fuerit in quantum vis minima parte, vt per Put. decis. 131. num. 2. li. 1. quia Papa † vel non concessisset, vel difficilius saltem concessisset, cadudum, de elect. cap. super literis c. postulasti de resc. Dec. consil. 541. nu. 20. Gozadin. consil. 6. num. 6. Cardi. consil. 96. ad fin. Curt. Iun. consil. 27. in fin.

Allegans tamen subreptionem † debet illam probare Doct. in c. 1. vt lit. non contest. Io. Andr. Gemi. & Franc. in c. 2. vt lit. contest. lib. 6. Rip. in c. 2. nu. 30. de rescr. & est * communis opinio, secundum quã fuit * iudicatum * in Rota in vna Asculan. canonicatus, & p̃ bendæ, coram Guidobono, 15. Iunij 1551. teste Caputaq. decis. 220. part. 3. & in alia Valentin. pensionis coram Card. S. Crucis 21. Martij 1551. teste eodem Caputaq. decis. 329. par. 3. nam subreptio † non præsumitur dolosa, nisi probetur, Caputaq. decis. 219. pa. 3. ex vulg. reg. l. merito ff. pro socio, & ideo * excusat, à subreptione expressio qualitatum per equipollens, vt habetur in decis. 23. de præbend. in antiquior. per Bisignett. & ita fuit * resolutum in vna Calaguritan. Parochialis corã Accorambono die 25. Ianuarij 1552. teste Caputaq. decis. 222. li. 3. vel si probet per testes prĩ cipem, sciuisse illud, quod expressum non fuit, & nihilominus concessit, vt * fuit resolutum in vna Fauentin. coram Vestano 9. Decembris 1552. teste eodem Caputaq. decis. 221. p. 3. nam hoc casu cessat præsumptio. & non est omittendum, quod gratia subreptitia non potest † validari sine noua prouisione Papæ, esto, quod consensus vtriusque partis de nouo præstetur, vt fuit resolutum * in vna Toleta. parochialis corã Aquen. 14. Maij 1539. & in alia Tarraconen. Canonicatus, & præbẽdæ, coram D. Vestano, 16. Decembris 1552. teste Caputaq. decis. 52. p. 2. & Moedan. dec. 55. & 89. & ratio est, quia, quoad subreptionem † attendit tempus datæ, c. & si eo tempore, de resc. li. 6. Io. And. in c. ad aures eo. tit. Feli. in c. eam te, col. penul. vers. tẽpus datæ, in eod. tit. & communiter * alij.

Qualitates autem exprimendæ vel sunt à iure inductæ, & hæ, si omittantur, † vitiant gratiam, Glo. in cle. 1. verb. alteri prope medium, de præben. Bellam. decis. 697. col. penul. Rot. decis. 32. de resc. in nou. Cassado. decis. 12. num. 5. de resc. Calde. consil. 20. de resc. Curt. Iun. consil. 27. col. vlt. & consil. 32. in fin. Fel. in c. sup literis, col. 2. vers. limita 1. & in c. postulasti. col. 4. vers. declara etiam, de rescr. Put. decis. 97. num. 6. lib. 2. & alij omnes † supra citati.

Vel sunt inductæ ex stylo curię, quę etiam sunt exprimendæ, alioquin literæ vitiantur. Lap. alleg. 89. seqtur Dec. in d. c. super literis. num. 9. Menoch. de arbi. iud. cas. 201. nume. 27. vers. aliquæ, & est * communis opinio, quæ tota die * practicatur, nã stylus † curiæ est attendendus, & habendus pro lege, Cald. consil. 8. nume. 4. de resc. Card. Paris. consil. 44. num. 17. & seq. vol. 1. & consil. 14. num. 8. & 9. vol. 4. Rot. decis. 2. de appe. in nou. Curt. Iun. consil. 95. & 178. num. 13. Guid. Papa consil. 119. num. 4. Gabr. consil. 73. num. 78. Communis * opinio, teste Bursa. consil. 393. num. 15. vol. 4. & ideo actus contra stylum † est nullus, Ang. consil. 310. in fin Card. Paris. in c. illud, num. 2. de præsc. Octaui. Cache. decis. Pedemont. 22. num. 6. ita sententia contra † stylum est nulla, Crauett. consil. 201. num. 19. & 20. Giga

respons.

respons. 22. num. 8. Io. Bapt. Asini. prax. iud. §. 22. c. 16. lim. 3. per totum. De alijs enim qualitatibus non confideratis à iure, neque à stylo, non est facienda * mentio, Rot. decis. 468. in nou. Card. consil. 20. de rescrip. & gratia non dicitur subreptitia, si de eis non sit mentio vt fuit resolutum in Rot. in vna * Tullen. coram Accorambono veneris 13. Maij 1552. teste Caputaq. decis. 224. par. 3.

19 Primo † enim, debet exprimi qualitas beneficij resignati, Card. Paleott. decis. 280. fuerat, Bursa. consil. 353
20 num. 12. vol. 4. ita in † permutatione, quæ fit coram Papa, Grammat. in c. 1. nu. 121. cum seq. vbi disputat, de rerum permut. li. 6. ita etiam † in renunciatione cuiuscumque beneficij, † etiam temporalis, exprimitur qũa
21 litas beneficij renunciati, pro vt tradit Vital. de Cambano in tract. clausul. §. vlt. num. 18. per tex. in l. 1. ff. siquis in ius voc. non ier. Quæ qualitas consistit in pluri
22 bus, vt exprimatur nomen sancti illius † ecclesiæ, Glos.
* And. & alij * communiter in c. quamuis, de præb. in 6. Lap. alleg. 11. Feli. in c. cum accessissent, co. 1. de const.
* Crauett. consil. 114. num. 12. communis * teste Cassad. decis. 13. de præb. alias autem in vna Verdulnen. canonicatus, & prębendæ, coram Martino de Spinosa, ex
* æquitate fuit * resolutum, quod † expressio cathedralis
23 sub nomine sancti non vitiat prouisionem ex causa resignationis, teste Simonett. decis. 24. in manuscr. & cas
24 sad. d. decis. 13. de preb. nam resignationes † sunt fauorabiles, & coadiuuandæ & respectu resignãtis, & eius, cui prouidetur, Glo. in c. quamuis, de præb. in 6. In pũcto tamen iuris inquit Cassad. contrariam opinionẽ esse ver. orem Menoc. d. cas. 201. nu. 234. in fi.

25 Secundo, An beneficium † sit in cathedrali, latissime Io. Selu. de benef. p. 3. q. 11. nu. 117.

26 Tertio, An beneficium † sit curatum. Rot. deci. 1. num. 3. de off. Archip. in antiq. Corad. de benef. p. 4. c.
* 4. n. 50. communiter * in c. in nostra, & ca. ad aures de
27 communi Menoch. d. cas. 201. num. 61. nam cum, † cura sit ars artium, maior idoneitas requiritur, & per cõsequens debet fieri specifica mentio, Cardi. consil. 30. nu. 7. Cald. in c. in uestra. q. 4. de resc. Franc. de Marc. deci. Delphin. q. 96. & 1004. & dec. 1110. p. 1. & stylus
28 admisit, vt in resignatione beneficij curati † resignans exprimat, per quod tempus illud possedit: namque si narrat illi seruisse per annum, vel duos, non solet admitti resignatio regulariter, & ratio est ne aliquis præficiatur, qui non est ita idoneus, quod posset contingere, si admitteretur cessio, maxime si fuit prouisum per concursum, & ne accipiantur beneficia animo illa resignandi, & consequendi pensionem.

29 Quarto, An beneficium † requirat residentiam, Abba. in c. ad aures, nu. 3. vbi Dec. n. 7. Mant. nu. 17. de re
* scr. Feli. & alij in c. in nostra. de resc. & est * communis omnium Doctorum sententia.

Quinto, si habet dignitatem, & quam, Felin. in dic. c. in nostra. nu. 23.

30 Sexto, si est † regulare, & resignatarius est secularis, Cassad. decis. 4. de præben. vel, & e contra Bellam. de-
31 cis. 172. nam † regularia regularibus, & sæcularia sæcularibus prouidentur, c. 11. sess. 14. & cap. 21. sess. 25. de regul.

33 Septimo, si est † hospitale, Card. & Imol. in clem. vl. de off. ord. Barb. consil. 64. col. 2. lib. 3.

34 Octauo si est iuris † patronatus Gl. in clem. 2. de p̃ ben. Gemi. & alij omnes in ca. 2. eo. tit. in 6. Crauet. cõ sil. 68. Rebuff. in præx. in 3. par. signat. nu. 6.

35 Nono, si est † electiuum, Gl. in c. cum illis, de præben. in 6. Rot. dec. 41. de resc. in Antiq. Bisignett. decis. 13. num. 5. de præbend.

36 Decimo, si beneficium † est alteri annexum. Rota. decis. 3. de rerum permut. in antiqu. Crauett. consilio 104. nu. 12. si autem duo beneficia sunt vnita, & vnũ est accessorium ad aliud, sufficit exprimere principale, Gem. Io. And. & alij omnes in c. super eo. de præb. in 6. Rot. decis. 46. de rescr. in antiq. Rebuff. in 3. par. signat. num. 6. Rot. decis. 13. de præb. in antiquio. Cassador. decis. 12. de præbend.

37 Vndecimo, exprimenda † est manualitas, Achill. de Grass. decis. 7. de pręben. Cald. consil. 26. de præben.
* alias gratia est subreptitia, vt fuit resolutum in vna * Camerinen. coram Petra Sancta teste Simonett. dec.
38 29. li. 1. & decis. 42. li. 2. Hinc etiam impetratio † vnio-
* nis, non facta mentione manualitatis, est nulla, vt fuit resolutum, teste Cassad. decis. 4. de pręben. & dec. 12.
39 num. 9. cod. titu. Hoc tamen vltimum procedit † in regularibus, cum illa manualitas sit de iure communi, Simonett. & Cassador. loc. citat. Bellam. decis. 203.

Secundo principaliter debet exprimi per resignata
40 rium valor annuus beneficij † resignati, Thomas. de Tan. decisio. 29. Cotta. decisio. 357. Pelegrin. decisio 123. libro 1. in manuscr. Put. decis. 270. libro. 1. Caputaq. decis. 84. & decis. 91. p. 3. Idem Caputaqu. decisio.
* 268. lib. 1. in manuscr. & * communiter alij, alias nulla
41 est resignatio, sicuti & * prouisio per obitum, Bellam. decis. 697. in fin. Rot. dec. 19. de rescr. in nou. Cappell. Tholosan. decis. 436. cum alijs, vt per Dec. in cap. ad aures nu. 10. de rescr. Selu. de benef. p. 3. q. 12. nu. 2. & nu. 40. cum alijs alleg. à Menoc. dic. cas. 201. nu. 77. q attestatur hanc esse ** communiorem, & per conse-
42 quens ius non videtur abdicatum a resignante, iuxta * communem cõclusionem, de qua supra, & late scripsi lib. 1. q. 3. & benefi
43 cium vacat per obitum † resignantis, vt fuit pluries * resolutum in Rota, vt dixi in dicta q. 3.

Dubium tamen est, An ordinarius possit prouidere beneficium vacans per obitum resignantis ob non factam expressionem veri valoris, An vero dictum beneficium sit reseruatum, & affect. Sedi Apostolicę * cõ
44 munis opinio est, † ordinarium etiam posse prouidere, & sic non esse affectum, vt fuit resolutum in vna
* * Tuden. Beneficii, veneris, Die 13. Iunii. 1578. corã Blanchetto. nam regula de valore inducit tantum nullitatem gratiæ, in qua verus valor non exprimitur, nõ autem vacationem beneficii, & sic per expressionem
45 malam valoris non inducitur † reseruatio, Abb. in cap. inter dilectos nu. 10. de excel. prælat. & Papa nõ censetur apposuisse manum, nisi ad effectum vt fiat expsi sio, Gemin. consil. 136. ad fin.

Et quod dicitur d expressione, ampliatur procede
46 re, etiam si esset minor, nam minores † non restituuntur aduersus regulam de exprimend. vero valore, vt
* fuit * resolutũ in Rot. in vna Fulginat Prioratus Put. decis. 9. lib. 3. nec etiam excusatur quis a mala expres-
47 sione valoris, eo quod beneficium † sit grauatum pensione, & ea pensione deducta sit expressus verus valor

vt

* vt fuit concluſum in vna*Spoletana coram Peregri-
no,teſte eod.deciſ.182.lib.2.nam exprimitur verus va
48 lor,non ſolum reſpectu†annatæ,ſed etiam,vt intelligat
Papa qualitatem beneficij.quod confert,habita etiam
49 ratione perſonæ,†cui confertur,Sarn.de exprimen.q.
3.Pelegrin.deciſ.184.lib.3.in manuſcr. Opponens ta
50 men de malo valore expreſſo debet probare†exceſſiui
tatem valoris,ita fuit reſolutum in vna*Oxomē. Pa-
rochialis de Caualxonin.coram D.Veſtano,21.Octo
bis 1552.teſte Caputaq.deciſ.280.p.2.quæ deciſio eſt
repetita in eadem.p.2.in ordine 381.& in vna Valen-
tin.penſionis coram Card.Sanctæ Crucis,31.Martij.
1551.teſt eod.Caputaq.deciſ.329.p.3.*& facit, quod
fuit decilum in vna*Pampilonen. Beneficij, die 17.
Maii.1577.coram Blanchetto,cum agatur de proba-
tione fraudis,arg.l.merito.ff.pro ſocio.& huiuſmodi
51 valor probandus†eſt de tempore prouiſionis, & ideo
non ſufficit illum probare de antiquo tempore,Ol-
dtad.conſ.58.Felin.in cap.ad aures,col.vlt.verſ.16. de
reſcr.Sarn.regul.de valo.q.1.Caputaq.deciſ.330.p.3.
vbi ex hoc refert fuiſſe * deciſum in vna Auguſtana
coram Put.quod ex confeſſione facta in precibus p
52 me porrectis†ſunt 30.ann.non probatur valor expreſ
ſus ab aduerſario meo &c,Et plena etiam dicetur ,p
53 batio,quando vnus teſtis†deponit de veritate,& fama
quia ſunt duæ ſemiplenæ probationes,quæ in caſibus
54 in quibus poſſunt coniungi,faciunt † plenam proba-
tionem,vt per Bal.quem referet, & ſequitur Iaſ.in l.
admonendi,nume.99.& in repet.nume.257.ff.de iur.
iuran.ita reſolutum*in vna Toletan.coram.Capizuc-
co,veneris,29.Aprilis.1552.teſte Caputaq.deci.383.
53 p.2.& probandus eſt iſte valor annuus † per 5. annos
* ante,& quinque poſt,pro vt eſt cōmunis*ſtylus Ro-
tæ.vt per Sarn.dict.regul. de exprimen.ver.valor.q.vlt
de communi ſtylo atteſtatur Achill.deciſ.2.de valor.
in manuſcr.

56 Et regula de valore habet locum etiam in prouiſ-
ione legati,vt fuit reſolutum in†Rot.teſte, Creſcen.
deciſ.30.Maior.in manuſcr.quia potiſſima ratio regu
læ eſt,propter fraudes,quæ fieri poſſent in perſoluen
dis annatis,'quæ etiam perſoluuntur in prouiſioni--
57 busſ†legatorum, & ita ſub verbo Forte tenet Felin.in
58 cap.ad aures,col.4.de reſcr.& Regula de valore †non
comprehendit adminiſtratores Cappellaniarū,vt fuit
reſolutū in Rot.*in vna Viſen.adminiſtrationis Cap-
pellaniarum,Lunæ,26.Nouembris 1571.coram R.P.
D.Lancellotto.nunc Cardinali doctiſſimo.

Admittitur tamen reſignatarius in primis, & an-
59 te omnia ad verificationem gratiæ ſuæ circa verum
* valorem,vt fuit*reſolutum in vna Placenti.Parochia
lis corā Accorambono,die 17.Iunij 1552.teſte Cott.
deciſ.357.Ptolom.deciſ.1.alias 23.in manuſcr. & vbi
60 adeſt clauſula†augendi,poteſt fieri augmētum, vſque
ad tertiam partem,vt tradit Card.S.Crucis deci.194.
Pelegrin.deciſ.300.lib.2.in manuſcr.& fuit conclusū
* *in vna Dertuſen. beneficij coram Achille 26. Iunij
1555.teſte Caputaq.deciſ.367.lib.1.in manuſc.& fru
61 ctus†non conſiderantur dempto cambio,nam quic-
* quid dixit Gloſſ.& Sarn. ita* reſolutum fuit coram
Ant.Aug.8.Februarij 1549.teſte Put.deciſ.211.lib.3.
& vnum ſingulare non eſt omittendum,quod, quo-
ties eſt nulla reſignatio, quia non eſt facta expreſſio
veri valoris,reſignatarius,qui expreſſit falſum ualorē,
62 †non efficitur inhabilis ad beneficium ex alia gratia
à prima non dependēte, quia regula de valore non
inhabilitat,& pœna non habet locum, niſi in caſibus
* à iure expreſſis,vt fuit reſolutum in vna*Carthaginē.
parochialis coram Cardinali Paleotto, prima Iunij
1550.teſte Caputaq.deciſ.16.lib.1.Creſcent. deciſio.
63 20.& 29.in manuſcr.Rurſus,notādum†eſt,quod ſunt
quædam beneficia,quæ non exprimuntur niſi 24. vt
ſunt Canonicatus Tolet.& olim & S.Petri in Vrbe,&
in eis ſolet imponi penſio 300.& plus ducat.ut tradit
* Orad.in lib.diuerſ.deciſ.294.in manuſcr.&*commu
niter tota die practicatur,& dicit Arago.deci. 58.ma
nuſc.quod in litteris exprimitur 24. licet reſeruentur
* penſiones longe maioris valoris, vbi atteſtatur de*
ſtylo.

64 Tertio,debet narrare†reſignatarius,ſe eſſe clericū
Dec.in c.cum adeo,num.3.de reſc.Bero.in c.ſuper li-
* teris,num.72.& hunc eſſe*ſtylum Curiæ,tota die vi-
demus,& tradit Menoch.de arbit.iud.caſ.201.nume.
65 33.& ratio eſt,quia†Laico beneficium conferri,neq;
* reſignari poteſt,vt eſt*communis opinio.de qua late
ſcripſi lib.4.Et,ſi narrat ſe clericum Romanum in re
ſignatione ei facta de beneficio exiſtente in Vrbe,cū
66 ſit clericus alterius†diœceſis,reſignatio ē nulla,& ſub
* reptitia,vt fuit concluſum in vna*Roma. Canonica-
* tus die 21.Aprilis 1567.coram R.P.D.* Seraphino,
teſte eodem deciſ.26.quæ incipit, Quamuis lib.1.in
manuſc.

67 Quarto,debet†reſignatarius exprimere beneficia,
quæ obtinet,c.ad audientiam,c.in noſtra,de reſc.Ab-
ba.in c.ad aures,num.2.eod.tit.vbi Felin.num.4.Dec.
* num.12.& communiter*alij,Io.Selua de benef.p. 3.
68 q.11.num.1.aliōquin†nulla eſt gratia,*communis opi
* nio teſte Burſat.conſ.351.num.12.vol.4. quod vendi
69 cat ſibi locum,quamuis†primum beneficium eſſet te
* nue,ca.ſi mortu &c.de præbend.in 6.communis*opi-
nio,teſte Dec.in c.c.ſuper literis,num.9. de commu-
* ni*etiam atteſtatur Mandoſ.reg.16.Cance.de dictio
nib.numeralib.q.34.num.4.& q.35.num.5.Burſatt.d.
conſ.351.ſub nume.12. & tradit Seraphin.deci.317.
manuſcr.Ideo perceptio fructuum minimæ quantita
70 tis† reddit gratiam ſubreptitiam,ſi de ea non fiat men
* tio,vt fuit reſolutum*in Rota. die 20. Aprilis 1541.
coram Marſican.teſte Pelegrin.deciſ.41.lib.1. in ma-
71 nuſc.quia ſumus in gratiotis,in quibus ſubreptio† vi-
tiat etiam in minimo,c.ſi proponente, de reſcr.& ſu-
72 mus †in delictis,quæ etiā in minimis committuntur,
* §.gallinarum,Inſt.de rer. diuiſ.& hoc docet ſtylus *
Datariæ,& Cancellariæ.

Et vendicat ſibi locum,etiam ſi primum re ipſa cō
73 ſequutum†nō ſit,ſed literæ habeantur, Card.in clem.
2.q.12.de off.ord.Rot.deciſ.12.de renunc.in nou.Fr.
de March.deciſ.Delphin.1180.num.7.& ſequ.p.pri-
* ma communis*teſte Burſat.loco cit.de iure enim ad
74 rem†propter firmam & probabilem ſpem,quæ habeē,
* eſt facienda mentio, vt fuit* reſolutum in vna Ro-
mana cappellaniæ de Præſepijs,coram Guido. bono.
17.Iunij 1552.& coram Ant.Auguſt.16.Martij eod.
anno,teſte Caputaq.deciſ.55.p.1.& faciunt, quæ ſcri
bunt Aretin.conſ.7.col.2.Sarn.de non tollen.iur.quę
75 ſit.q.4.& etiam†ſi primum violenter occupauerit,Fe-
lin.in dict.c.in noſtra,num.7. de reſcr. & etiam ſi ſit
manuale,Cald.conſ.9.de reſcr.Caſlad.deciſ.4.de præ
bend.Quid*autem,ſi ſit Præſtimonium,Gemin.cōſ.
89.col.5.Menoch.de arbitr.iudic.dict.caſ.201.num.
77 55.cum ſequen.vbi declarat, † quid ſit præſtimoniū.

Amplia,vt etiam tenetur Reſignatarius facere mē
78 tionem*penſionis,vel penſionum quam,vel quas ob-
tinet ſuper altero beneficio,Socin.ſen.conſ.260.col.
1.lib.2.Bero.dict.cap.ſuper literis,nu.72.ver.decimo
quarto.de reſcr.Menoch.dict.caſ.201.nu.51.& com
muniter

79.* muniter *alij,& † Regreſſus,Moed.deciſ.66.cum ſe
quent.in manuſcr.

80 An autem†Reſignatarius debeat facere mentionē
* beneficij reſignati*communis* opinio,eſt negatiua,
Bitignett.deciſ.4.de renunc.Lap.alleg.89.num.6. Se-
raph.deciſ.317.in manuſc.quia per renunciationem
*81 nullum iusſ†remanſit,Innoc.& alij*omnes in c. quod
in dubijs,de renunc.

82 Declara,dummodo†renunciatio fuerit a ſuperio-
re acceptata,Fel.in ca. in noſtra, num.19.de reſcript.
83 nam†alias ſecus,Selu.de benef.p 3.q.11.numer. 100.
Rot.deciſ.12.de renunc.in antiq.Card. Pariſ. conſil.
74.num.5.vol.4.cum tunc remaneat ius Io.de Anan.
in cap.per tuas el 2.in fi.de ſimon. & ſic ceſſat ratio,
de qua ſupra.

84 Limita ſecundo,†niſi reſignatio fuiſſet nulla,quia
* non fuit publicata,vt fuit reſolutum* in vna Calagu-
ritan.canonicatus,Lunæ 8.Februarij 1580.coram Se
raphino,teſte eod.deciſ.317.Regula. quod hodie nō
habet locum,vt dicetur infra, cum loquemur de pu-
blican.lib.ſeq.

85 Limita tertio,ſi†in ea reſignatione non fuit præſti
tus conſenſus,late Put.deciſ.268.*lib.3. quia tunc nō
dicitur reſignatum beneficium.

86 Limita quarto,niſi fuiſſet facta†renunciatio in ma
nibus priuati,Caſlad.deciſ.2.de renunc.num.5.

87 An autem ſit faciēda mentio de beneficio habitu
curato,vide latiſſime Burſat.conſ.352. vol. 4. & cum
* hoc dubium fuiſſet propoſitum in Rot.in vna* Fir-
man. Parochiali, coram Quiroga, 16. Decembris
1558.fuit adhibita diſtinctio,quod aut adeſt ſpes pa-
rochianos poſſe reuerti,& hoc caſu, ſi narratum eſt
beneficium eſſe ſine cura,impetratio eſt ſubreptitia:
aut nulla adeſt ſpes, vt quia per 40. annos Eccleſia
non habuerit parochianos,& hoc caſu valet impetra
88 tio:nam ſtatus beneficij ¦curati videtur † permutatus
in ſimplex per ſpatium quadraginta annorum,vt ha-
betur in lib.diuerſ.deciſ.116.

89 An vero debeat facere† mentionem de gratia nul
* la ? communis opinio* eſt negatiua, teſte Gam-
mar.deciſ.26.verſiculo item in vna,& deciſion.36.in
manuſcripta.

90 Quinto,debet Reſignatarius † exprimere,ſi aliquā
habet inhabilitatem:namque debet narrare crimen,
in quo inuolutum ſe reperit, vel infamiam, ſi ex illis
excluderetur,Cald. conſil. 20. de præben.& conſilio
quarto,de accuſ.Bellam.deciſ.697.num.5.Io.Selu.de
benef.p.3.quæſt.11.num.152.Felin.in cap.poſtulaſti,
* colum.4.de reſcrip.&*communiter alij, & illegitimi
91 tatem,late Card.Pariſ.conſ.43.volum.4.& Card. Pa-
leott.& noth.& ſpur.cap.57. alias nulla eſt reſignatio
* vt fuit.reſolutum * in vna Salamantin.beneficij San-
cti Thomæ coram D.Capizucco.die 12.Decembris
1552. & die 19. eiuldem menſis,& anni,teſte Capu-
92 putaq.deciſ.8.p.prima, vel ſi pluries † fuit diſpenſatus
ratione plurium defectuum,Dec.conſilio 695.nume
93 ro 32.vel ſi habet morbum caducum, † de quo face
re debet mētionem,ſi beneficium reſignatum requi-
* rit aliquem ordinem, vt fuit reſolutum in Rot.* in
vna Tullen.Canonicatus, & præbendæ, coram Ve-
ſtano,die 4.& nono.Nouembris,1551.& 11. Martij
1552.teſte Caputaq.deciſ.229.p.2. in impreſſ.& de-
ciſ.135.libro primo,in manuſcript. ex Butr. in cap.
penult.not.3.de corpor.vitiat.Innoc.Io.Andr.Card.
Abb.& Imol.in cap.cum inter Canonicos,3.de elect.
94.& hoc caſu nullus eſt regreſſus, † non facta mentio-
ne,quod laborat morbo caduco,vt fuit reſolutum in
* dict.*Tullen.teſte Caputaq.deciſ.7.p.1.ſecus autem
95 † in aliis beneficijs, vt fuit reſolutum in vna Tole-
tan.Canonicatus,& præbendæ coram Pelegrino,te-
ſte Card. Sanctæ Crucis deciſ.92. & tradit Caputaq.
96 dict.deciſ.229,idemque procedit in morbo† epilepti
co,Caputaq.deciſ.48.p.2.& ſic de ſimilibus, nam æ-
quum eſt,vt defectus narret, ſicut & dignitatem ſuā
97 † debet exprimere,Abb.Dec.Bero.Mantua.& com-
* muniter*Doctores in cap.ad aures, de reſcrip. Card.
Pariſ.conſil.74.volum.4.Menoch.dict. caſ. 201.nu-
mero 40.

98 Sexto,debet exprimere,ſi eſt intruſus, Abb.in cap.
cum iam dudum,colum.2.de præbend.& in ca. pro-
pterea vlt.not.de iur.patron. Caſlad. deciſ. 6.num.7.
* de præb.& * communiter alij, vt per Menoch.dict.
caſ.201.num.129.

Septimo,narrare debet Reſignatarius, ſi aliquis
99 eſt intruſus annalis in beneficio† reſignato,nam alias
non valet reſignatio, vt habetur in regula de annali,
100 quæ vendicat ſibi locum, etiam in † reſignationibus,
quando poſſeſſor poſſedit per annum pacifice, ante
quā ceſſio facta ſit,Caſlad deciſ.15. ſuper reg. & fuit
* *deciſum in vna Oueten. Archidiaconatus de Villa,
* coram Guidobono 27.Aprilis 1551.&in vna*Augu
ſtan.Præceptoriæ 2.Octobris,1551.coram Capizuc
co,teſte Caputaq.deciſ.20.p.3.& per conſequens ius
non ab dicatur a reſignante,Put.deciſ.48.in prin.lib.
1.vbi ex hoc refert in vna Conchen.Sancti Michae-
lis*fuiſſe coram ipſo concluſum die 20. Nouembris
1540.reſignatario nō ſuffragari gratiam,ſi neutri,po
101 ſtea impetratā,quia gratia†ſi neutri,dicitur noua gra
tia,Rom.conſ.362.& habet tacitam conditionem, ſi
102 beneficium†vacat,Put.deciſ.280.lib.2.

Et ſi reſignatio non ſiat in fauorem, ſed ſimplici-
ter coram Papa, debet impetrans exprimere benefi-
cium vacare ex reſignatione; nam,ſi dicat vacare per
103 obitum,& vacat per reſignationem,†vel econtra,col
latio eſt nulla,Fel.in c.in noſtra num.37.in ſi.de reſc.
Selu.de benef.d.p. 3.q.12. num.72.Rot. deciſ.53.de
reſcr.in antiq.Rot.deciſ.22.de præb.in nou.Menoc.
* de arbitr.iud.d.caſ.201.num.103.&* cōmuniter Do
ctores in c.ſuſceptum,de reſcrip.lib.6. & vltra modū
104 vacationis eſſet etiam exprimendum nomen ceden
105 tis,ſicuti eſt exprimendum nomen,ex cuius † morte
vacat beneficium,Staphil.de liter.grat.rubr. de mod.
& form. impetra. verſ. ideo cauti, Rebuff.in prax.3.
part.ſignat.in verb.alia clauſula,num.2.& ita practica
* tur*de ſtylo vulgari.

Rurſus alia exprimuntur,quæ apponuntur per co
piſtas,ac per Notarios ſecundum caſus cōtingentes,
vt licet colligere ex formulis poſitis ſup.lib.8.q. 7. &
plura poſſem dare exempla,vno tamen ero contētus.
106 ſi reſignatur Archidiaconatus, †qui habet vocem in
Capitulo,vtique de hoc facienda eſt mētio, alias nul
* la reſignatio,vt fuit reſolutū*in Rot.31.Maij.1557.
in vna Carthaginen.Archidiaconatus, teſte Card.
107 Paleott.deciſ.4.in manuſcrip.namque de iure† Archi
diaconus non habet vocem in Capitulo, Selu.de be-
neſ.p.2.q.16.num. 8. ideo de hac qualitate facienda
erat mentio,Fel.in cap.poſtulaſti, num. 50. & 51.de
reſcr.cum aliis rationibus adductis per Card. Paleot.
dict.dec.& deciſ.1.& 3.

SVMMARIVM.

1 *Reſignatarius tenetur verificare omnia narrata in
gratia reſignationis.*

2 *In impetratione debent verificari narrata.*
3 *Narratiua est pars gratiæ.*
4 *Gratia omnis habet conditionem, veris existentibus narratis.*
5 *Etiam narratiua, negatiua concepta, est verificanda.*
6 *Impetrans beneficium, ex eo quod alius literas non expediuit, debet hoc probare.*
7 *Impetrans debet verificare mensem expressum.*
8 *Mensis, quando exprimendus.*
9 *Resignatarius tenetur docere de resignatione.*
10 *Literæ non expediuntur, nisi viso consensu.*
11 *Noua prouisio, & gratia si neutri, quando censeatur nulla, non probata resignatione.*
12 *Resignatione annullata, omnes clausulæ sunt nullæ.*
13 *Resignatarius debet probare adimplementum conditionis.*
14 *In resignationibus conditionalibus debet constare resignationem esse adimpletam.*
15 *Resignatarius, non adimpleta cõditione, habetur pro intruso.*
16 *Resignatarius, non verificata conditione, non dicitur successor ad effectum allegationis Lapi.*
17 *Adimplementum conditionis est probandum.*
18 *Resignatarius tenetur probare familiaritatem Cardinalis.*
19 *Familiaritas est verificanda, cum taxatiue est expressa.*
20 *Familiaritas, quomodo probetur.*
21 *Commensalitas probanda est.*
22 *Familiaritas vera, quæ sit corpore, & dentibus.*
23 *Commensalis continuus, qui dicatur.*
24 *Commensalitas non præsumitur.*
25 *Resignatarius tenetur probare causam.*
26 *Causa expressa in Coadiutoria est probanda.*
27 *Resignatarius debet probare se esse clericum.*
28 *Impetrans debet esse clericus.*
29 *Qualitas Rom. in beneficijs Verbis probanda.*
30 *Clericatus potest probari per literas Episcopi.*
31 *Clericus, an probetur per indicia.*
32 *Clericatus probatur ex longo vsu.*
33 *Testes duo, qui fuerunt præsentes actui, probant clericatum.*
34 *Clericatus, an probetur per famam.*
35 *Clericatus illegitimi ex sola fama non probatur.*
36 *Resignatarius tenetur narrare ætatem expressam.*
37 *Ætas expressa in coadiutoria verificanda.*
38 *Ætas probatur per librum baptismi, & librum patris.*
39 *Resignatarius tenetur verificare valorem expressum.*
40 *Valor expressus in gratia verificandus, apponente aduersario.*
41 *Valore non verificato, gratia dicitur subreptitia.*
42 *Resignatarius dicitur intrusus, non verificatis narratis.*
43 *Noua prouisio non prodest, non facta mentione intrusionis, & fructuum male præceptorum.*
44 *Ea, super quibus se fundat Papa, in gratia sunt verificanda.*
45 *Accessus reseruatus ex causa cessionis dicitur iustificatus, si constat de lite.*
46 *Ea, quæ inducunt Papam ad facilius concedendum, sunt verificanda.*
47 *Doctoratus expressus debet verificari.*
48 *Doctoribus facilius conceduntur beneficia.*
49 *Doctoratus, quomodo probetur.*
50 *Narrata sunt verificanda ad canonizandam gratiam quando alter excipit, vel opponit.*
51 *Fundans se in dispensatione debet illam probare.*
52 *Fundans se in aliqua dispositione debet illã probare.*
53 *Ad capiendam possessionem non requiritur verificatio narratorum.*
54 *Idoneus quis præsumitur, nisi aliud probetur, & numero 61.*
55 *Resignatarius debet probare suam idoneitatem.*
56 *Idoneo confertur beneficium.*
57 *Idoneitas requisita a lege non præsumitur, sed est probanda, etiam si ille sit omni exceptione maior.*
58 *Idoneus non præsumitur quis, vbi agitur de vtilitate animæ.*
59 *Idoneitas est probanda, cũ agitur de præiudicio tertij.*
60 *Patronus debet inquirere de idoneitate præsentandi.*
62 *Castus, & sobrius quis præsumitur.*
63 *Bonus quis præsumitur.*
64 *Literatus quis non præsumitur.*
65 *Idoneitas ad aliquod munus potest per testes probari*
66 *Literatura probatur per examen personæ.*
67 *Idoneitas est probanda excipiente tertio aut opponente.*
68 *In prouisis, quid obseruetur in Curia.*
69 *Quid committatur Ordinario per expeditionem in forma dignum.*
70 *In examine Ordinarij non requiritur citatio.*
71 *Canonicatus hodie ponuntur in concursu in Curia.*

QVAESTIO III.

Ertio, Quæro, quid teneatur Resignatarius verificare? Doctores communiter* respondent, teneri verificare omnia narrata in gratia † resignationis, Io. And. Fel. & alij in c. cõstitutus, de rescr. Inn. in c. 1. vt lit. nõ contest. Gem. cons. 128. num. 4. Bellam. decis. 76. num. 7. Sarn. de iur. quæsit. non toll. q. 7. nu. 5. Card. Paris. cõs. 138. num. 3. vol. 4. Moed. decis. 260. in eadem, & decis. 301. Tolet. col. 3. in manusc. Put. decis. 300. num. 2. lib. 1. & decis. 245. num. 1. lib. 1. Idem Put. decis. 197. num. 5. & 322. num. 2. lib. 3. * communis opinio, teste Bursat. cons. 411. num. 3. vol. 4. & fuit resolutum, & dictum in vna Tiraſonen. corã Achille de Grass. 14. Octobris 1552. teste Caputa. decis. 240. p. 2. & in vna Asculan. 19. Aprilis 1551. coram Guid. bon. & in alia Calciaten. Scholastriæ, coram Accorã bono, 9. Iunij, 1553. teste eod. Caputaq. decis. 39. p. 2. & in vna * Comen. Præposituræ, coram R. P. D. Bubalo, 1584. 15. Decembris, & in vna * Calagurit. Archipresbyteratus die Mercurij 8. Aprilis 1587. corã R. P. D. Gipsio Auditore Rotæ Doctissimo, & in alia Burg. coram eod. 18. Februarij 1585. & in alia Calciaten. Scholastriæ, 6. Nouembris 1587. corã eod. & in alia * Aquil. canonicatus, Lunę 13. Iunij 1588. & die veneris 29. Aprilis 1588. coram eod. regulare. n. est, vt in qualibet † impetratione debeant verificari narrata, vt omnes * Doctores supra citati dicunt, & fuit pluries resolutum in Rota, quãdoquidem † narratiua est pars gratiæ, & c. ex parte, de rescr. Caputaq. decis. 29. p. 2.

Quia omnis gratia † habet conditionem in se, scilicet veris existentibus prænarratis, Moed. decis. 304. Fel. in c. 2. sub num. 1. de rescript. fuit * dictum in una Lucan. coram R. P. D. Comitulo Auditore Rotæ doctissimo hoc mense.

Etiam

5 Etiam si talis † narratiua negatiue sit concepta, Card. Paris. cons. 138. circa princ. volum. 4. Ideo impe
6 trans beneficium, ex eo, quod alius † literas non expediuit, debet hoc probare, & sic verificare huiusmo
* di vacationem beneficij, vt fuit resolutum * in vna Florentin. parochialis coram R. P. D. Seraphino. 21. Nouembris 1569. teste eod. decis. 89. manuscr. incip. fuit resolutum.

7 Hinc impetrans † tenetur verificare mensem expres
8 sum, Caputaq. decis. 136. lib. 2. in manuscr. & quando sit exprimendus † mensis, vide, quod resoluit Rot. vt per Put. decis. 443. lib. 1.

Ex quo primo infertur, resignatarium teneri doce
9 re de resignatione, † super qua fundatur sua gratia, Put. decis. 400. lib. 1. & decis. 268. lib. 3. quod satis dici
* tur constare ex litteris, nam de * stylo notorio † lite-
10 ræ non expediuntur non viso consensu præstito per resignantem in Camera, vel Cancellaria extento. Et ideo, si resignatarius fundet se in noua prouisione,
11 aut gratia si neutri, in qua narret resignationem † vtique nõ probata resignatione, noua prouisio, aut gratia si neutri censetur nulla, & subreptitia, vt fuit reso-
* lutum * in Rota in vna Salamantin. 15. Decembris 1592. teste Put. decis. 400. lib. 1. in qua etiam fuit pronunciatum, quod N. in cuius fauorem erat concessa noua prouisio, non poterat per clausulas generales, si
12 ue alio quomodo capere † beneficium, nam resignatione non probata omnes clausulæ, tamquam nullæ,
* nihil operantur, vt fuit * resolutum in vna Legionen. canonicatus 14. Octobris 1549. teste Put. dict. decis. 268. libr. 3. Secundo, infertur, resignatarium debere
13 probare † adimplementum conditionis, vt fuit reso-
* lutum in Rot. * in dicta Comen. Præpositurę coram R. P. D. Bubalo 15. Decembris 1584. quia in resi-
14 gnationibus conditionalibus debet constare resignationem esse adimpletam, vt scribit Card. S. Crucis dec. 2. in manuscrip. & diximus libro 1. quæst. 3. quia re-
15 signatarius non adimpleta conditione † habetur pro intruso, Put. decis. 99. num. 1. lib. 3. vbi refert die 18.
* Iunij 1549. * in causa Fundan. Præceptoriæ fuisse ita resolutum, & gratiam si neutri non suffragari, neque
* nouam prouisionem, & alias resoluit * Rot. 12. Iunij 1552. in vna Placentin. Parochialis coram Anto. Augusti. vt habetur lib. diuers. manuscr. decis. 307. resi-
16 gnatarium non dicit successorem ad effectum allegationis Lapi non verificata resignatione, & conditio-
17 ne in ea apposita, & facit, quia adimplementum conditionis regulariter est probandum, Bar. in l. Iulianus §. offerri, num. 2. ff. de act. empt. Crauett. cons. 151. numero 8. Corn. cons. 106. numero 57. libro primo, Cæphal. cons. 97. num. 37. lib. 1. Dec. cons. 102. num. 9. & 17. lib. 3. Menoch. cons. 1. num. 364. lib. 1. Bursa. cons. 45. num. 6. lib. 1. communis opinio, vt per Mascard. de prob. conclus. 890. col. 1.

18 Tertio, infertur, † resignatarium teneri verificare familiaritatem Cardinalis, si eam narrauit in sua gratia resignationis, alias resignatio est nulla, vt fuit reso-
* lutum in vna * Arboren. Archipresbyteratus, teste Pelegrin. decis. 158. lib. 3. qui decis. 160. eod. libro. 3.
19 in manuscr. hoc declarat procedere, quando † taxatiue esset expressa familiaritas, iuxta decis. 582. & 727. in
* antiq. & dicit hoc esse de mente * Rotæ. Et huiusmodi
20 familiaritas probatur per testes † hoc dicentes, & sufficit vnus testis de visu, & alij de auditu, vt fuit resolutũ
* in Rota in vna Corduben. * pensionis, & beneficij
21 die 13. Iunij 1548. teste Put. decis. 134. libro tertio, & debet probari familiaritatis, & continua in domo †

commensalitas, cap. vlt. de verb. signif. lib. 6. August. Ber. quæst. 35. Mascard. de probat. concl. 755. num. 1.
22 nam illa dicitur vera † familiaritas, quæ corpore, & dentibus fit, vt vtar verbis Gemin. in dict. cap. vlt. in penult. not. Sarn. regul. de impetrand. benef. vacan. per
23 obit. famil. Card. q. 13. & ideo dicitur † continuus cõmensalis, qui comedit in tinello, vel comedere potest
* vt fuit * resolutum, vt per Crescent. decis. 225. in manuscr. & huiusmodi † commensalitas non præsumitur,
24 * vt tenuit Rot. * teste Sarn. d. q. 13. sub num. 5. vbi alia ad rem deducit.

25 Quarto infertur, † resignatarium teneri verificare causam expressam in resignatione, vt de causa expres-
* 26 sa in coadiutoria * iudicauit Rot. in vna Ispalẽ. Sancti Saluatoris 20. Octobris 1543. teste Put. decis. 62. lib.
* 2. & est * communis opinio.

27 Quinto infertur † resignatarium teneri probare se
* esse clericum, vt est communis * opinio in quolibet
28 † impetrante, Mascard. de probat. conclus. 301. num. 2. & si narrauit esse Clericum Romanum, debet hoc verificare, ideo 21. April. 1567. in vna Roman. cano-
* nicatus coram R. P. D. Seraphino fuit concluſum, * quod resignatio sit subreptitia, cum in impetratione beneficiatus Sancti Petri narrauerit se esse clericum Romanum, & in resignatione canonicatus cuiusdã collegiatæ dixerit se esse forensem, teste eod. Seraphino decis. 26. incip. quamuis, libr. 1. qui clericatus po-
30 test probari per litteras † Episcopi attestantes se contuliſſe ordines illi, late Fel. in cap. post cessionem numero 3. & num. 15. vers. fallit, 7. de probat. Gramma-
* tic. decis. 81. num. 1. Communis * opinio, vt per Ma-
31 scard. de probat. concl. 305. & per † indicia, ac argumenta Glos. in cap. inter quatuor verb. per argumenta per illum text. de cleric. Peregrin. Boer. decis. 171. num. 25. & per confessionem partis, Crauett. consilio 93. num. 4. & ex diuturna † possessione, Doctores in cap. illud, de præsumpt. Paul. de Castr. consilio 202. in causa Conſinium numero 3. libro 1. cum alijs, ut per Mascard. de probat. conclus. 304. numer. 1. cum
32 seq. & per duos † testes, qui fuerunt præsentes actui cap. 2. & 3. de Cleric. peregrin. Alexand. consilio 107.
* num. 7. lib. 7. Guid. Papa quæst. 474. & fuit * resolutũ in Rot. vt per Guido bon. decis. 133. manuscripti. &
34 per † famam, concurrentibus aliquibus adminiculis,
* vt fuit resolutum in vna * Ierdien. Decanatus, teste Papazon. in addit. ad decis. 2. de fil. presbyt. in nou. nu
35 me. 13. nisi ageretur de clericatu illegitimi, qui ex so-
* la fama non probari fuit resolutum * in Rot. in vna Calaguritan. die 13. Octobris 1542. coram Thoma de Tanis, teste Put. decis. 363. lib. 1. attestantur etiam Card. S. Crucis decis. 26. Guidobon. decis. 133. in manuscriptis.

36 Sexto, Infertur † resignatarium teneri verificare ætatem, quam narrauit, vt fuit * resolutum in Rot. vltima Martij 1542. teste Put. decis. 300. lib. 1. & in una Tarraconen. Præceptoriæ coram Thoma de Tan. 4. Nouembris 1541. teste eod. Put. decis. 187. num. 4. libr. 1. vbi loquitur de eo, qui dixit esse in duodecimo anno constitut.

37 Hinc impetrans † coadiutoriam debet verificare coadiutoriam esse in anno 60. vel 70. vt expressit, ut
* fuit resolutum in Rot. * in vna Ispal. portionis coram Vestano 22. Maij 1551. telte Caputaq. decis. 128. p. 1. & 27. Ianuarij 1576. coram R. P. D. Seraphino, & æ-
38 tas probatur per librum † Baptismi, qui conseruatur in Ecclesia parochiali, & per scripturam patris, *
ut fuit resolutum in una Fulginaten. canonicatus

coram Romano 15.Iunij 1551.teste Caputaq.dec.314.p.& alijs modis,vt per Mascard, de probat. concl.666.

Septimo,Infertur, resignatarium teneri verificare
39 valorem expressum†in supplicatione deductis oneribus perpetuo impositis super fructibus eiusdem beneficij,Cassad.dec.119.de præben.Fel. in c. ad aures col.3.de reser.& ibi Dec.Rip.Ber. & comuniter alij,
* Caputaq.dec.328.col.1.p.3.& est* communis reso
40 lutio, gratiatum teneri verificare† valorem expressum in supplicatione opponente aduersario, vt* fuit
* pluries resolutum in Rot.primo coram Silvestro, secundo coram Crescentio in*vna Calaguritan.tertio
* coram Io.Paulo 22.Octob.1540.teste Put.dec.if. 24.
* lib.1.& alias die 23.Iunij 1538.fuit*resolutum impetrantem teneri verificare beneficium esse in taxa, teste Sarn.dec.if.61.lib.1.in manuscr.quo non probato
41 gratia censetur subrepticia,vt statuit Vrbanus V.teste Rot.dec.if.20.de præb.in nou.& alij Pontifices,vt.p Sarn.de val.Rom.consi.362.num.3.Cappell. Tholos. dec.if.435.Card.cons.31.cum alijs,vt per Menoch.de
* arbit.iud.cas.201.num.77.Communis* opinio,teste Mascard.de probi.concl.887.col.1.2.&3.

Octauo,Infertur ad resolutionem factam per Do
* minos de Rot.*in causa Fundan.Præceptoriæ S.Antonij,quòd resignatio facta ad fauorē N.cui fuit cōmendata dicta Præceptoria, vt infra sex menses teneatur habitum suscipere,& professionem emittere, alioquin,hoc tempore elapso, teneatur illam dimittere,requirit verificationem professionis, & habitus su
42 scepti,de quo, si non constat,† resignatarius dicitur intrusus,etiam si habuerit nouam prouisionē, & gra
43 tiam si Neutri,quæ ei† nequaquam prodest,non facta mētione intrusionis,& fructuum malæ perceptionis,Cald.cons.19.de rescript.& cons.11.de præbend. Cassad.dec.if.6.de probat.Fel.in c.postulasti col.pen. in fin.de reser.

Nono,infertur resignatariū teneri verificare alia,
44 super quibus Papa se fundat ad†concedendum gratiā
* vt fuit resolutum*in Rot.in vna Tirasonen.prætensæ erectionis,14.Octob.1552.coram Montis Flasconen.teste Caputaq.dec.if.240.par.2.

Hinc,si fuit reseruatus accessus ex causa cessionis
45 iuris causæ,† & litis,ad hoc, vt dicatur iustificatus,
* debet doceri de lite,vt fuit sententiatum* in Rot.in vna Segunti.integræ portionis coram Guid.Bonō die 19.Februarij 1552.teste Caputaque dec.if. sexta parte prima.

Decimo,Infertur, resignatarium teneri verificare
46 ea,quæ narrauit† in supplicatione,& induxerūt Summum Pontificem ad facilius concedendum, vt colligitur ex doctoribus citatis per Iacob.Menoch.de arbitr.iudic.cas.202.num.24.& potest poni exemplum
47 in Doctoratu expresso,qui†debet verificari,cum Pa
48 pa facilius concedat Doctoribus † beneficia,ca.cum
* in cunctis*§.inferiora de elect.ca.de multa de præb.
* vbi Innoc.Abb.Dec.& alij*omnes,c. quam.o de magistr. Dec.Inc.proposuisti col.vlt.de prob.quæ qualitas† Doctoratus probatur sufficienter per priuilegium,& per duos testes deponentes de publica voce,
49 * & fama,vt fuit*decisum in Rot.die 21.Maij 1554. coram Oradin.in vna Pampilonen.Hospitalariæ,teste Caputaq.dec.if.277.p.1.& alias,teste eod.Caputaque.dec.6.p.2.Declara,hæc procedere,quoties vult resignatarius canonizari facere suam gratiam. nam
50 quę tunc ad illam canonizandam requiritur,vt verificet narrata in ea,vt quia alter excipiat, aut oppo-

nat,Specul.in tit.de except.§. nunc videndum nume. 23.vers.licet autem,Io.And.in c.1.de lit.contest.lib. 6.Zabarell.cons.69.quo ad primum,col.vlt. Oldrad. cons.256.Fel.in cap.constitutus de rescript.Soc.sen. cons.164.vol.2.num.6.lib.2.& * communiter alij,vt per Mascard.de prob.concl.1123.num.4.5.& 6. arg. l.3.C.de non numer.pecun.arg.c. quia circa de consangui.& affin.

Hinc fundans† se in dispēsatione debet illam probare,Oldrad.dic.cons.256.num.2.& in qualibet alia
52 dispositione,†Socin.dict.cons.164.num.6.Io.Andr. in c.1.de homicid.li.6. Quo vero ad capiendam possessionem huiusmodi†probatio nequaquam requiritur,vt est* communis,& recepta Doctorum sententia in stylo* obseruata; namque videmus resignatarios capere possessionem beneficij resignati in curia, vel extra,absque verificatione narratorum.

Dubitatur tamen, An Resignatarius teneatur probare suam Idoneitatem? Negatiue videtur respon-
54 dendum; quia in dubio quis præsumitur† Idoneus, nisi contrarium probetur,cap.vlt.& ibi Felin.de præsumpt.Bald.in l.2.num.7.C. quand. prouoc. non est necess.Bisignett.dec.if.6.num.8.de præben. Boer. dec. if.171.num.10.Alciat.tract.præsumptio.reg.3. præsump.3.Lambert.de iur.patron.art.2.† 10.q.princip.p. 3.2.lib.num.1.& est*Communis opinio.In contra-
** rium tamen est veritas, & magis Communis ** opinio,vt resignatarius debeat probare suam Idoneitatem,†scilicet ætatem,scientiam doctrinam, Glos. in c.si forte,de elect.in 6.in verb.euidenter.Abb.in cap. cum in iure,sub num.2.de elect.cum alijs,vt per Nicolt.in Rubr.de nou.oper.nunc.num.288. Rot.dec.
* if.8.de probat.in nou.vbi attestatur de*stylo de magis Communi, Mascard.de probat.concl. 878. num. 4.in terminis nostris Put.dec.if.597.num.5. libr. 3.& est ratio,quia secundum canones prouisus de aliquo
56 beneficio debet esse† Idoneus,moribus, scientia, & ætate,c.cum in cunctis,ubi omnes,de elect. & tamē, vbi Idoneitas requiritur a lege, tunc non præsumitur,sed est probandā,†& si ille,de cuius habilitate agi
57 tur,re vera esset omni exceptione maior, Bart.in l. 1.§.si quis neget.ff.quemad.testam.aper. Dec. cons. 3.col.4.Paris.cons.24.num.17.vol.3.Roland. a Vall. cons.30.num.56.vol.1.Corn.cons.132.circa fin.lib. 1.Alex.cons.44.num.2.vol.4.Ias.cons.153.num.5.libro 2.& est*communis opinio,teste Grat. consil.2. num.35.lib.1.Accedit,quia,quoties agitur de vtilitate animæ,† quis non præsumitur idoneus, sed debet
58 hoc probare,Glossvlt. in cap. consulti sumus de regul.Felin.in cap.dudum numero decimoquarto, de præsumpt.& hic agitur de vtilitate animæ,vt idoneus Rector præficiatur, & est regulare, vt quoties agitur† de præiudicio tertij, Idoneitas sit probanda, Abb.in dict. cap.cum in iure de elect.in primo not. Felin.dict.capit.Dudum numero duodecimo. Hinc quoties patronus vult præsentare aliquem, non de-
60 bet præsumere illum † esse Idoneum, sed debet diligenter inquirere,quo ad fieri potest,de idoneitate ipsius præsentandi, Imbert.de iur.patron.artic.secundo.10.quæst.princ.parte prima libro secundo,numero 7.& 8.

Non obstant Doctores in contrarium allegati,
61 volentes, quem in dubio † præsumi idoneum.namque id procedit quo ad idoneitatem intrinsecam,
62 † ut est castitas,sobrietas,& similia.nam hæ præsumūtur,Glos. in l.si vero §.qui pro rei.verbo dubitatur, ff.qui satisd.cogant.per l.cum quida ff.de leg.2.Fel.d. cap.du-

* cap.dudum de præsumpt.num.11.& est*Communis opinio,non autem quo ad Idoneitatem extrinsecam, vt scientia,ætas,& similia,Glos. in cap. si forte de electio.lib.6.Ita distinguit Alciat.de præsumpt.regul.3. præsumpt.3.Lambert.loc.cit.num.4.Mascard. de pro
* bat.d.concl.878.& est*Communis dist.
63 Hinc bonus†quis præsumitur, cum hęc sit qualitas intrinseca,Marsil.in l.1.nume.67.ff. de ficar.Dec. in l.milites num.23.C.de militar.testam.Crauett.consilio 60.num.7.Socin.Sen.consi15.colum.1.lib.1.Alciat.de præsumpt.reg.3.præsumpt.2.& est communis
* *opinio.
64 Hinc litteratus†non præsumitur,cum hęc sit qualitas extrinseca,Felin.in c.vlt.de præsumpt. Mascard.de prōba.concl.986.num.1.& idoneum ad aliquod subeūdum munus aliquem esse,poterit per testes†probari,deponentes de habilitate prouisi ante confectionē
* litterarum Rot.dec.if.8.de prob.in nou.vbi attestatur de*stylo curiæ,& cancellariæ,Rot.dec.if.6. de testibus
66 eod.lib.& litteratura†de stylo regulariter solet proba ri per examen personæ,c.si forte de elect.in 6.vbi Ge
* min.col.vlt.& alij omnes,&*ita fuit decisum in Rot. vt habetur dict.dec.if.8.de probat.in nou.& dec.if.17. de consess.præb.eod.lib.Mascar.de proba.concl.877. num.8.Bellam.dec.if.113.magistratus.

Declara,vt huiusmodi conclusio intelligatur, cum alter excipit,aut opponit:nam tunc tenetur resignata
67 rius suam qualitatem†probare,iuxta ea,quæ fuerunt la te deducta supra. Quo vero ad capiendam possessionem,non requiritur dicta probatio, vt dixi etiam su-
* pra.Et hodie vulgatissimus est*stylus,vt,quoties pro
68 uisus, siue per † obitum,siue per resignationem,est in curia post signatam supplicationem, ante vero confectionem litterarum,recipiantur testes super eius idoneitate,†.super naralibus,ætate,& moribus,quo facto relaxatur supplicatio,& deuenitur ad expeditionem litterarum.Si vero prouisus est extra curiam, fit expeditio in forma dignum,de qua dictum est lib.8.qu.7.in
69 fin.nam committitur†Ordinario,vt,constito de habilitate N.illi conferat,vt not.in clem.iudex de off.dele. Lap.alleg.60.nu.3.Bar.in l.muto,§.sub conditione in fin.ff.de tutor.& habemus ad hoc const.Pij V.162.in cip.Cogit.& tunc testes super idoneitate recipiuntur per Ordinarium,& per eundem examinantur, idque
70 expeditur absque citatione,†Bal.in l.neque natales n. 8.C.de proba.Rom.sing.369.Innoc. in c. in causis de elect.Rot.dec.if.9.de consess.prēb.in nou.Lap.allega. 66.Franc.in c.si tibi absenti col.4.de præb.lib.6.Ioan.
* And.in c.ex parte de accus.& est communis* opinio, vt per Mascard.de proba.dict.conclu.877.nu.2.cum seq.vbi limitat.

Et non.est omittendū,quid S.D.N.Grego.XIIII.
71 ordinauit,†vt non dentur amplius benef. in Curia requirentia residentiam,nisi prævio examine,idque suo tempore fuit in viridi obseruantia: namque dignitates,& Canonicatus,Metropol.aut Cathedrales ponebantur ad concursum.

SVMMARIVM.

1 *Resignatarius non tenetur docere de titu.sui prædecessoris.*
2 *Successor in benef.per obitum non tenetur verificare titulum sui accessoris.*
3 *Mortis naturalis,& ciuilis eadem est ratio.*
4 *Possessio auctoris præsumitur continuata.*
5 *Petens benef.ex causa permutationis satis est proba-*
ve compermutantem pro tali habitum esse.
6 *Impetrans per obitum, sat erit probare communem reputationem.*
7 *Nominato sufficit probare possessionem prædecessoris.*
8 *Aestimatio communis,quomodo probetur.*
9 *Contra allegat.Lapi,an admittatur probatio.*
10 *Probatio triennalis requiritur pro allegat.Lapi.*
11 *Rota quare reduxit ad triennium alleg.Lapi.*
12 *Possessor pacificus,qui dicatur.*
13 *Probatio triennalis,an habeat locum in petitorio.*
14 *Probatio triēnalis,an habeat locum, vbi impugnatur titulus auctoris.*
15 *Allegans inhabilitatem resignantis debet illam probare.*
16 *Possessio notorie iniusta prædecessoris non nocet.*
17 *Resignatarius non tenetur probare titulum.*
18 *Possessio pacifica facit præsumere pro titulo.*
19 *Solemnitas extrinseca præsumitur ob diuturnitatem temporis.*
20 *Titulus præsumitur ex diuturno cursu temporis.*
21 *Ex institutione,& confirmatione,an probatur titulus*
22 *Titulus matrimonij, præsumitur ex diuturna cohabitatione.*
23 *Triennalis,vbi habeat locum.*
24 *Præsumitur Episcopum non tolerare intrusum.*
25 *Trien nalis inducit præsumptionem tituli.*
26 *Benef.non potest obtineri sine Canonica institutione.*
27 *Contra triennalem admittitur probatio.*
28 *Titulus in profanis præsumitur ex spatio vo.annorum*
29 *In causa possessionis adipiscendæ requiritur,vt tentās tale possessorium probet iustum titulum.*
30 *Spoliatus tenetur probare titulum.*
31 *Episcopo inquirente ex offic. possessor debet probare suum titulum.*
32 *Episcopi in visitatione inquirunt de titulo.*
33 *Curati tenentur titulum ostendere.*

QVAESTIO IIII.

QVARTO, Quæro, An Resignatarius teneat̄ do
* cere de titulo sui prædecessoris? Cōis*opinio
1 est negativa,†quam tenent Host.Imol. & alij in c.illud de præsum.& in c.Innotuit de eo, qui furt. ord.recep.Lap.alleg.89.Bellam.dec.if.112.& dec.545. Cassad.dec.if.2.num.4.de caus.poss.& proprieta.Boer. quem refert,& sequitur Mascard.de probat. conclus.
* 175.nu.1.& 2.& conclus.1373.nu.4.& hanc esse*cōmunem opinionem habes in 1. tom. commun.opini. impress.de ann.1584.fol.184.secūdum quam opinionem fuit pluries*iudicatum per Rot.& in specie 9.Septembris 1554.coram Accorambono, vt habetur li. diuers.dec.if.61.in manusc.

Ita successor in beneficio vacante per obitum non
2 teneturtiustificare titulum sui auctoris,qui decessit in pacifica possessione,Lap.dict.allega.89.qui in hoc cō
, muniter*est receptus,& pluries*resoluit Rota.& tamen eadem est ratio in moriente naturaliter,& in mo
3 riente†ciuiliter,Rot.dec.if.28.de procur.in nou. & est
* communis*opinio omnium Doctorum.& facit quod scribit Anch.cons.117.late Mandos.in addit.ad alleg. Lap.vbi infinitos cumulat,& late habes per Mascard. de prob.d.concl.1373.

Iō sufficiet, si resignatarius ,pbet renūciātē pro tali
4 fuisse habitū,& alleget possessionē sui auctoris,q̄ plumē continuata vsq; ad diē resignationis,& illa possessione præsumpta poterit se tueri,Cassad.d.dec.if.2.n.4.

verſ.quod obſeruatur,& deciſ.4.numer.8.verſ.item ſi triennalis de cauſ.poſſ.& propriet. Mandoſ. in addit. ad dictam alleg.Lap.89.q.4.cum alijs,vt per Maſcar. de prob.dict.concluſ.1373.Alciat.regul.2.præſump. * 21.num.5.&ſcommuniter alij,& fuit* reſolutum in Rota in vna Aſculana Sancti Ioannis 22. Nouembris 1557.& in vna Corduben.beneficij tertio Octobris 1559.coram Car. Quiroga. & in vna Conchen. præſtimonij coram Sarn.teſte Creſcen.deciſ.decima quarta in manuſcr.

Ita petenti beneficium ex cauſa permutationis ſa * tis eſt probare†compermutantem pro tali habitum, vt fuit concluſum*per Rot.deciſ.4.de rer.permut.in nou.Mil.in verbo permutans beneficium ſi agit, Abbas in cap.cum venerabilis num.24.Fel. ſub num.11. de excep.Boer.deciſ.150.num.12.Caſſad. dict. deciſ. 2.num.5.Coſmas Guimier in comment.ad pragmat. ſanct.tit.de pacif.poſſeſſ.ſub verbo inquirant, Calde. conſ.10.de rer.permut.&*communiter alij.

Ita etiam impetranti per obitum ſufficit probare 6 communem reputationem†ſui prædeceſſoris,Lap.d. alleg.89.vbi late Mandoſ.in addit. Cappell. Tholoſa. * 467.vbi Stephan.Aufrer.in addit.atteſtatur ita* fuiſſe deciſum ſuo tempore,Ferrett.conſ. 18.num.2.& conſ.472.num.3.Creſcent.deciſ.14.lib.1.in manuſc. * & eſt* cõmunis opinio,vt late proſequitur Maſcard. de probat.dict.concl.1373.num.2. Ita pariter nomi- 7 nato ſufficit probare† prædeceſſorẽ in poſſeſſione beneficij deceſſiſſe, & quod in vita reputabatur verus beneficiatus,Rebuff.in tract.nom.q.17.num.66. vbi * atteſtatur ita fuiſſe deciſum,* Maſcard.alios citat d. concl.1373.num.6.

8 Et communis† æſtimatio,ſeu reputatio dicetur ꝓbata,cum Prælatus ſuperior,& clerici præſertim eiuſdem Eccleſię,& maior pars laicorum,huiuſmodi prædeceſſorem pro vero,& legitimo prælato, ſeu beneficiato habuiſſent,& tenuiſſent,ita Anchar.conſ. 117. * Ferret.conſ.101.num.8.& conſil.132.num.3.& eſt* communis opinio,vt patet ex congeſtis per Mądoſ. in addit.ad dict.alleg.Lap.89.quæſt.8. & tali caſu aduerſarius non poterit probare titulum infectum ſui auctoris,iuxta terminos dictæ alleg.Lap. & Rot.deciſ.4.de rer.perm.in nou.& deciſ.10.eod. tit.in antiq. Caſſad.deciſ.3. & vlt.de procur. quod intellige,vt in tertia declaratione;† Poteſt tamen aduerſarius proba 9 * re non fuiſſe*communiter ita habitum,Abb.in c.dilecto num.8.de præb.Inn.& alij in d.c.illud, Caſſad. deciſ.7.nu.2.ſuper reg.Cancell.cum alijs,vt per Mandoſ.in add.ad d.alleg.Lap.q.9.Maſcard.dict. concluſ. 1373.num.12.

Declara 1.vt vltra communem reputationem pro 10 betur etiam poſſeſſio†triennalis ipſius auctoris, ſeu ꝓdeceſſoris,quod ſcilicet renuncians poſſederit pacifice per triennium Fran.in c.ſuſceptum num.11.de reſcrip.lib.6.Caſſa.d.deciſ.2.num.6.de cauſ. poſſ.& ꝓpriet.Guido Bon.deciſ.1.in manuſcrip.Pelegr.deciſ. 141.lib.2.Caputaq.deciſ.26.num.4.p.1.Maſcard.de prob.concl.175.num.3. qui dicunt, quod licet Lap. d.alleg.89.loquatur de poſſeſſione decennali, tamen * 11 † Rot.*ob breuem vitam hominum,reduxit ad triẽnium.Achil.de Graſſ.deciſ.11ſub rub.de tit.in manuſ. Card.Pariſ.conſ.37.num.8,vol.4Creſcen.deciſ.257. in manuſcr.Ferret.conſ.9.num.4.& conſil.102.num. 8.& eſt communis*omnium Doctorum ſententia, vt per Mandoſ.in addit.ad d.alleg.Lap.q.2.Maſcard. * de prob.d.concluſ.1373.num.13.& fuit reſolutum* in vna Spoletan.coram Simonet.teſte Caſſad.dict.de

ciſ.2.& late deciſ.3.de cauſ.poſſ.& propriet.& ita cõ- * muniter* tota die obſeruatur,& pacificus poſſeſſor 12 eſt,qui nullam†ſenſit moleſtiam iuris,vel facti, iudicialem,vel extra iudicialem,Paul.de Eliaz.& Imol.in clem.Gratiæ,in fi.Card.Zabarell.num.8. de reſcript. Guid.Pap.conſ.144. Caſſad. deciſ.9.de cauſ.poſſeſſ. & prop.

13 Secundo,Declara,vt† huiuſmodi probatio locum habeat,vt quis obtineat in poſſeſſorio iudicio, ſecus quo ad obtinendum in petitorio, vt decidit Bellam. deciſ.612.Rot.deciſ.15.de prob.in nou.& late habes per Maſcard.de prob.concl.171.num.1. cum ſeq. & d.concl.1373.num.16.

Tertio, Declara non procedere, vbi principaliter 14 impugnatur†titulus auctoris,Bellam.Caſſad.& alij relati à Maſcard.dict.concluſ.1373.num.18. dicenti tamen incumbit onus probandi,vt fuit* reſolutum in * Rot.in dict. Aſculan. Sancti Io. Die 22.Nouembris 15 1557.vt allegans ſinhabilitatem reſignantis debeat illam probare,ad not.in l.ab ea parte.ff.de prob. Card. Pariſ.conſ.82.num.6.vol.4.Sarn.de trienn. q.39.nu. 2.& 4.nã poſſeſsio notorie iniuſta prædeceſſoris non 16 † prodeſt,Rot.deciſ.3.de reſt.ſpol.in nou.alias declarationes habes per Mandoſ.in addit.ad d. alleg. Lap. 89.q.7.cum ſeq.

Nec reſignatarius pacificus poſſeſſor beneficij re- 17 ſignati titulum†probare tenetur, Innoc. Abb.& alij * *omnes in c.ordinarij de off.ord.in 6.& in cap.licet Heli de ſimon.Rebuff.in prax.benef.tit.de reſcrip.ad benef.vacan.num.19.Iacob Nouell.in reg.2.17. cum alijs,vt per Maſcard.de probat.concluſ.1372.num.1. vbi atteſtatur hanc eſſe communem opinionem, co- 18 que magis,ſi poſſeſſio† eſſet antiqua,nam tunc abſq; dubio præſumitur pro titulo,& ob id non cogitur illum probare,Gemin.in dict.capit.ordinarij.§. 1. ſub num.7.Franc.num.5.Hoſtienſ.ac alij in dict. cap. licet Heli,& alij,vt per Maſcard.dict.concluſ.1372.nu 19 me.2.& eſt ratio,quia†ſolemnitas extrinſeca, quæ alias non præſumitur,l.quæcunque §.vlt.ff.de publ. ꝓpter diuturnitatem temporis,præſumitur, Gloſſ.vlt. in cap.peruenit,de empt.& vendit.Io. Andr. in cap. Albericus de teſti b.Anchar.conſ. 136. num. 2. Do- * ctores*omnes in l.ſciendum ff.de verb.oblig. Hinc dicit Gloſſ.in cap.dilectio tua,verb.offerre 16.q.3.titulum præſumi ex diuturno † temporis curſu elap- 20 ſo,vt decem annorum,& ibi Archid.numer. 2. & facit tex.in cap.illud de præſump.ex quo tex.Card. Zabarell.Ant.de Butr.Abb.Imol.& Felin.deducunt, vt 21 ſufficiat ad probationem tituli oſtendere†inſtitutionem,& confirmationem, & quod longo tempore tenuerit beneficium, & habitus ſit pro rectore, Ioan. And.in cap.ſi iudex Laicus §.vlt.de ſenten.excomm. lib.6.Gemin.conſ.87.ſub num.2.Anchar.conſ. 217. Paul.de Caſtr.conſ.202.colum.2.ſub num.3. uol. 1. Alex.conſ.79.col.3.num.4.uol.1.Dec. conſil.36.ſub num.1.Sarn.de trienn.q.26.num.3.& 8. Ruin.conſi. 75.num.2.& 6.vol.1.Crot.conſ.94.num.1.Natt.conſil.162.num.26.lib.1.

22 Hinc ex diuturna†cohabitatione titulus matrimo- * nij præſumitur,communis* opinio, de qua teſtatur D.meus Card.Pariſ.conſ.7.num.1.& ſeq.vol.4.Burſ. conſ.27.num.6.vol.1.& conſ.87.nu.22.cod.vol.1.vbi * * atteſtatur eſſe**magis communem, & in his beneſi- 23 cialibus ſpatium†trium annorum ſufficit,ſtãte regula Cancell.de trienn.Ferret.conſ.18.num.1.& conſ. 362.num.9.lib.2.Pontan.de ſpol.lib.2.c.15.nu. 150. * &*cõmuniter alij,vt per Maſcard.de prob. concluſ. 1371.num. 10.& ratio eſt,quia, cum Epiſcopi viſitẽt Eccleſias,& inquirant ſuper titulis beneficiorum ſuę diœceſis,non eſt præſumendum,quod tanto tempo- 24 re † toleraſſent intruſum,nec ſubditi, Inn.in d.c.illud col.2.de præſump.Bal.in l.ſiue poſſideris in 4.oppoſ. num.5.C.de prob.Dec.conſ.121.ſub num.3. Ferret. d.conſ.362.num.9.lib.2.

Declara 1. vt huiuſmodi tempus in beneficialibus 15 inducat† præſumptionem tituli,Ant.de Butr. in c. ex inſinuatione num.20.& ibi Imol. num.9. de procur. Abb.in d.c.licet Heli num.23.Anan.num.28.Fel.d.c. * illud num.5.& communiter * Doctores, vt per Maſcard.d.concl.1371.num.133.ex ea ratione,quia be- 26 neficium † Eccleſiaſticum nõ poteſt obtineri ſine canonica inſtitutione,reg.1.de reg.iur.lib.6.

Declara 2.vt ſi expreſſe producatur, & oſtendatur 27 titulus nullus,†& inualidus, tunc præſumptio huiuſmodi nihil operatur,vt reſpondit Bellam.conſ.10. factum tale ſub num.20.& ſub num.29.Paul. de Caſtr. * conſ.423.col.2.ſub num.2.vol.2.& eſt cõmunis* opinio,vt per Maſcard.dict.concluſ.1371.num.63 vtqa probatur de intruſione,vel vitioſo ingreſſu,Abb. dicto c.illud numero 7.Gemin.in dict.cap.ordinarij.§. quod ſi forte,colum.vlt.ſub num.7.de offic. ordinarij libro 6.

28 Ita titulus,qui in profanis†præſumitur ex ſpatio decem annorum,cum conſtat de contrario,nihil operatur,Paul.à Caſt.in l.2.de dot.promiſſ.Io.And. in c. vlt.de cauſ.poſſ.& propriet.Alex.conſ. 113.num.4.volum.1.Curt.Iun.conſ.130.num.4.Crauett.conſ.134. num.44.Idem Crauettt.late conſ.290.num.6. verſ.ſecundo reſpondeo,Caputaq.deciſ.304.p.3.fuit reſolutum*in vna Iſpalen. matrimonij coram Guidobono * 4.Nouembris 1552.teſte Caputaq.deciſ.314.p.3.Menoch.in tract.retinend.poſſ.rem.3.q.76.num.638.cũ ſeq. Et hoc caſu beneficiato incumbit onus probãdi canonice,&legitime fuiſſe ei beneficium collatum,vt late proſequitur Maſcard.concl.1180.num.1.& 2. vbi ita ſunt intelligenda ea,quæ ſcribit.

29 Ita quoque in cauſa† poſſeſſionis adipiſcendæ requiritur,vt tentans talem poſſeſſionem probet iuſtum titulum,vt reſpondit Io.Bapt.Ferret.conſ.93.nu.4.lib. 1.deciſ.Pedem.54.num.4.

Ita pariter in cauſa poſſeſſionis recuperãdæ,in qua 30 ſpoliatus†tenetur probare titulum ſuæ poſſeſſionis, * communis opinio,*teſte Card.Pariſ.conſ.12.num.2. vol.4.de communi etiam teſtatur Stephan.Aufrer.in addit.ad Cappell.Thol.deciſ.15.Bellam. deciſ. 17. & 49.Rot.deciſ.1.& 2.de reſtit.ſpoliat.in nou.Capic.deciſ.6.num.23.Ferret.conſ.28.num.9. Crauett. conſ. * * 322.col.2.verſ.ſecundo conſidero,& eſt ** magis cõmunis opinio,vt per Maſcard.de prob. concluſ.180. num.9.Menoch.de recup.poſſeſſ.remed.15.nu.458. & 459.vbi limitant.

31 Declara tertio vt† non procedat,quando Epiſcopus ex officio inquirit.nam tunc debet poſſeſſor probare ſuum titulum,quia,ſi nõ probauerit titulum,remouebitur a beneficio,c.ex frequentibus,de Inſt.ca. vlt.de cleric.pereg.c.licet heli de ſimon.Gem.in c.ordinarij §.1.ſub.num.7.de off.ord.lib.6.Franc.ſub nu. 5.Fel.in d.c.licet heli num.14.Abb.num.73.commu * nis,*opinio,vt per Maſcard.de prob.concluſ. 1372. num.7.& num.19.Epiſcopi enim in eorum viſitatio 32 nib.de titulo ſolent inquirere,† Rebuff.in prax.tit.de reſcr.ad benef.vacant.num.20.Imol.in c.cum noſtris num.27.de Inſtit.Archid.in c.contra morem, ad fin. 33 diſt.100.& tenentur †beneficiati maxime curati titulum oſtendere,Sarn.de triennal.q.43.num.2.

SVMMARIVM.

1 *Quis tenetur probare id,ſuper quo ſe fundat.*
2 *Intentio probanda eſt.*
3 *Reſignatarius non tenetur probare vitam reſignãtis.*
4 *Quiſque præſumitur viuere vſque ad centum annos.*
5 *Vita longiſſima eſt centum annorum.*
6 *Vitam allegare ſufficit abſque probatione.*
7 *Senex præſumitur viuere per quinque annos,vel ſaltem per annum.*
8 *Præſumptio pro validitate actus.*
9 *Papa concedit gratiam viuentibus.*
10 *Orta lite inter Reſignatarium, & poſſeſſionem beneficij, ſi dubitetur de vita reſignantis, cui incumbat onus probandi hoc,& num.15.*
11 *Mors,cum ſit priuatio vitæ,eſt quædam negatiua.*
12 *Negatiua non probatur.*
13 *Negatiua probatur eo ipſo,quod contrarium non probatur.*
14 *Agens contra fidei commiſſarium poſſeſſorem debet probare vitam ſuiorum.*
16 *Negatiua,quando eſt fundamentum intentionis alicuius,debet probari.*

QVAESTIO V.

1 Vinto, Quero, An reſignatarius teneaꝰ ꝓbare reſignantem ſuper vixiſſe? Vñ dicendum quod ſic, quia quis tenetur † probare illud, ſuper quo ſe fundat, pro vt in probãda ętate maiori, vel minori tradit Bar.in l. de ætate ff. de minorib. Io. And.in c.intimabus de reg.iur.in 6.Salicet.& alij in l. cũ te,C.de prob.Anch.in c.acceſſit in prin.de diſp. impub.Alex.conſ.49.nu.16.lib.5.Dec.conſ. 682. nu. * 16.cõis* opinio,de qua teſtatur Fel.in c.in præſentia num.28.de prob. Mandoſ. etiam atteſtatur de cõi in reg.18.q.3.nu.3.& hoc eſt regulare in omnibus materijs,vt qui,in aliquo ſe fundat,debeat probare illud, * l.2.ff.de prob.Dec.conſ.267.Non excedit col.5.* cõmuniter Doct.in c.in præſentia de prob. vnde cũ ius ſuum pendeat a reſignante,& hoc ſit fundamentum, 2 tenetur probare vitam reſignantis,& ſic ſuam†intentionem,l.ſpadonem §.qui abſolutus,ff.de excuſa.tut. Bar.in l.qui inter & l.qui duos. §. cum in bello ff.de reb.dub.Fulg.in l.ſed & ſi ff.de ſenten.& re iudic.late Corn.conſ.119.col.vlt.lib.1.

Hoc tamen non obſtante contraria opinio eſt ve- 3 rior,quod † reſignatarius nõ teneatur probare vitam * reſignantis,vt fuit tentũ in Rot.*in vna Ilerden.Parochialis 24.Nouemb.1539.coram Io.Paul.vt atteſtaꝰ Put.deciſ.85.in fi.lib.1.Moed.deciſ. 126.per obitum in tit.de ren.Io.Paul.Ptolem.deciſ.129. Ratio eſt,qa 4 quiſq;† præſumitur viuere vſque ad centum annos,l. vlt.§.& nobis C.de Sacr.ſan.Eccleſ.l.an vſufructus in fi.ff.de.vſufr.Gloſſ.in l.2.§.ſi dubitetur,vbi Bartol.in princ.ff.quemad.teſt.aperian.Dec.conſ.204. num.4. * communis*opinio,& regula,teſte Dec.conſil. 575. numero 10. Ex quo ſatis datur intelligi reſignatarium non teneri probare vitam,cum ꝓſumatur viue-

re,& resignatio hoc præsupponit,Put.decis.280.num. vi.lib.2.& quamuis multi icribentes magnæ auctoritatis confutent supradictam regulam communem,dicentes non probari iure,vt voluerunt Dec.sibi contrarius in l.si emancipati col.3.de collat.in l.vlt.C.de edidiui Adr.toll.num.28.in cuius interpretatione excellentissimus D.meus Marc. Antonius Bizonus,nunc. meritissimus Episcopus Fulginaten. & Nuntius Sedis Apostolicæ in Regno Neapolitano; Hoc idē tenuit Cardinalis Parisius cons.86.num.20.cum sequen.volu.4.Corn.cons.119.num.8.li.1 Ruin. cons.189.num. 14.lib.1.Alcia.in tract.presump.p.3.reg. 1.præsumpti.
** 44.& hęc est**magis communis opinio teste Mand. in reg.19.Cancell.col.vlt.in principio. namque in dicta l.vlt.dicitur † quod vita longissima est centum annorum,quod verum est,per Card.in clemen.1. de rebus.Eccles.non alienan.Specu.de probat.§.1.Plin.lib. 7.cap.48.namque esto,quod hoc verum sit ob auctoritatem tot nouissimorum doctorum,tamen inficiari non potest,quin ex hoc non eliciatur,quem præsumi potius uiuere;vnde præsumptio est pro resignatario, quod resignans uiuit,vt deducunt Aret.in ca.causam, quę,col.8.de test.Ale.cons.27.col.vlt.lib.7.& consilio 119.num.8.lib.1.& cons.195.col.1.ii.3.Socin.Iun.consil.26.li.2.Feli.in c.ex tenore col.vlt.de testib.& communiter* Doctores.Quapropter sufficiet tei allegare
6 vitam absque alia probatione Bald.in l.2.§.si dubitet. ff.quemad.testam.aper.Alberic.in l.vlt.col.2.Salic.co. 1.C.de sacr.sanc.Eccles.Dec.cons.133.col.3.

7 Hinc nemo est tam senex, & viribus confractus, quin nō præsumatur uiuere per quinque annos, vt egregiè probat tex.in l.hereditatum.ff.ad leg.Falci. vbi
* Alex.& communiter*Doctores,vel saltem per annū, v. si ribit D.Hieronymus in 2.par.epist.tit.3.epist.40. Tullius in lib.de Senect.Roman.cons.363. petitum a me,col.1.Gomes.in §.item si quis in fraudem nume. 55.Inst.de act.& in q.7.de infir.resign.col.pen.in fin. Accedit,quia principaliter de resignatione agitur,secundario uero de vita,& sic,cum fundamentum resignationis principaliter non sit in uita, non mirum,si eam non tenetur probare,argum.not.per Io.And.in c.Infamibus de reg.iur.in 6.Doctores in l.cum te C. de probat.quia præsumitur pro resignatione,&c.

8 Comprobo †vlterius,quia præsumitur pro validitate actus,Tiraq.de retract.consanguin.§.30.glo.1.nume.32.Socin.iunior cons.113.nume.3.lib.4.Accedit in super,quia præsumitur resignantem uiuere. nā alias
9 Papa gratiam non fecisset,Put.decis.280.num.11.lib. 2.Ad contrarium respondetur,vt per supradicta,quia fundamentum principale non est in vita, sed in resignatione,pro qua præsumitur,vt supra scripsi,&c.

10 Sed hic cadit dubium,†si à Titio fuit N.resignatū, aliquod beneficium,quod possidetur à tertio,an resignatarius agens cōtra possessorem dicti beneficij resignati teneatur probare resignantem super vixisse, an vero possessor allegans mortem resignantis teneatur illam probare.& sic, cui incumbat onus probandi? Videtur dicendum, possessorem allegantem illam non teneri probare,quia mors,cum sit priuatio vitæ,
11 est quædam negatiua,†ad not.per Bart.in tract.testiū in verb.mortuum hominem,in principio, & in l.2.§.
12 si dubitetur,vers.aduerte.ff.quemadmo.testam.aper.† vnde probari non potest,Crauett.cons.1.in fin.Grammat.decis.56.num.4.vnde negatiua probatur † eo ip-
13 so,quod contrarium non probetur, Barbat. cons.79. li.2.Rip.in l.ex facto.§.si quis rogatus,numer.7.ff.ad Trebel.Lanfran.Orian.in cap.quoniam contra,num. 14.de proba.Alex.cons.83.in princ.lib.1.& cons.190.
* col.3.lib.6.*communis opinio, vt patet ex adductis per Franc.Hercul.in tract.negat.ex quo sequitur resignatarium debere probare vitam,sicuti,quādo agitur
14 contra fideicommissarium possessorem,agens tēnebet probare uitam filiorum.Socin. sen.in l.qui duos.§.cū in bello.ff.de reb.dub.

His tamen non obstan.contraria opinio est verior
15 quod immo †possessori alleganti resignantem mortuū tempore resignationis incumbit onus probandi,non autem resignatario,qui non se fundat principaliter in vita resignantis,sed in resignatione,pro qua præsumitur iuxta allegata supra in præcedenti quęstione,& cū hic casus fuisset propositus in Rota per D.Io.Paul.in vna Ildern.parochialis die 13.Ianuarij 1539. (nam vacauerat parochialis per mortem cuiusdam Cardinalis,quæ fuerat collata cuidam Martino in fauorē certæ personæ,quę egit cōtra possessorem, qui possessor dicebat resignatarium teneri ad probandum resignantem superuixisse,resignatarius vero contra.) Domini fuerunt varij,& ideo nihil resolutum, vnde iterū causa proposita fuit die 24.Nouembris eiusdē anni 1539
* & fuit tentum,*resignatarium nō teneri probare. ita etiam fuit tentum in eadem causa die 4.Martij 1541 vt attestantur Moedan.decis.126. per obitum Cardinalis,Put.decis.85.li.1.Io.Pau.Ptolom.decis.129. Nō obstant contraria,quia respondetur,quod quando ne
16 gatiua est fundamentum intentionis alicuius, per illū †probanda est,siue agat,siue excipiat,Bar.in l.in illa stipulatione,num.5.& in l.ita stipulatus.ff.de ver. oblig.
* Ble.in dict.l.in illa num.14.vbi attestatur de* communi Corn.cons.340.num.3.li.1.Dec.cons.78.in fi. Cardinal.Paris.consil.138.in princip.& cons.153.in fi.volum.4.Crauett.cons.221.Socin.Iun.cons.4.num.30.& cons.39.num.62.lib.2.& regulare est probandam esse negatiuam ab eo,qui in illa se fundat, Alex.consil. 34.in princip.lib.2.& cons.114.in princ.lib.3.Dec.cv sil.529.col.1.Card.Paris.cons.22.num.66. & consilio
* 104.in princ.vol.4.& est communis* omnium Doctorum sententia,vt patet ex infinitis, quæ congerit. Hercu.d.tract.de negat.nu.2.

SVMMARIVM.

1 *Resignatarius debet capere possessionem benef. resignati.*
2 *Ius acquiritur prouiso per solam collationem Papæ, vel Ordinarij.& nu.55.*
3 *Ius,quod acquiritur prouiso per collationem, non est firmum ante apprehensionem possessionis.*
4 *Possessio benef.non transfertur per collationem.*
5 *Possessio est facti.*
6 *Possessio ad alium non transit, nisi fuerit apprehensa.*
7 *Prouisus ante apprehensam possessionem nō potest ad ministrare.*
8 *Prouisus ante apprehensam possessionem nō potest percipere fructus.*
9 *Possessio benef. potest capi per se, & per procuratorem.*
10 *Beneficium potest renuntiari per procuratorem.*
11 *Matrimonium potest contrahi per procuratorem.*
12 *Possessio potest capi per consanguineos.*
13 *Ad capiendam possessionem benef.requiritur mandatum speciale.*
14 *Etiam laicus potest constitui ad capiendam possessionem benefi.*

15 Man

15 *Mandatum ad resignandum non extenditur.*
16 *Antea licebat capere possessionem vigor supplicationis absque litteris,hodie secus.*
17 *Capiēs possessionem benef. absq.litteris est intrusus,& perpetuo inhabilis.*
18 *Constituio Iulij III.de capienda possessione cum litteris,est inuridi obseruantia.*
19 *Sequestrum non relaxatur resignatario vigore sententiæ latæ in fauorem resignantis,nisi litteris expeditis.*
20 *Possessio benef.potest capi nomine Cameræ cum breui.*
21 *Breue de capienda possessione datur citra vitium spolij,& attentatorum.*
22 *Breue de capienda possessione potest dirigi Aud.Cameræ,qui postea decernit monitorium.*
23 *Verba,Constito de resignatione,intelliguntur de valida.*
24 *In breui da capienda possessione debet forma seruari.*
25 *In breui de capienda possessione,quid debeat narrari.*
26 *Breuia expediuntur registrata supplicatione.*
27 *Resignatarius non potest capere possessionem propria auctoritate.*
28 *Possessio apprehensa propria auctoritate est nulla.*
29 *Capiens possessionem propria auctoritate dicitur violentus possessor.*
30 *Capiens possessionem propria auctoritate an dicatur intrusus.*
31 *Possessio benef.capienda est cum executore.*
32 *Traditio possessonis de iure spectat ad Archidiaconū.*
33 *Possessionis traditio hodie fit per Episcopos.Vicarios & alios ordinarios.*
34 *Possessio capienda manu Nuntij in Regno Neapolitano.*
35 *An in Regno Neapolitano possesio benef.resignati capienda fit de manu Nuntij.& nu.38.*
36 *Lex est fauorabilis,cum fuit facta ad obuiandum malitij.*
37 *Verba generalia omnia capiunt.*
39 *In claris nullum dubium.*
40 *Fructus a die vacationis vsque ad possessionem in Regno Neapolitano spectant ad Cameram.*
41 *In Regno Neapolitano expeditur Exequatur Regium super litteris beneficialibus.*
42 *Possessio Canonicatus eget capitulari traditione.*
43 *In possessione benef.debet seruari statutum rationabile loci.*
44 *Possessio apprehensa vigore gratiæ nullæ est nulla,& debet iterum capi.*
45 *Quomodo capiatur possessio benef.resignati.*
46 *Executor,quomodo tradit possessionem benef.*
47 *Instrumentum conficitur de traditione possessionis benefic.*
48 *Forma instrumenti capturæ possessionis.*
49 *Possessio probatur per traditionem clauium, vel annuli.*
50 *Possessio probatur per lignorum incisionem.*
51 *Arboris incisio spectat ad dominum.*
52 *Possessio probatur per ea,quæ spectant ad solum dominum.*
53 *Capta possessione benef.censetur apprehensa omnium rerum,&c.*
54 *Mortuo resignatario ante apprehensam possessionem, an vacet benef.per eius obitum.*
56 *Moriente beneficiato vltra duas dietas a Curia, benef.dicitur vacare in partibus.*
57 *Ord.non potest conferre benef.vacantia in Curia.*
58 *Collatione Papæ existēte nulla,benef.vacat in Curia.*
59 *Mortuo resignante post conseusum,benef. non vacat per eius obitum.*
60 *Resignante mortuo,antequam resignatarius cōsentiat pensioni, benef. vacat per eius obitum.*
61 *Resignatario non præscribitur tempus ad capiendam possessionem viuente resignante.*
62 *Possessio,& publicatio benef.resignati debet fieri intra tempus sta tutum*
63 *Resignans reseruata pensione non potest impedire resignatarium,ne capiat possessionem.*
64 *Amero executore litterarum Apostolicarum non datur appellatio.*

QVAESTIO VI.

1 SEXTO,Quæro,An Resignatarius teneatur capere possessionem beneficij resignati.Communis* opinio omnium Doctorum est affirmatiua, quæ tota die*practicatur,& pluries*fuit decisum in Rota, & probatur in regula, & constit.de publican.resignat.tradit Rebuff.in prax. tit.de permut.n.18.Pontan.de spol lib.1.c.9.n.94.Put. decis.402.lib.

Nam quamuis ex sola canonica institutione facta a Papa,vel Ordinario absq.traditiō e possessionis,eiusque apprehensione,ius illo bene ficio prouiso acquiratur,vt probat tex.in c.vlt.& ibi Petr.de Anchar.Gemin.Franc.de concess.præb.lib.6.Glo.in c.penult.penult.verb.collatio de præbe.lib.6.Din.in regul.1.nu. 8.& regul.qui prior de regul.iur.lib.6.Abb.in c.cum autem,& cap.seqq.estum de iur.patr.Innoc. & alij in c.inter cætera de præben.Ias.in l.quoties col.3. C. de rei vendic.Doct.omnes*in c.si tibi absenti de præb. lib.6.& ibi in specie Gemin.nu.2.hoc notat, & est* communis opinio omnium Doctorum,teste Couar. lib.3.variar.resolut.cap.16.n.1.Illud tamen ius non ē
3 firmum,& efficax,ante quam †prouisionem,vt scriptum reliquit Rebuff.cons.186.nu. 18. & probatur in
* dict.c.si tibi absenti,vbi *omnes Doctores hoc notant,cum sit necessaria corporalis possessio,vt per Couarr.dict.c.16.nu.6.vers.est tamen,& huiusmodi pos
His tamen non obstantibus , contraria opinio est
68 verior, nempe præsumi † factam acceptationem in
tempore,Rota.decisio.94 incipient. nota in antiqui.
& decisio.125.in nou. cum alijs , vt per Mascardū.de
probatio.conclus.16.numero.primo.cum sequent.&
* hanc opinionem tenuit*Rot.die 13.Iunij.1541. co-
ram Put.teste eodem decisio.161.numero 3.& 4.libr.
primo & idem Put. hanc opinionem tenet, decisio.
266.numero primo.& secundo.libro tertio . Gamm.
de auctoritat.legat.a later.libro tertio . numero 453.
Mil.in Reperto.in verbo.beneficium acceptanti Ro
man.consilio.125.Franc.in capitul.susceptum colum
na penultim.de rescript.libro sexto.& in capitu. quia
cunctis columna secunda.de concess.præbend.& est
* communis*opinio recepta per omnes. nam credibi-
69 le est quemlibet †velle sibi acquirere, argumen.l.si de-
functus C.de arbitr.tuto.iuncta l.cum debitore ff.de
70 probatio.& factum præsumitur,†quod de iure erat fa

ciendum,Crauett.consilio vigesimosecundo.numer.
quinto.& consilio.149.numero 12.& sequent.Deci.
consilio.446.numero 7.Cesal.consilio.9.numer. 16.
Baldus.consilio. 378.numero 2.libro primo.& hanc
conclusionem ex pluribus probat Mascard. dict.con
clu.16 vbi etiam respondet contrarijs.

Et pro complimento huius quæstionis non est o-
mittendum , quod resignatarius post acceptationem
71 se obligat ad onera incumbentia†illi beneficio acce-
ptato, Gig.de pens.quæst.41.Guid.Pap.q. 577. cum
alijs,deduxi supra lib.1.q.8.nu.28.

72 Hinc †tenetur soluere pensionem,vt fuit resolu-
tum in vna Prænestin.*pensionis 10. Februarij 1558.
teste Card.Paleott.decis.167.in manuscrip. & alias,vt
dixi in dict.quæst.8.

73 Hinc tenetur †recitare horas canonicas,vt late pro
bani lib.1.quæstio.9.Hinc tenetur residere,vt late de
duxi lib.1.q.qu.10.

74 Hinc†etiam tenetur ad alia onera,vt est* commu-
* nis opinio,vt dixi dict.quæst.8.lib.1.numero 53.& è
75 contrario tunc consequitur fructus beneficij † resi-
gnati,Rebuff.in prax.de resignat.simoni.numero 41.
& in tracta.de nominat.q.14.num.157.Roffiniac.de
benef.capit.14.num.26.Sarn.de triennal.q.27.& 34.
in fin.cum alijs adductis à me lib.1.q.6.numero.26.&
aliàs prærogatiuas.

SVMMARIVM.

1 *Resignatarius debet emittere professionem fidei.*
2 *Decretum Conc.Triden.de emittenda professione fidei comprehendit etiam prælatos regulares.*
3 *Forma professionis fidei remissiue.*
4 *Decretum Concilij super professione fidei an tollat effectum triennalis.*
5 *Regula de triennali est exorbitans.*
6 *Regula de triennali quoad fructus non excusat cum, qui non fecit professionem fidei.*
7 *Possessio longissima quo ad fructus non excusat non emittentem professionem fidei.*
8 *In foro exteriori non excusantur illi, qui non fecerūt professionem fidei per ignorantiam.*
9 *Mala fide percipit fructus,qui non emittit professionem fidei.*
10 *In foro conscientiæ,non peccauit,neque tenetur ad restitutionē fructuum,qui non fecit professionē fidei.*
11 *Ignorantia excusat in foro conscientiæ.*
12 *Lex pœnalis,quando liget in foro conscientię.*
13 *Obligatus ad faciendum aliquid in tempore, tenetur id facere,licet sit elapsum tempus.*
14 *Semel ipso iure de perdita non quæruntur.*
15 *Verbum Non suffragetur positum in Decreto Concilij Tridentini de professione fidei,quomodo intelligatur.*

QVAESTIO IX.

1 NONO, Quæro, An Resignatarius teneatur emittere professionem fidei? Respondendum est † affirmatiue,si qualitas beneficij hoc exposcat,capitulo.duodecimo. sess.24.de reformation.Concilij Tridentini ibi. *Prouisi etiam de beneficijs quibuscumque,curam animarum habentibus teneantur à die adeptæ possessionis, ad minus intra duos mēses,in manibus ipsius Episcopi,vel, eo impedito,corā Generali eius Vicario,seu Officiali,orthodoxæ fidei publicam facere professionē, & in Ro.*

Ecclesiæ obedientia se permansuros spondeant, ac iurent. Prouisi autem de canonicatibus, & dignitatib. in ecclesiis cathedralibus nõ solum coram Episcopo, seu eius Officiali, sed etiam in Capitulo idem facere reneantur, alioquin prædicti omnes prouisi, vt supra, fructus non faciant suos, nec illis possessio suffragetur.

2 Et hoc decretum comprehendit etiam prælatos regulares, qui infra duos menses tenentur emittere professionem fidei, vt respondit Nauar. cons. 2. de summ.
3 Trinit. & fid. Catholic. formam † autem professionis fidei ponit Pius IIII. in constit. sua 114. incip. Iniunctum, ann. V.

Dubium tamen est, an hoc decretum concilij tollat effectum regulæ de triennali? Pro affirmatiua † respondit Nauarr. cons. 1. de summ. Trinit. & fid. Cath.
5 qui mouetur, tum quia dicta regula † est exorbitans, tum quia cessat ratio dictæ regulæ. Pro negatiua aũt
* conclusit * Congregatio Conc. Tride. & hæc est vera
6 sententia. limita tamen non procedere quo ad fruct' quia triennalis possessio non excusat eum, † qui non
* fecit professionem fidei, quo ad fructus, & ita cẽsuit Congregatio ante dicta, sub die 5. Maij 1575. dũ vo-
7 luit, ne dum triennalem sed nec longissimam possessionem prodesse † ei, qui non emisit professionem fidei, quo ad fructus percipiendos, quam diu dictam professionem non emiserit, & ita intelligẽdus est Nauar. pro vt vere loquitur, vt constat ex dictis ante nu. 1. nam tex. hic considerat vnicam pœnam, ne faciant fructus suos, & quo ad hoc possessio illis non suffragetur.

Secundo. Dubitatur, si adepti canonicatum parochialem per ignorantiam, incogitantiam, vel inaduertiam non fecerunt professionem fidei infra duos menses, an excusentur? Duo capita sunt statuẽda, quorum primum erit in foro exteriori, in quo concludẽ-
8 dum est non excusari, quia hæc ignorantia fuit iuris clari, quæ non excusat, cap. ignorantia, de regul. iur. li. 6. ita respondet Nauarr. dict. consil. 1. nume. 2. de summa Trinit. & fid. Catholic. vnde † præsumentur, mala
9 fide percepisse fructus, arg. regu. qui contra iura. & ibi Glos. de regul. iuris lib. 6.

10 Secundum caput in foro interiori, in quo concludendum excusari, & non peccasse † quo ad forum conscientiæ mortaliter, nec esse obligatos ad restituendũ fructus, ita Nauarr. dict. cons. 1. numer. 3. & cons. 3. de
11 summ. Trinit. & fid. Catholic. quia ignorantia, † in cogitantia, & inaduertentia excusant illos, D. Thom. 1.
12 2. q. 88. art. 5. & 6. & lex pœnalis, etiamsi pœnam † ipso iure contineat, non ligat in foro conscientiæ, Glos. in cap. fraternitas 12. q. 2. Felin. in cap. vltim. numero 7. de re iudic. vnde admonet Nauarr. tacendam esse hanc negligentiam coram hominibus, & poterunt, ac debent illam professionem tunc facere, ita Nauar. cons. 4. de summ. Trinitate, & fide Catholic. quia ille, cui iubetur facere aliquid circa certum tempus, obligatur ad duo, scilicet ad faciendum illud intra illud tẽpus, si potest, & ad faciendum illud idem post lapsum temporis præstituti, quam cito facere poterit, etiam
13 si potuit † tantea facere, l. celsus. ff. de recept. arbit. cap. cum dilecti de dol. & contumac. vbi Abb. num. 12.

Et hæc professio facta post præfatos duos menses prodest ad quærendos fructus temporis futuri, non autem præteriti, ita Nauarr. dict. cons. 4. n. 7. quia regu-
14 lariter semel ipso † iure deperdita non quæruntur ipso iure, l. qui res. §. aream, ff. de solut.

15 Et verbum † non suffragetur, ibi, *nec illis possessio suffragetur*, in dict. c. 12. sess. 24. Conc. Tridentin. excludit * prouisum, quoad fructuum perceptionem, nõ autem quo ad tit. & proprietatem, vt in facti contingentia respondit Nauarr. cons. 5. de verbor. signifi. per plura, vt per eum.

Finis Libri Decimi.

FLAMINII PARISII IVRE CONSVLTI DE RESIGNATIONE BENEFICIORVM.

LIBER VNDECIMVS.

De publicandis Resignationibus, ad Constitutiones Pij V. & Gregorij XIII.

Hic liber habet præfationem, in qua ponuntur verba Reg. Cancellariæ Constitutionum Pij V. & Gregorij XIII. & 14. Quæstiones.

1 *Bquam causam requiritur publicatio.*
2 *Quantum tempus detur ad publicandum tam in Curia quam extra, & quando computetur hoc tempus.*
3 *Quorum beneficiorum debeat fieri publicatio resignationis, an Reseruatorum, Iurispatronatus, Consistorialium, Electiui, Litigiosi, Hospitalis, Regularium.*
4 *Qui teneantur publicare beneficia Resignata, An officiales Curiæ, Cardinales Exempti Secundi Resignatarij, Impetrantes beneficia vacantia ob non publicationem, Translatarij pensionum, Minores.*
5 *An quomodocumque sit facta resignatio debeat publicari, & Quid de ea quæ sit extra Curiam, & de Permutatione, Ac de ea quæ sit reseruatis fructibus, aut pensione, & de Commenda, & De gratia in forma dignum, & De resignatione simplici, & cessione iuris.*
6 *Quomodo sit facienda publicatio, Coram quo, Cum quibus, Vbi, Quando, Per quem, & ponitur forma.*
7 *Quæ sit pœna non factæ publicationis, Quid amittat resignans.*
8 *Beneficia vacantia ob non publicationem an dicantur vacare in Curia,*
9 *An contra Constitutionem Greg. XIII. possit dari quod non fuit acceptata, & publicata in partibus.*
10 *An in litteris impetrationis ob non publicationem debeat poni Vocato possessore.*
11 *An Constitutio Pij V. sit in totum sublata per Constitutionem Greg. XIII.*
12 *Quæ differentia est inter Constitutionem Pij V. & Greg. XIII.*
13 *An impedimenta excusent à publicatione, Quæ, quomodo debeant probari, &c.*
14 *An impetrauit beneficium ob non publicationem incumbat onus probandi non publicationem, Et quomodo probetur non publicatio.*

SVMMARIVM.

1 *Regulæ Cancellariæ requirebant publicationẽ resignationis.*
2 *Verba Regulæ Cancellariæ requirentis publicationem resignationis.*
3 *Constitutionis Pij V. de publican. Resignationibus. verba.*
4 *Constitutio Pij V. de publicã. resignationib. derogauit regulis Cãcellariæ prædecessorũ super hac re editis.*
5 *Constitutionis Gregorij. XIII. de publican. Resignationibus verba.*
6 *Constitutio Gregorij XIII. de publican. resignationibus abrogat Constitutionem Pii V.*
7 *Clausula non obstantib. tollit contraria.*
8 *Clausulæ non obstantib. effectus.*
9 *Dubium cessat in apertis.*
10 *Clausula derogatoria sufficit, quamuis tenor non exprimatur.*
11 *Dictio Omnino est præcisa.*
12 *Dictio omnino includit Omnem casum.*
13 *Verbum Abrogamus tollit in totum.*
14 *Differentia inter Abrogare, & Derogare.*
15 *Derogatio fit in parte.*
16 *Geminationis magnus effectus.*
17 *Constitutio Pij V. de public. resignationibus per constitutionem Gregor. XIII. super eadem re est in totũ abrogata.*

18 *Lex abrogata non potest allegari ad decisionem causa rum.*
19 *Allegans legem abrogatam incidit in pœnam falsi.*
20 *Lex abrogata potest allegari in argumentum.*
21 *Ratio legis nunquam videtur abrogata.*
22 *Lex abrogata potest allegari ad corroborationem legis nouæ.*
23 *Lex abrogata potest allegari quando concor dat cum lege noua.*
24 *Compilatio septimi libri Decretalium.*

PRAEFATIO.

ET quia libro superiori visum est de his, ad quę tenetur Resignatarius non ab re erit nunc tractare de publicatione. namque resignatarius debet suam resignationē publicare, alias nulla est renunciatio.

Ideo Tractaturi de nullitate resignationis ex capite non publicationis, materiam ipsius publicationis diligenter attingemus, cum sit vtilis, & tota die in foro practicabilis. In primis igitur scire oportet Tria tempora considerandа. Quorum primum, secundum regulas Cancellariæ, secundum †quas beneficia resignata debere publicari videmus in regulis Sixti IV. Innocent. VIII. Alexād. VI. Pij. III. Iulij II. Leonis. X. Adriani VI. Clement. VII. Paul. III. Iulij III. Marcell II. Paul. III. Pij iiii. & Pij. V. vt Sarn. in interpretatione huius regulæ exorditur, dicens, ante tempora Sixti iiii. non repertam fuisse hanc regulā. Verba aūt regulæ sunt hæc.

1

2 *Item Idem Dominus noster statuit, & ordinauit, quod quæcumque beneficia ecclesiastica, siue in Romana curia, siue extra etiam resignata, nisi de illis factæ resignationes, si in Romana curia, infra sex menses, si extra dictam curiam factæ sint infra mensem, ex tunc vbi dicta beneficia consistunt publicata, & possessio illorum ab eis, quos id contigit, petita fuerit, si resignantes ista post modum in eorundem resignatorum possessione decesserint, non per resignationem, sed per obitū huiusmodi vacare censeantur, collationes quoque de illis tanquam per resignationem vacantibus factæ, & inde secuta nullius sint roboris vel momenti.* Quib. verbis aliqua fuerunt addita vel sublata secundum diuersitatem temporis.

Secundum, est tempus sanctæ memoriæ Pij. V. qui non contentos regulis prędecessorum super hac re, neque sua, edidit constitutionem †incip. Sanctissimus, 3
quæ est in Bullario in ordine 182. his verbis.

SAnctissimus in Christo pater, & Dominus Noster, Dominus Pius diuina prouidentia Papa V. Animo repetens, quę, & quam grauia inconuenientia, & absurda ex occultis beneficiorum Ecclesiasticorum resignationibus, & cessionibus in dies oriantur. Cum sæpe contingat, quod occulte resignantes vel cedētes hmōi, et post resignationem, vel cessionem per eos factas, non solum fructus ex beneficijs sic cessis, vel resignatis prouenientes, indebite percipiunt, sed etiā (qđ grauius est dolendum) tanquam veri Prælati, vel beneficiati, Sacramenta ministrant, ordines conferunt, & Indulgentias Christi fidelibus concedunt, in maximum animarum periculum, & scandalum plurimorum, Nonnunquam, etiam cum eisdem resignantibus vel cedentibus tanquam cum veris Prælatis, aut beneficiatis contrahentes, illisq. decimas. census, oblationes, & alia iura Ecclesiastica persoluentes, illa post modum veris Prælatis, seu beneficiatis iterum soluere, & ab illis intrusis non sine maximo ipsorum soluentium damno, & incommodo repetere coguntur. Plerumque etiā ordinarij Collatores, ac etiam Rom. Pontifices pro tempore existentes, beneficia huiusmodi occulte resignata, vel cessa, per obitum ipsorum resignantium, vel cedentium vacare existimantes illaq. tāquam per obitum vacantia cōferentes, detecta postea resignatione, vel cessione prædicta, simul cum personis prouisis grauiter deluduntur, & fraudantur. Ac etiam considerans quantum in beneficiis Ecclesiasticis ea, quæ hæreditariæ successionis imaginem referunt, Canonicis sanctionibus sint odiosa, ac Sanctorum patrum decretis contraria, Quodque propter varias, & diuersas fraudes, & malitias, quæ in dictorū beneficiorum resignationibus, seu iurium in illis, vel ad illa competentium cessionibus (quas maxime puritas simplicitasque decet) quotidie excogitantur, & adhibentur, plerumque beneficia huiusmodi, quasi sine hæreditario occupata detinentur. Et propterea, ne absurda, & inconuenientia prædicta de cætero oriantur prouidere, illaq. a templo, & Sanctuario Dei, quam lōgissime submouere, as animarum periculis, nec non fraudibus, & malitijs huiusmodi occurrere cupiens, ꝑsenti sua perpetuo valitura constitutione voluit, statuit, & ordinauit, Quod quæcumque dictorum beneficiorum resignationes, aut iurium cessiones, tam in manibus suæ Sanctitatis, quam cuiuscumque Romani Pontificis sui ꝓdecessoris, aut successoris, aut cuiuis alterius, etiam loci ordinarij vsque in diem publicationis præsentis constitutionis factæ, & quas in posterum fieri contigerit, sub infra scriptis modo, & forma non aliter publicari, ac ad eorum ad quos spectat notitiam deduci debeant. Videlicet resignationes, & cessiones iam factæ (si illarum vigore possessio nondum fuerit per resignatarium, vel cessionarium apprehensa, etiam si super illis consensus præstiti fuerint) nec non eæ, quas infra tempus inferius designatum, a quo præsens constitutio obtinere incipiet, si quidem extra Romanam curiam factæ exstiterint, infra vnum, si vero in eadem Curia, infra sex menses a die, qua eadem constitutio sic, vt præfertur, obtinebit, numerā dis, reliquæ vero, quas post dictum diem fieri contigerit, si quidem extra curiam, similiter infra vnum, si vero in ipsa Curia fiant, infra sex menses a die datæ supplicationis resignationum, seu cessionum earundem, non autem a die præstiti, seu præstandi consensus computan. in Ecclesia ipsius beneficij ac etiam in Cathedrali, vel Metropolitana, vel alia Superiori Ecclesia, cui beneficium ipsum resignatum, vel cessum immediate subest. si quidem beneficium extra Cathedralem Ecclesiam situm est, vel fuerit, si vero beneficium huiusmodi in Cathedrali, vel alia Superiori Ecclesia extiterit in ipsa sola dum in ibi populi multitudo ad diuina audienda conuenerit, publice, ac alta, & intelligibili voce, ita quod ad omnium in eadem Ecclesia præsentium notitiam similiter peruenire possit, per ipsos resignantes, vel cedentes, aut resignatarios, vel cessionarios, vel alium, seu alios eorum nomine publicentur. Ipsique resignatarij, vel cessionarij realem, & actualem possessionem beneficiorum huiusmodi realiter, & cum effectu apprehendere,

dere, vel saltem illam infra prædictum vnius, vel sexmē sium terminum ab his, ad quos illius traditio de iure, vel de consuetudine spectat, vere, & non ficte, seu perfunctorie congruo loco, & tempore petere dēant: Et si beneficia ipsa, etiam quo ad possessionem tantū litigiosa, & per alios possessa fuerint, vel eorum possessio, ex quauis causa capi, seu apprehendi non possit, si litem huiusmodi in dicta Curia nunc, aut in futurum tendere contigerit, vltra præmissa, litteras desuper expediras, vel saltem instrumentum consensus cum data supplicationis, ac etiam cum designatione libri, & folij, in quibus supplicatio huiusmodi registrata fuerit, infra mensem a die eiusdem datæ, non autem a die præstiti consensus numerandum, in actis Notarij causę, & litis huiusmodi realiter, & cum effectu præsentare, illumque in eisdem actis annotari facere: Et insuper, quod in omnibus, & singulis casibus supradictis, resignatarij, seu cessionarij, eorumque successores, vel causam, ab eo quomodolibet habentes consensum ante obitum resignantis, vel cedentis, etiam si supplicatio per eundem resignantem, vel cedentem, seu eius Procuratorem porrecta fuerit, in libris Cameræ, vel Cancellariæ (si quidem resignatio, vel cessio huiusmodi in ipsa Curia) alias si extra Curiam facta fuerit, vel fiat, in actis Episcopalis, seu Archiepiscopalis, vel alterius Superioris Curiæ, cui beneficium immediate subest, extensum fuisse legitime docere, seu probare teneantur. Alioquin resignationes, & cessiones, ac extensiones consensum huiusmodi, aliter quām, vt præfertur, publicatæ, seu factæ, cum omnibus indesecutis, & sequendis, etiam nouis prouisionibus, ac alijs cessionibus, & retrocessionibus, cæterisque quibuluis gratijs, nullas, & inualidas, nulliusque roboris, vel momenti fore, ac fuisse, & esse statuit, & ordinauit; Et præmissa omnia, & singula etiam in quibus libet beneficijs Consistorialibus, & vt præfertur litigiosis, etiam si resignantes, vel cedentes extra possessionem eorundem beneficiorum ciuiliter, vel naturaliter decesserint, ac etiam si resignationes, & cessiones, præfatæ, ex causa permutationis, vel cum reseruatione omnium, & singulorum fructuum, redituum, & prouentuum, ac quotidianarum distributionum propria auctoritate, vel aliàs percipien. & cum reseruatione tituli, administrationis seruitij, ac stalli, & aliàs quomodocunque, & qualitercumque, etiam in fauorem alicuius ex scriptoribus Apostolicis, aut alijs Romanæ Curię officialibus, ac etiam in fauorem alicuius ex Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalibus hactenus factæ extiterint, aut etiam in futurum fieri, & resignatarios, vel cessionarios ipsos infra dictum vnius, vel sex mensium spatium cedere, vel retrocedere contingat, locum habere, & suum locum obtinere voluit, & expresse declarauit: Sicque, & non aliter per quoscumque Iudices, & Commissarios, quauis etiam Apostolica auctoritate fungentes, etiam causarum Palatij Apostolici Auditores, & ipsius Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinales in quauis causa, & instantia, sublata eis, & eorum cuilibet quauis aliter iudicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, iudicari, & diffiniri debere, irritum quoque, & cętera decreuit. Cæterum, vt præsens constitutio facilius innotescat, Sanctitas sua voluit, & mandauit, quòd eadem constitutio non solum in Cancellaria Apostolica (vt moris est) sed etiam ad valuas Basilicæ Principis Apostolorum de Vrbe, & in acie Campi Florę Publicetur, illiusque exempla in eisdem locis affixa dimittantur, & inter constitutiones perpetuas describatur, & annotetur. Quodque omnes, & singulos, quos illa concernit, presentes quidem in Curia tamen lapso mense à die dictæ publicationis numerando, Cæteros vero intra montes degentes, tribus, vltra vero ipsos montes commorantes, sex mensibus decurtis per inde, arctet, ac si eisdem personaliter intimata fuisset, cum non sit verisimile apud eos manere incognitum, quod tam patenter fuerit publicatum, &c.

Placet, describatur, & publicetur. M.

4 Et per hanc constitutionem derogatur alijs regulis suorum †prædecessorum super publicatione emanatis, vt colligitur ex finalibus verbis, & fuit resolutum in Rota in vna * Pampilonen. coram Illustrissimo Cardinali Aldobrandino tunc Auditore Rotæ doctissimo decimoquinto. Maij millesimoquingentesimoseptuagesimotertio, & in alia * Carthaginē. coram R.P.D Vicecomite nunc Archiepiscopo Mediolanen. integerrimo.

Tertium, & vltimum, est tempus sanctæ memoriæ Gregorij XIII. qui vt omnes casus includeret, & plura dubia iam orta declararet, anno duodecimo. Pontificatus aliam promulgauit extrauagantem, incipient. Humano vix in ordine. octuagesimoseptimo. quę fuit confecta cum maxima deliberatione. namque per multos annos antea fuerunt plurima exemplaria à doctissimis viris confecta, & de ordine eiusdem Gregorij in plena * Rota examinata, proponente Reuerend. P. Domino Robusterio tunc Auditore Rotæ doctissimo, die Lunæ decimo. decimo quarto. & decimoseptimo, Nouembris 1578. & considerata per bon. memor. Stephanum Contarellum tunc Cardinalem, & Pro Datarium versatissimum hisce rebus. cuius extrauagantis hęc sunt verba.

HVMANO Vix iudicio ita bene quicquam, & prouidenter sanciri potest, quin vsus sæpe aperiat, doceatque id quod salubre fore credebatur, minus experiundo prodesse, quod in illis constitutionibus, quas ad prohibendas simulatas, occultasue beneficiorum Ecclesiasticorum resignationes diuersi Romani Pontifices multiformam ediderunt, & fe. rec. Pius Papa V. prædecessor noster nouissimę promulgauit, cognoscimus accidisse. Nos hoc malum; prout occasio necessitasque postulat, coercere volentes, statuimus, vt post hac omnes, & quæcunque resignationes, etiam causa permutationis, ac commendam, & etiam litteris Apostolicis non confectis, & possessione non habita, necnon litis, & iurium quorumcunque cessiones, ac retrocessiones, quæ deinceps de quibuscunque beneficijs Ecclesiasticis in nostris, seu Romani Pontificis pro tempore existentis manibus, ac etiam coram Notario publico, & testibus fient, & a nobis vel illo, seu nostro, vel illius mandato admittentur, & super eis prouisiones, & quęcumque aliæ dispositiones, siue temporales, siue perpetuę, aut ad hoc mandata Apostolica sub qua cunque forma, & quibuscumque etiam Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalibus, ac pijs locis quocumque priuilegio suffultis, facta, publicari debeant cum litteris Apostolicis desuper confectis intra sex menses, si beneficium intra montes fuerit, vltra vero

intra nouem à data concessionis gratiæ, non autem à die præstiti super ea consensus numerandos, etiam si postea concessio gratiæ huiusmodi ex quauis causa, diuersisque subsequentibus datis, ac quotiescumque, & quotiesmodo reformata, & valida reddita fuit, pluresque, & quotquot in alium, vel alios cessiones, ac etiam in ipsum met primum resignãtem, vel cedentem retrocessiones termino prædicto nondum elapso interuenerint, ita vt vnicus, dumtaxat terminus his successiuis cessionibus, ac retrocessionibus decurrat, vt qui postremus gratiam habuerit publicationem huiusmodi facere, cæteraque omnia hic præscripta intra eundem terminum præstare teneatur. Ipsa autẽ publicatio in Cathedrali, & in beneficij Ecclesia, vel Ecclesijs, si in pluribus illud sit, fiat vbique dum frequẽs populus ad Missarum solemnia conuenerit, palam omnibus litteræ Apostolicę prædictæ, earumue transumptum authenticum exhibeatur, claraque, & intelligibili voce resignatio, seu cessio huiusmodi, ac beneficii qualitas, & inuocatio, nominaque, & cognomina resignantis, seu cedentis, ac illius in cuius fauorẽ gratia hmõi facta est, pronũcietur ita, vt hęc omnia possint ad notitiam omnium ibi existentium verisimiliter puenire, scriptoq. de his omnibus exemplo collato valuis dictarum Ecclesiarum affixum relinquatur. Si vero Ecclesia beneficij ruralis sit, aut populo Conuẽtuq. careat, eo casu in Parochiali, intra cuius Parochiæ limites beneficium ipsum cõsistit, & in Cathedrali Ecclesia, vel si locus bello, seu pestę, alijsue manifestis periculis subiaceat, tunc in proxima parochiali, ac etiam in Cathedrali Ecclesia, vel si ad illas, aut vtramuis minime sit securus, in alia Cathedrali, vel parochiali viciniori periculorum immuni publicatio huiusmodi peragatur. Is quoque in quem disponi, vel mandari de beneficio etiam litigioso, vel accedente non possesso sub quacumque forma contigerit, possessionem beneficij intra dictum tempus vigore litterarum Apostolicarum de super confectarum, nec alias apprehendere debeat, & si propter litem, aut aliud legitimum impedimentum nequiuerit saltem litteras Apostolicas, cum earũ publicatione, si tunc facta erit, Iudici, seu executori illarum, vel alijs ad quos pertinet, per se, vel procuratorem suũ legitimum, intra idem tempus præsentare, & apud illum, vel illos per ipsarum litterarum executionẽ instare, & possessionem huiusmodi instanter petere teneatur. Cæterum modus, & forma hic tradita semper, & vbique debeat obseruari, nec alia, vel æquipollens vllo modo admitti in omnibus, huiusmodi resignationibus, cessionibus, & retrocessionibus, de quibuscũque Ecclesijs, monasterijs, Prioratibus, tam virorum, quam mulierum dignitatibus officijs, & beneficijs Ecclesiasticis sæcularibus, & quorumuis ordinum, etiam militiarum regularibus, etiam electiuis, & manualibus, ac etiam de iure patronatus laicorũ Illustrium, & alias quomodocumque existentibus, siue pacificis, siue in petitorio, siue in possessorio litigiosis etiam de quibus in Consistorio nostro disponi consueuit, seu debet, quæ post hac ex quacunque causa fient, & per nos, ac prædictos successores extra tamen dictum Consistorium, admittentur, etiam cum reseruationibus nominis, tituli, administrationis, possessionis, fructuũ, etiam omnium, ac rerum, & iurium quorumcunque. Ad prædictorum tamen obseruationem eum, in quem iuris sit cessio beneficij, quod tempore cessionis huiusmodi, & ante illam vigore litterarum Apostolicarũ, vt supra, si ad id tenebat, publicatarum realiter possidebat, nolumus obligari. Quod si quicquam prædictorum omnium omissum fuerit, dictis terminis, vt cuique præscripti sunt, elapsis, omnes dispositiones, & gratiæ resignatorum, & cessorum beneficiorum, ac iurium huiusmodi, cum omnibus inde secutis, siue de pacificis. siue de litigiosis sint, irritæ, & inanes, nullaq. alia gratia super huiusmodi beneficio, siue iure cesso, ijs quibus concessa fuerit, suffragetur, sed ipsi tales inhabiles, & incapaces sint huiusmodi beneficia sic resignata & cessa, quandocunque obtinendi, illaque, siue iura ab ipsa statim prima resignatione seu cessione, etiam si illæ, alias nullæ, & inualidæ essent vacauisse, & vacare censeantur eo ipso, nec resignantibus, seu cedentibus, si postea in sua possessione remanent, constitutiones de annali, & triennali possessore, nec præsumptæ aut tacitæ retrocessiones, etiam propter diuturnam continuatæ possessionis huiusmodi, tolerantiam, nec omnino aliud ius, vel beneficium vllo tempore suffragetur, sed ipsa beneficia, siue iura sic a principio vacantia a Sede Apostolica prædicta dũtaxat impetrari valeant ac concedi. Illorum vero impetrationes, vel etiam motu proprio concessiones quibuscumque derogationibus fultę, numquam sub clausulis generalibus, aut vacationum modis conditionalibus, vel implicitis comprehendantur, sed specialiter & expresse ob non seruatam præsentis constitutionis formam, ac cum declaratione nominum, & cognominum resignantis, seu cedentis, & gratiam habentis, dispositiue, & non cõditionaliter fieri omnino debeant, & quicumque sic impetrans, aut gratiam etiam motu simili habens, præfinitum cuique casui tẽpus prædictum a data concessionis gratiæ sibi factæ huiusmodi ea omnia quæ cedens iure prædicto debebat, præstare teneatur, & si pluribus gratiam huiusmodi fieri contigerit is præ omnibus obtineat, qui primus publicationem suæ impetrationis fecerit, & possessionem adeptus fuerit, aut petierit, omniaq. requisita prędicta adimpleuerit, quamuis in data sit postremus, & possessio ab alio in publicando negligentiore prius apprehensa fuerit, vel petita. Reseruationibus, omnibus nominis, administrationis fructuum etiam omnium, ac pensionum, & aliarum rerum quarumcũque, necnon facultatibus indultis, & alij concessionibus tam ipsis resignantibus, seu cedentibus, qui tamen possessionem ab initio re ipsa dimiserint, quam alijs ex huiusmodi resignationibus, seu cessionibus a Sede Apostolica factis nihilominus validis, plerunque effectum sortituris. Sed ne in beneficijs super possessione, vel proprietate litigiosis litis prosecutio turbari valeat, vel differri, in causis huiusmodi contra cedentem ad vlteriora, etiam ad sententiam diffinitiuã, & rem iudicatam, ac illius executionem, quousque ille, qui gratiam ex resignatione, seu cessione, aut ex omissa forma publicationis huiusmodi obtinuit, ad causam per se, vel procuratorem legitimum accesserit, litemq. huiusmodi susceperit, eodem modo, & ordine procedi possit, quo potuisset legitime, si cessio, huiusmodi facta non fuisset, ac quicquid interim sic procedendo decretum, & expeditum fuerit, siue cum cedente, siue contra eum, etiam postquam ipse, vel quiuis alius incumbentia sibi secundum prędicta præstiterit. non solum circa fructus, sed etiam circa possessionem, & ipsum ius quod cessum est, valeat omnino. & vim obtineat, illumque ipsum, cui gratia facta est, non minus afficiat, quam si ipso legitimè

gitime citato contra eum decretum & expeditũ fuisset, nec ipse aduersus hæc, prætextu non acceptatæ gratiæ, vel etiam illius ignoratæ, aut citationis, vel intimationis, executioni contra ipsum minime demandatæ, aliaue ratione valeat excusari. Possit tamen ipse etiam si in lite, & causa huiusmodi subrogatus non sit, quandocunque ad illius prosecutionem, & terminationem venire, & à Iudice, coram quo causam ipsam etiam ex delegatione pendere contigerit, in illis ipsis statu, & terminis, in quibus tunc eam esse reperierit, etiam absque rescripto speciali, admitti. De beneficijs autem, q̃ deinceps in manibus ordinariorum collatorum, etiã Cardinalium etiam indulta, & facultates ad hoc ab Apostolica Sede habentiũm. ac Legatorum etiam de latere, & delegatorum etiam spécialium eiusdem Sedis extra Romanam curiam resignari, etiam ex causa permutationis contigerit, ipsi intra mensem negotiũ vniuersum admissionis, vel reiectionis resignationis huiusmodi, & (si per eos facienda erit) prouisionis resignati beneficij iuxta Apostolicas, & alias canonicas sanctiones omnino absoluant. Et qui sic prouisus fuerit, intra tres menses à die sibi factæ prouisionis illam publicet, & possessionẽ beneficij capiat modo & forma supradictis, alioquin illis elapsis nulla sit eius prouisio, & beneficium vacare censeatur, eo ipso. Ordinarij que, & alij prædicti, qui hæc, vti eis præscribuntur, nõ perfecerint, eo casu potestate disponendi de ipsis beneficijs sint ea uice priuati, eorumque dispositio eo ipso ad Sedem Apostolicam deuoluta existat, aut alijs idoneis ab ipsa sede dumtaxat, modo & forma prædictis concedantur. Decernentes sic per quoscumque iudicari debere, necnon irritum, & inane quicquid secus super his per quoscumque scienter, vel ignoranter contigerit attentari. Non obstantibus prædicti Pij Quinti, & alijs omnibus aliorum prædecessorum nostrorum constitutionibus de publicandis resignationibus huiusmodi hactenus editis, & reformatis, quasocs omnino abrogamus. Ita tamen quod in publicandis illis resignationibus, & cessionibus, quæ in manibus nostris hucusque factæ, & à nobis admissæ sunt, & tempus ad eas publicandas iuxta dicti Pij prædecessoris constitutionem nondum effluxit, constitutio ipsa, quo ad eas dumtaxat, integre obseruetur; Necnon resignantium, siue cedentium voluntatibus, conditionibus, præstationibus, & clausulis in ipsismet resignationibus, & cessionibus, seu procuratorum constitutionibus, & mandatis, ac alias etiam ad præseruationem suorum iurium, & significationem, quod nõ aliter, nec alio modo resignant, seu cedunt, appositis & quacumque verborum vi, formula, & multiplicatione expressis, necnon indultis, priuilegijs, & gratijs Apostolicis, etiam prædictis Cardinalibus, ac eorũ, & nostris familiaribus continuis commensalibus, necnon litterarum Apostolicarum scriptoribus, abbreuiatoribus, cæterisque Romanæ Curiæ officialibus, & quibuslibet causis quomodocumque concessis, & confirmatis, quæ omnia etiam tollimus, & annullamus, cæterisque contrarijs quibuscunque. Vt autem præsentes amplius innotescant, volumus vt earum exemplis ẽt impressis, Notarij publici manu subscriptis, & sigillo personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ munitis eadem prorsus fides vbiq; in iudicio, & extra illud adhibeatur, quæ adhiberetur eisdem præsentibus, si forent exhibitæ, vel ostensæ. Mandamusque illas in librum Quinternium appellatum Cancellariæ Apostolicę ad perpetuam rei memoriam de more referri.

Datum Romæ, apud sanctum Petrum, Anno Incarnationis Dominicæ 1583. Non. Ianuarij, Pontificatus nostri Anno duodecimo.

Cæ. Glorierius.

M. Pro dat.

A. de Alexijs.

Et ex verbis finalibus ibi. *Non obstantibus prædicti Pij, & alijs omnibus aliorum prædecessorum nostrorum constitutionibus de publicandis resignationibus huiusmodi hactenus editis, & reformatis, quas omnes omnino abrogamus.*

Patet esse derogatum non solum regulis Cancellariæ, sed etiam † constitutioni Pij V. vt fuerat iam mandatum* a Rot. 17. Nouembris 1578. & ita postea fuit * declaratum per eandem Rot. in vna* Ilpalen. die veneris. 8. Nouembris. 1585. 6

7 Idque deducitur põderando primo † clausulam derogatoriam, non obstantibus. Bart. & alij in l. vlt. C. si contra ius, vel vtilit. public. idem Bart. in Extrauag. ad 8 reprimendum in verbo non obstantibus, & plures effectus huius clausulæ referunt Alex. cons. 92. numer. 34. & cons. 105. num. 3. vol. 6. Felin. in cap. nonnulli. numer. 21. 39. & 79. de rescript. Dec. cons. 16. nu. 6. Curt. sen. cons. 27. colum. 12. & cons. 35. col. 4. & vlt. Paul. de Castr. in l. causas. C. de transact. Bar. in l. si quis. in prin. testamenti, ff. de leg. 3. Cardin. Paris. cons. 1. nume. 84. volu. 4. Secundo pondero expressionem factã de Cõstitutione Pij V. & regulis. vnde nulla † remanet difficultas, l. continuus. §. cum ita ff. de verb. oblig. l. ancillæ. Cod. furt. l. illam. C. de colla. Corn. cons. 13. colum. 2. libro 2. Dec. cons. 484. numero 1. Roland. à Vall. cõ 9 sil. 77. nume. 5. libro 1. & sufficit, licet † tenorẽ non exprimatur, vt voluit in simili Bald. Angel. & Paul. de Castro. in l. si mihi & tibi. §. in legatis. ff. de lega. 1. cũ alijs adductis per Franc. Curt. Sen. cons. 35. colum. penu. & 10 voluit notabiliter Cardin. Paris. cons. 24. num. 15. vol. 11 4. Tertio dictionem omnino † quæ est præcisa l. si post sessor. in principio. ff. de pecul. hæredit. Alberic. de Rosat. in dictionar. in verbo omnino. Cardin. Paris. cons. 12 21. num. 40. volum. 1. & includit omnem † casum, le. in naue. ff. locat. Cardin. Paris. cons. 22. num. 26. volum. 2. 13 & verbum abrogamus, † quod in totum tollit tex. iuncta Gloss. in capit. in istis. §. leges. distinct. 3. l. derogatur. ff. de verb. sign. vbi Alciat. Dec. quem refert, & sequitur Hippol. Riminald. in cap. 1. nume. 109. de constitut. Hæc est enim præcipua differentia inter abrogare, & derogare, d. l. derogatur. ff. de verb. signific. vt abrogare legem, sit in totum eam destruere, & delere, 14 derogare † autem, partem eius aliquam auferre Connanus in Comment. iur. ciu. lib. 1. c. 13. colum. 2. Hottomanus, & alij, quos refert Riminald. Iun. d. c. 1. nume. 109. quod etiam ostendit vnio dictionis omnino cũ 15 hoc verb. abrogamus, adnotata † in l. balista. ff. ad Trebellian. Bar. in l. scimus. C. de agric. & cens. lib. 11. Cardi. Paris. cons. 5. nu. 64. vol. 4. & cons. 6. num. 12. & 32. nu. 52. & 54. nu. 67. vol. 1. & latius cons. 12. nu. 69. vol. 2. & cons. 9. num. 20. 21. 22. cum seq. vol. 3. Et vt ex supradictis colligitur quamuis Constit. Pij V. per hanc 16 Gregorij XIII. di, in totum abrogata, vt etiam latius probabo infra, q. 11. tamẽ illam sæpius referam ad clariorem, & euidentiorem intelligẽtiam, vt appareat differentia, & quid seruandum sit cognoscamus, ad notata per doctr. in l. 1. ff. si cert. pet. Felin. in c. 2. col. ante pen. & pen. de rescr.

18 Constitutio enim*abrogata,quæ non potest allegari ad decisionem causarum Gl.in c.nouit.de Iudic. Anchara.cons.483.col.1.Fel.in c.1.nu.19.de constit.
19 sub pœna falsi.Bart.in l.vltima.ff.de fals.potest infargu
20 mentum,& comprobationem referri,Glos.& Bar.in d.l.vlt.& in l.1. in fi.de coniug.cum emancip.lib.Geminian.in c.frequens.de restit.spol.lib.6.& in c.auctoritate,de.concess.preb.lib.6.cum alijs,vt per Fel. loco citato,& ratio legis numquam videtur abrogata,l.eos
21 ff.de capitis diminut.Glos.in c.fuerunt.& ibi Gemin.
22 dist.7.Potest etiam lex abrogata allegari ad corrobo rationem legis nouæ,c.super eo de cognat.spirit. Fel.
23 d.c.1.nu.16.vers.Item quatenus concordat cum lege noua,Archid.in cap.vltimo de off.leg.lib.6.& alij omnes hoc sequuntur.

* Et hęc constitutio Gregorij XIII.cum sit in viridi*obseruantia,in compilatione septimi libri Decre-
24 talis.quam prius mandauit faciendam dic.Gregorius & postea Sixtus V.Gregorius XIIII.Innoc.IX. & demum S.D.N.Clemens VIII.vigilantissimus,& eruditissimus,ob actiones illustres,& heroicas,ponitur distincta in 8.§.lib.1.sub tit.de Renunc.c.2.ex mente sacræ Congregationis ad hoc a Sanct.S delectæ,in qua Cõgregatione etiam ego interfui,sub benignitate S. Beat.& patrocinio Illustrissimorũ & Reuerẽdissimorum D.D.S.R.E.Cardinalium Pinelli,ac Matthæi,q ob ingenij claritatem,eximiamq.probitatem,& doctrinæ maxima cum diligentia,curant,vt quam primũ ad communem vtilitatem publicetur.

SVMMARIVM.

1 *Resignatio debet publicari vt obuietur fraudibus.*
2 *Publicatio resignationis requiritur ob publicam vtilitatem.*
3 *Publicatio resignationis est facienda fauore animarum.*
4 *Fraudibus est obuiandum.*
5 *Resignationes occultæ & simulatæ tollendæ.*
6 *Resignans per resignationem amittit omne ius.*
7 *Resignans habetur pro mortuo.*
8 *Resignans non potest percipere fructus post resignationem.*
9 *Resignatarius peccat permittendo,vt resignans percipiat fructus.*
10 *Resignans post renunciationem non potest spiritualia ministrare.*
11 *Intrusus spiritualia ministrare non potest.*
12 *Communis error non iuuat recipientem spiritualia.*
13 *Communis error facit ius.*
14 *Communis error non procedit in spiritualibus.*
15 *Excommunicatus occultus non confert ordines.*
16 *Collatio facta ab occulto excommunicato non tenet.*
17 *Collator excommunicatus etiam ignorans,nulliter cõfert.*
18 *Præsentatio facta ab excommunicato tenet.*
19 *Excommunicatio lata ab excommunicato,nulla.*
20 *Communis error non prodest intrusis.*
21 *Interest populo,vt agnoscat suum pastorem.*
22 *Decimæ & oblationes ac alia emolumenta debentur veris prælatis.*
23 *Contractus confecti ab intrusis sunt nulli.*
24 *Beneficium vacat morte possessoris.*
25 *Possessor censetur dominus.*
26 *Ordinarij non debent deludi.*
27 *Materia litigandi est tollenda.*
28 *Publice inter est vt lites finiantur.*
29 *Lites occasionem mali præbent.*
30 *Longa vacatio Ecclesiarum prohibita.*
31 *Successio in beneficijs prohibetur.*
32 *Per resignationem perditur possessio.*
33 *Prouisione quæritur ius in re.*
34 *Hominum instinctum ad acquirendum.*
35 *Causa finalis ponitur in principio.*
36 *Dispositio a ratione proœmij regulatur.*
37 *Edictum de publicand.an sit odiosum.*
38 *Fauorabilis dispositio quæ emanauit ad obuiandum fraudibus.*

QVAESTIO I.

RIMO Quæro,ob quam cau
1 sam beneficia sunt publicanda Communis*responsio est, necessariam fuisse inuentionem huius publicationis,vt obuiare tur fraudibus, & multis malis, Gamb.dec.147.Caputaq.dec. 318.lib.1.in manuscr. & decis. 215.p.3.in impress.Corn.cons.137.vol.3.quem refert & sequitur Put.decis.453.nu.2.li.r. Tho.de Tan.decis.54.in manuscr Sarn.regul.de public.resig.q.3.col. 5.& q.9.& q.10.col.vlt.in fin.vers.necessaria & q.12. verstamen Rebuff.in sua reg.in prax. Roman.cons. 433.sub nu.1.Cassad.decis.22.super regul.Cancell.& expresse dicit in dictis const.Pij.V.& Gregorij XIII. Ideo inquit Caputaq.dict.decis. 215. requiri publica
2 tionem †ob publicam vtilitatem,& Put.dict.dec.453.
3 nu.6.lib.3.fauore animarum quando quidem fraudi
4 bus est obuiandum,l.cum hi,§. si cum his, de dolo, ff.de transact.l.magis ff.si pupillus ff.de reb.eorum,l. si legatarius C. de legat.1. quæstionis in fin. de fidei
5 com.Et Primum caput fraudis est, †vt tollatur occultæ & simulatæ resignationes, & ne resignantes post admissam resignationem in graue animarum periculum in beneficijs sic resignatis se intrudãt, fructus p cipiendo,similiaque faciendo,vt veri Prælati,quod ad modum pernicios um est eorum conscientijs.Respectu resignantis,quia cum per resignationem †miserit
6 omne ius,quod habebat in beneficio resignato,c.qui in dubijs,vbi*omnes de renunc.Oldra.cons.237.Calder.cons.4.de renunc.Cassad.decis.4.num.3.de restit spolia.habeatur pro†mortuo Card.Paris.cons.93.nu.
7 26.vol.4.omnes fructus,quos postea percipit,tenetur restituere,sicuti intrusus,Io.Monac.in c. si te. n. 3.de renunc.in 6.Card.Paris.cons.143. num.8.vol.4. Rot.decis.1.de renunc.in nou.&*communiter Doctores,vt supra dixi lib.1.q.6.Respectu resignatarij,
8 quia peccat permittendo†resignantem vti beneficio
9 cum non sit pastor,vt late tradit Hieron.Pau.in prax. Cancell.quæ est impressa post.prax.Rebuff.fol.mihi 602.col.2.Et hanc rationem considerauit Pius V. in dicta constitut.182.in princ.illis verbis. *Sanctissimus Christo pater & Dominus noster Dominus Pius V. animo repetens,quæ,& quam grauia inconuenientia,& absurdæ ex occultis beneficiorum resignationibus,& cessionibus in dies oriantur,cum sæpe contingat,quod occulte resignantes,vel cedentes huiusmodi,etiam post resignationem,vel cessionem per eos factas non solum fructus ex beneficijs sic cessis,vel resignatis prouenientes indebite percipiuntur,*& Gregorius XIII.in dicta constitutione.87.ibi.*quod in illis constitutionibus,quas ad prohibendas simulata occultasue beneficiorum ecclesiasticorum resignationes diuersi*

diuersi Romani Pontifices multifariam ediderũt &c. Et hanc rationem considerauit Rot.vt per Caputaq. decis.319.lib.1.& per alios communiter.

10 Secundum Caput fraudis est,ne resignantes in beneficijs,& dignitatibus,vbi spiritualia sunt ministranda,manentes in possessione,ministrarent sacramenta fidelibus,vt veri prælati,forte ordines, vel beneficia conferendo,indulgentias dando,& similia exercendo ex quo magnum fidelibus,& preiudicium, ac scanda
11 lum generetur,quia intrusus sine†titulo spiritualia, ministrare non potest,vt notant omnes Doctores in c.ex frequentibus de Instit.Abb.post.Inno.in c.nihil col.penul.de elect.Nec in istis spiritualibus receptis
12 †ab intruso,communis error recipientes iuuat.Sarn. de public.q.3.col.6.vers.nec in istis,&c.nam quam-
13 uis communis error faciat ius,& excuset.l.Barbarius Philippus.ff.de off.præt.late Socin.cons.32.col.8.& se
14 quẽtes.1.& communiter Doctores,tamen †non procedit in spiritualibus,Bal.in l.non mutat,C.de liberal. caus.Abb.in c.si vero circa fin.de sent.excomm.Felin.in c.ad probandum col.3.de re iudic.Card.Paris.cõs. 136.col.2.vol.4.Socin.regul.227.fallen.5.communis opinio,vt per Gabriell.com.opin.de probat.conclus.
15 8.num.36.& ideo excommunicatus occultus non confert ordines Bal.in dict.l.non mutat Socin. cons. 59.
16 col.3.Hinc collatio facta ab occulto excommunicato nõ valet c.cum inter,vbi Doctor.de elect.Archid. in c.nullus dist.63.Gul.Benedict.in repetit.c.Rainutius verbo mortuo el.1.num.285.de testamen. com munis*teste Gabriell.dict.conclus.8.nu.37. etiam si
17 ignoraret collator se esse excommunicatum Glos.in c.pastoralis.§.verum,vbi*communiter de appell.Neque electio cap.1.ne sed. vacan.lib.6.Imol.in c.cum
18 dilectus nu.28.de constit.Neque præsentatio,Abb. in cap.nobis de iur.patron.communis*teste Roech. de cure.de iur.patron.competens q.8.in princip.Ne
19 que excommunicatio Feder.de sen.cons.137.in fin. communis teste Calderin dispu.incip.excommunicatus.Ita etiam dicta regula l.Barbarius non procedit
20 in intruso,nam deficiente titulo communis † error non prodest Bal.in l.2.col.1.C.de sent.Innoc. in cap. nihil circa med.vbi Ab.de elect.Felin.in c.cum dilecta,col.2.de rescr.Anchar.cons.213.incip.in parvbi dicit hanc esse*communem, Ruin.cons.48. col. 2.lib.4.Boer.decis.150.& hanc quoque rationem cõsiderauit Pius V.in citata constitutione 182. ibi, *sed etiam quod grauius est dolendum tamquam veri Prælati,vel beneficiati,sacramẽta ministrant,ordines cõferunt,& indulgentias Christi fidelibus concedunt in maximum animarum periculum & scandalum plurimorum,*&c.valde enim interest populo vt agnoscat
21 suum†pastorem.Sarn.de publican. q.9.& hanc quoquerationem approbauit Rot.in una*Aftoricen. parochialis coram Achille,*teste Horat.Mandos.in add. ad Rom.cons.433.in vers.b.duplicem.

Tertium caput fraudis est,ne parochiani, & alij cõtrahant cum resignantibus existentibus in possessione beneficiorum resignatorum, tanquam eum veris
22 prælatis,& ex hoc decipiantur;& ne prædicti ei†solũant decimas,& oblationes,& alia debita,& postea cogantur eadem soluere veris prælatis,& repetere ab his intrusis,quibus soluerunt, quod quam sit iniustum,& damnosum colligitur ex Bald.in capitul.in litteris,colum.pen.de rest.spol.Ia.in l.si vrbana.colum.penul.& vlt.ff.de condict.indebit. Abb.in c.nihil.col.penult. & in c.qualiter.col.vlt.de elect.cum aliis,vt per Dec.con
23 sil.407.vilis.num.1.nam contractus confecti †ab intrusis sunt nulli,c.alienationes.12.q.2.& hanc rationẽ considerat Sarn.de public.d.q.3.col.5.vers.5. Caputaque.decil.319.lib.1.Pius V.in dict.const.182.ibi, *Nõ nunquam etiam cum eisdem resignantibus,vel cedentibus,tanquam cum veris prælatis, aut beneficiatis contrahentes,illisque decimas,census,& oblationes, & alia iura Ecclesiastica persoluentes illas postmodum veris prælatis,seu beneficiatis iterum soluere,et ab illis intrusis non sine maximo ipsorum soluentiũ damno,& incommodo repetere cogantur.* Ideo valde interest parochianorum illos habere pro prælatis,qui vere & realiter sunt tales.Sarn.de public.q.9.col.1.

Quartum caput fraudis est, ne ordinarij deludantur.nam sæpe eueniret, quod resignantes decederent
24 in possessione beneficiorum,& quia morte possesso-
25 ris dicitur vacare beneficium, possessor † enim censetur dominus,l.sue possidetis,vbi Glos.C. de probat. Feder.de sen.cons.13.col.2.Imol.in Clemen.1. vt lit. pend.ordinarij conferrent ea beneficia, existimantes
26 vacare,ex quo eluderentur,vna cum personis prouisis detecta renunciatione,Rebuff.& Sarn.loc. citatis.
27 daretur etiam materia † litigandi inter prouisos,& resignatarios,Rom.d.cons.433.num.1.Cassad.dict.decisi 2.num.2.super reg. Cancell. & litigandi occasio debet tolli,c.finem litibus,cũ ibi notat.de dol.& con
28 tumac.& ideo † concernit publicam vtilitatem ex eo, vt lites finiantur,Bal.in l.1.in 5.notab.C.de nouo codice compon.& in l.1.de furt.Alex.cons.190.col.2.libro 2.& cons.171.col.3.lib. 7. nam clari iuris est extinctionem litium ad conseruationem congregationis humanæ pertinere,sicuti e contrario litium introductio criminum occasionem, & alia detrimenta parit,vt exorditur Clement.dudum,de sepult. Sarn. de annali.q.1.col.2. Quæ deductio etiam in summis Pontificibus potest considerari, & hanc rationem ponit Pius V.dict.const.182.ibi.*Plerumque ordinarij collatores,ac etiam Romani Pontifices pro tempore existentes beneficia huiusmodi occulte resignata,vel cessa per obitum ipsorum resignantium, vel cedentium vacare existimantes,illaque tanquam per obitum nacantia conferentes, detecta postea resignatione, vel cessione prædicta, simul cum personis prouisis grauiter deluduntur,& fraudantur,* quæ deductio potest accidere etiam ex alio capite.nam si moreretur resignatarius,vacaret beneficium vere, & tamen non posset conferri per summos Pontifices, vel per ordinarios, cum ignorent vacationem, existimantes existentem in possessione esse verum dominum,& titularem, ex
30 quo daretur longa vacatio † Ecclesiarum a canonibus prohibita,c.ne pro defectu,de elect.& etiam eluderentur expectantes, existimantes vacare per mortẽ resignantis,inter quos,& intrusos essent lites, Rom. d.cons1433.num.1.Cassad.d.decis.22.num.2.Sarn. d. q.3.& quæst.9.

Quintum caput fraudis est,vt tollantur successiones,quæ prohibentur in beneficijs ecclesiasticis cap. 1.de præb.c.ex transmissa,c.ad decorem c.ab abolendam c.ad extirpandas de fil.presbyt.c.7.Conc. Trid. sess.25.de reform.quam rationem ponit Card. Paris. cons.39.vol.4.dum dicit requiri publicationem ex regul.Cancellariæ, vt innotescat omnibus quorum interest,requiri petitionem possessionis ad excludendã fraudem, ne scilicet resignans velit viuens potiri beneficio,& per resignationẽ voluerit sibi de successore prouidere,quod prohibitum est in iure,quæ suspicio colligitur ex eo,nam cum per resignationem per-
32 datur ius,&† possessio,Innoc.in c.quod in dubijs de renunc.

33 renunc.& prouisione †quæratur ius in re,c.vlt.de concess.præb.lib.6.c.pen.& c.si tibi absenti de præb. eod. lib. Ideo non est credibile,quod post ✠situm ius in beneficio,passus fuisset alterum gaudere, & residere in beneficio,quæ præsumptio scripto iure,inquit Parisi. fundata est,l.sicut §.superuacaneū.ff.quib.mod.pign. & hypot.l.si is qui ff.de acquir.hæred.nam in hoc cō-
50 stum sit,& obuietur fraudibus,nam ita palam† fieri dicitur,l.sed si pupillus,§.proscribere,ff.de tribut. act. Gemin.dict.cons. 75. & optimum esset hæc omnia exprimere in instrumento publicationis.

51 Si autem referat†Notarius se publicasse,iuxta formam Constitutionis Pij V.& Gregorij XIII.licet nõ dicat alta,& intelligibili voce, nihilominus videtur sa
* tisfactum Constitutioni,vt fuit per Rot.*resolutum in dicta Burgen.Canonicatus coram R.P.D.Gipsio 10.Decembris , 1585. sicuti dicimus sufficere rela-
52 tionem†nuntij dicentis,se citasse , iuxta formam sibi traditam,Soc.cons.56.lib.4. Et alias fuit dubitatum, an sit nulla publicatio,si fuerit factus error in nomi-
53 ne,† vel cognomine resignantis?Negatiue resolutum fuit*per Rot.die lunę,1.Februarij,1588.coram R.P. D.Bubalo in vna Ippogioren.si ex alijs circunstantijs constat de persona,nam error in officio, & dignitate
54 cum†ex circunstantijs constet de identitate personæ resignantis,non debet nocere.Rot.decis.16.de rescr.
55 in nou.Sar.regul.de annal.q.31.& † error in pronomine non vitiat , quando constat de certitudine personæ,Doctores in l.vlt.C.de hæred.instituen. vbi Cor. colum.1.

56 Quinto colligitur,†quod debet affigi in valuis Ecclesiæ Exemplum continens ea,quæ dicta sunt,vt exprimitur expresse in hac Constitutione Gregorij , & hoc vt innotescat,non solũ interessentibus tũc in Ec
* clesia,sed & alijs,qui venturi ad illam sunt,& de*stylo illud exemplum relinquitur per diem , vel aliquos
* dies in valuis Ecclesiæ,praxis*est,vt fiat vno folio copia litterarum,quæ collationata affigatur portæ maiori Ecclesiæ,& ibi relinquatur,& ita vidi pluries fieri in Vrbe,nec requiritur quod exemplum sit authenticum,quia hoc non exprimitur, argumento Lillã,C. de collat.& ita seruat*stylus.

Nec etiã requiritur,quod ibi stet per multos dies, quia Constitutio dicit tantum , quod affixum relinquatur ibi,sufficit ergo affigere, & relinquere , & de hoc solet Notarius attestari in instrumento publicationis,in quo etiam quandoque vidi descriptum spatio vnius dici huiusmodi exemplum stetisse in valuis. Super exemplo affixo valuis Ecclesiæ, vidi aliquando appositam quandam paruam chartam,in qua materno sermone continebatur , & exprimebatur nomen resignantis resignatarij,& beneficij resignati , quod admodum placet.

Dubium tamẽ est,an dicatur satisfactum huic Cõstitutioni,si Notarius dicat,legi, & publicaui absque eo,quod faciat mentionem de affixione?Pro affirma
57 tiua facit primo,quia semper capitur præsumptio,†vt actus valeat.Secundo,quia quoties in instrumẽto exprimitur aliquod verbum,quod non bene potest verificari,nisi aliquod extrinsecum accidat,illud omino præsumitur intrueniss e,Oldrad. cõs.217.Cassan. decis.4.de dol.& contum.ideo si dixit affixisse,& publicasse,debet intelligi,legendo,nec est necesse,vt attestetur de lectura,Put.decis.337.lib.2.

58 His tamen non†obstantibus contraria opinio est
* verior,vt non sit satisfactum , quam tenuit Rot.* in vna Iacen.vicarię coram R.P.D.Plato,nunc Cardinali Amplissimo,15.Iunij 1590.namque pro forma traditur vt constet de affixione ad valuas,nec potest,colligi ex illis verbis,legi,& publicaui,Caput.decis.111. par.1.Limita,nisi Notarius dixisset,legi,& publicaui ,
59 iuxta formam Constitutionis†Gregorij,&c.nam hoc casu videtur satisfactum,& præsumitur pro affixione
* vt*fuit dictum in dicta causa , & faciunt tradita per Tiraquel.de vtroque retrac.§.8.Glos.7.

Non autem videtur satisfactum Constitutioni , si in valuis Ecclesiæ,vbi est beneficium , affigatur intimatio,in qua dicatur renũciationem admissam,ut fit mat late Sarn.reg.de public.q.14.& ratio,quia in casu Constitutionis vtrumque requiritur.

60 Et de his omnibus† conficiendum est instrumentum à Notario,cum interuentu duorum testium, vt tradit Rebuff.in prax.reg.de public.glos.10.num.3. & num.12.quod &*pluries fuit resolutum,& conclusum in Rota,& stylus vulgaris docet hanc praxim,vt constet de publicatione,& est vtile ad plures effectus
61 Qui Notarius ad hoc debet rogari,†ad not.per Bart. in auth.si quis in aliquo,in 2.oppos.C.de eden. Lap. alleg.77.num.1.Rota decis.1.de fid.instrum.Felin.in c.Albericus,num.2. de testib. Et hoc instrumentum debet continere omnes qualitates requisitas. Quod
62 instrumentum extendit†Notarius à tergo litterarum hac fere forma,Fidẽ facio retroscriptas litteras Apostolicas expeditas in fauorem N. iuxta ipsarum seriẽ & tenorem cum nominibus,& cognominibus Resignantis,& Resignatarij,ac denominatione,& qualitate beneficij,clara & intelligibili voce sub die 28. Nouembris 1591.in ipsa Ecclesia ac in Cathedrali,dum frequens populus ad missarum solemnia conuenerat publicasse,ealque manibus,tenuisse,ostendisse , & legisse, earumque exemplum collationatum affixũ ibi fuisse relictum,& stetisse per aliquod tempus,aliaque & similia fecisse , iuxta formam traditam per sanct. mem.Greg.XIII.in Constitutione sua de public.Resignationibus,promulgata de anno 1583. In quorũ omnium,& singulorum premissorum fidem ego,&c. præsentibus Excellẽtibus V.I.Doctoribus, D.D.D. Io.Maria Mirabello,'Horatio Vitale,& Scipione,de Io Palatio.Et in hac forma cõtinentur omnia requisita in prædicta Constitutione,scilicet frequentia populi ad missarum solemnia,exhibitio litterarum,&ea rum ostensio,& expresso facta clara voce , cum expressione nominum,& cognominum,& qualitate beneficij,& illius inuocatione,ac tandem affixio litterarum.Et ita faciunt practici Notarij , & hoc curant homines cauti ad tollendas lites. Rota autem sustinuit aliquando instrumenta,in quibus non ita exacte
63 referebantur dictæ qualitates,†si dicat,iuxta Constitutionem,cum semper relatio intelligatur facta cum
64 omnibus†suis qualitatibus,Bart. in l.1.§. vlt.ff.famil. hercis.in fi.Dec.cons.47.num.2. circa med. Cæphal. cons.256.num.4.lib.2.Et circa publicationem Nota-
65 rio † est credẽdum,Achill.decis.10.de citat.& ita fuit conclusum in d.Burgẽ.29.Nouembris, die Veneris,
* 1585.coram*R.P.D.Gipsio,& quando instrumẽtũ, quod producitur ad probandam publicationem, nõ
66 est in forma probante,puta quia caret testibus,†non probat,& ex eo non constat de publicatione,§.sed si instrumenti,Auth.de fid.instr.Crauett.cons.216.nu.
* 2.& ita fuit resolutũ in vna*Virdunen.Canonicatus, coram R.P.D.Gipsio,veneris,12.Maij,1589.quod procedit,vt dicta die fuit cõclusum, etiam si dicatur factam fuisse publicationem in præsentia multorum testium fide dignorum.Nam requiritur,quod nomi
67 na testium†in instrumento exprimantur,alias nõ posset cõtrarium probari,& aperiretur via fraudibus , vt
* voluit Rot. * coram Card.S.Crucis, vt ipse testatur decis.190.Peleg.decis.15.incip.in vna Corduben.lib. 1,in manusc.Ptolom.decis.252.lib.1.quod procedit
68 etiam si duo Notarij†fuerint rogati,quia non ex hoc
* suppletur numerus testiũ,Put.decis.282.lib.1.& ita* fuit conclusum in dicta Virdunen.Et alias fuit dubi
69 tatum,An publicatio sit nulla,si testes explicite†nõ affirmẽt,litteras Apostolicas,de quibus facta fuit pu
* blicatio,fuisse authenticas,in vna*Abulen.Canonicatus,Veneris,16.Iunij,1589.coram R.P.D.Gipsio,fuit que conclusum,quod sat erit,si testes dicant Bullas

fuisse originales, quia hic non agitur de probando in
strumento publico vel eius tenore, sed solum de actu
70 simplicis publicationis. Et quia† Notarius non potest
attestari de actu præterito, Bellam. decis. 61. Craue. có
si. 161. Fel. in c. quoniam contra, col. 16. de proba. idē
* fuit resolutum die Lunæ, 23. Februarij, in vna * Cala-
guritana Prioratus, coram Blanchetto, de anno 1581.
iuxta hanc conclusionem in materia publicationis.

Regulariter tamen dicenti resignationem non esse
71 publicatam† incumbit onus probandi, vt fuit resolutū
* pluries in Rota, in vna Salamant. coram R. P. D. Buba
lo, de anno 1582. & in alia * Pampilonen. coram R. P.
* D. Pamphilio, 5. Nouembris, 1584. & in alia * Aquila-
na, 28. Februarij, 1585. coram R. P. Do. Vicecomite,
nunc Archiepiscopo Mediolan. dignissimo, & in alia
Bergomen. coram Cantuccio, 28. Februarij, 1585.
& in alia Tuden. coram R. P. D. Orano, 10. Februarij.
& 4. Decembris, 1587. & in alia Teanen. coram R. P.
* D. Gipsio, 20. Maij, cod. anno 1587. in * Lauretana Be
neficij coram Orano, 9. Decembris, 1589. & in vna Hi-
spalen. Archidiaconatus, coram R. P. D. Blanchetto,
mense Decembris, 1578. & in vna Calaguritana, corā
Illustrissimo Cardinali Aldobrandino, 4. Februarij,
1579. Ex quibus omnibus collige, ita esse seruandum
in vnaquaque publicatione resignationis. Et etiā col
72 lige, quod, qui capit † possessionem coram Notario,
& testibus, non satisfacit Constitutioni, vt communis
* * stylus docet, & ita fuit tantum in terminis regulæ, in
vna * Casalen. coram Meedan. 20. Octobris, 1542. te-
ste Put. Decis. 349. li. 1. Corn. cons. 137. col. 2. vol. 3. nā
73 que publicatio nō est populosa, vt debet esse, Gem.
cons. 75. secundo dubio, Abb. cōs. 99. li. 1. Card. S. Cru.
deci. 150. & iuxta formam traditam, & sic non sufficit
* instrumentum possessionis, vt fuit * resolutum in vna
Astoricen. parochialis coram Achil. de Grass. teste eo.
deci. 8. sub tit. reg. Cance. de mense Iunij, 1540. coram
Verallo, teste Sarn. dec. 65. in manuscr. & in vna Cama
ricen. Prioratus S. Dominici, coram Rainaldo, 5. Iulij
1540. teste Sarn. in addit. ad reg. decis. penu. vbi amplia
rūt Domini, etiam si per mensem ministrasset &c. mi
74* nus petitio possessionis, quæ non sufficit, vt fuit * reso
lucum in vna Calagurit. Thesaurerię Veneris, 5. Maij,
1587. coram R. P. D. Blanchetto, quia Papa vti diuer
75 sos actus † considerat publicationem, & petitionem
possessionis.

76 Neque adeptio possessionis, & continuatio per an
num sufficit, & sic resignatarius † non iuuatur regula
de annali, neque si possederit per triēnium, regula de
triennali, vt expresse dicitur in dicta Cōstitutione 87.
Gregorij XIII. §. nec. & est ratio quia nullus eis rema
net titulus, nec etiam coloratus, ergo dictæ regulæ
* non possunt suffragari, vt pluries * fuit resolutum per
Rotam. Immo nec etiam continuatio per multum tē
pus cum adeptione possessionis, suffragatur, vt ibidē
expresse dicitur, licet contrarium in terminis regulæ
* de public. fuisset * decisum in Rot. teste Sarn. de publi
ci. q. 8. col. 2. vers. est, & idem Sarn. late dicit q. 1. co. 1.
& 3. & hanc opinionem dicit æquiorem Gemin. con
si. 75. in 2. dub. Card. Paris. cons. 39. vol. 4. vbi num. 34.
* dicit hanc opinionem esse receptam * in Palatio. nam
que hi mouentur ex eo, quia huiusmodi continuatio
77 † æquipollet publicationi, Host. Io. And. & alij in cal
illud, de præsump. & quando forma respicit certum ef
78 fectum, potest † per æquipollens adimpleri, † iubemus
C. de testam. Dec. in l. si mater in 2. not. C. de instit. &
substit. sed hodie cum per dictam constitutionē Gre
gorij XIII. non sufficiat æquipollens, sequitur, &c. Mi
nus ergo sufficiet diligentia capiendi possessionem, vt
disputādo dicebat Sar. d. q. 11. col. vlt. vers. immo. Nec
etiam petitio possessionis facta corā Ordinario, licet
79 secus † in terminis regulæ antea voluisset. Rota in vna
* * Abulen. coram Puteo, teste Achil. de Grass. decisio.
12. sub tit. reg. Cāce. in manusc. & qui non publicauit
80 non poterit † capere possessionem vigore aliarum clau
sularum generalium, positarum in sua prouisione, vt
* fuit * decisum in Rota, teste Sarn. de public. q. 16. & di
cetur infra num. 120.

Rursus deducitur esse faciendam publicationē, iux
ta formam traditam, etiam si resignatio nota sit popu
81 lo, vt expresse colligitur ex dicta Cōstitutione 87. Gre
* * gorij XIII. & stylus vulgaris * docet, & ita etiam fuit *
* decisum in Rota in terminis regulæ, teste Sarn. regu.
de publican. q. 9. col. 2. vers. tertius effectus, quicquid
in contrarium † voluerit Card. Paris. cons. 39. num. 34.
vol. 4. Cassad. decis. 26. super reg. cum alijs, vt per Man
dot. in addit. ad Roman. cons. 433. in prima additio-
ne in fin. & ratio est, quia†, cum publicatio requiratur
82 pro forma, notorium quamuis releuet † ab onere pro-
bandi; l. 1. C. de dot. priuile. l. 1. ff. ex quib. caus. maior. C.
vestra de cohabit. cleric. tamen non releuat quoties ꝓ
83 batio † requiritur pro forma, Ant. de But. in d. c. vestra,
* Bald. in l. ciues, C. de app. & * communiter. Nec sufficiet
84 quod qs notorie se gerat pro rectore, † quod alias suf
ficiebat, Rebuff. in d. reg. de public. Card. Paris. d. cons.
39. num. 31. vol. 4.

85 Vnde, quamuis † decretum de publicand. in regulis
Cancellariæ, & Constitutio Pij V. 182. etiam de publi
cand. potuisset adimpleri per æquipollens, eo modo,
vt supra dictum est, & alijs locis, & vt pluries fuit re-
* solutum * in Rota, Cum forma respiciens aliquem † ef
86 fectum possit adimpleri per æquipollens l. vlt. §. vlt. ff.
de condit. & demonstrat. l. mulier. ff. de condit. instītu.
Bart. in l. ab emptione, ff. de pact. gloss. in leg. hac con-
sultissima, C. qui testament. facere. poss. in Sarn. de pu-
blican. quæst. 11. & alibi, & * communiter alij. Hodie
autem præcise, & specifice iuxta formam traditam est
87 facienda publicatio, & non † potest per æquipollēs fie-
ri, vt egregie sancitum est in dicta Cōstitutione Gre
gorij XIII. 87. §. *Caterum modus, & forma hic tradi-
ta, semper, & vbique debeat obseruari, nec alia, vel
æquipollens vllo modo admitti in omnibus huiusmo-
di resignationibus, cessionibus, & retrocessionibus de
quibuscumque Ecclesiis, Monasterijs, Prioratibus tā
virorum, quam mulierum, dignitatibus, officijs, & be
neficijs Ecclesiasticis, sæcularibus, & quorumuis ordi
num, etiam militarum, regularibus, etiam electiuis,
& manualibus, & c.* & hæc verba consulto ad tollen-
das fraudes apposuit bon. mem. Illustrissimus &
88 Reuerendissimus Dom. Matthæus, † Contarellus,
Tituli Sancti Stephani, presbyter Cardinalis, tunc
pro Datarius, namque erat versatissimus, in Cancella
ria, vt tradit Nauarr. in Manu, capitul. 27. numer. 249.
& omnibus notum est, quia per quadraginta annos
stetit in Curia, & suam primam militiam incæ-
pit sub Doctissimo, & præclarissimo viro bon. mem.
Petro Paulo Cardinali Parisio, cuius fuit familiaris, &
continuus commensalis.

89 Ex quo primo, † infertur adeptionem possessionis,
cum continuatione alicuius temporis non sufficere,
vt resignatarius excusetur a publicatione, vt dī in dic.
* Cōstitutione Gregorij XIII. & communiter * tota die
practicatur, & ita alias tenuit Gemin. cons. 75. in 2. in
dub. & hoc est seruandum, quamuis Rota tenuerit *
* cōtrarium, de anno 1530. 14. Februarij, & 15. Nouē-
bris,

bris, 1534. in vna Tullen. Parochialis, vt refert Sarn. q
deducit rationes, in reg. de public. q. 11. per totam, &
diximus paulo ante, num. 72.

90 Secundo, infertur, † continuationem possessionis p
annum non suffragari resignantibus, vt vitent pœnam
* impositam ob non publicationem, vt * communiter
practicatur per dictam Constitutionem 87. Grego.
XIII. in §. Quod si quidquā ibi, *Nec resignationibus,
seu cedentibus, si postea in sua possessione remanent,
Constitutiones de annali, & c.* quod est valde notādū.
91 nam annalis † possessio ad multa prodest, vt late prose
quitur Sarn. super reg. de annali, & præsertim q. 57.

92 Tertio, infertur, continuationem † possessionis per
triennium non suffragari resignantibus, ad vitandam
pœnam impositam ob non publicationem, vt dicitur
in dic. Const. Greg. XIII. in §. quod si quidquam, ibi.
*Nec resignantibus, seu cedentibus, si postea in sua pos
sessione remanent, Constitutiones de annali, & trien
* nali possessione, & c.* & ita * per omnes practicatur, &
ratio est, quia, cum ei non remanserit ius aliquod, per
93 consequens non poterit † iuuari regula de triēnali, Ca
* putaq. decis. 93. lib. 1. in manusc. & est cōmunis * opi
nio: licet antea secus, Sar. de triennali, q. 24. Put. decis.
158. lib. 3. Ferrett. cons. 95. num. 5.

94 Quarto, infertur, præsumptas, & tacitas † retrocef-
siones etiam propter diuturnam continuatæ possef-
sionis tolerantiam non suffragari resignātibus, vt eui
tent pœnam impositam ob non publicationem, vt di
citur in dict. const. Greg. XIII. in dic. §. quod si quid-
quam, ibi. *Nec præsumptæ, aut tacitæ retrocessiones,
etiam propter diuturnam continuatæ possessionis hu
iusmodi tolerationem, & c.* Ex quo collige, notanter
95 allegationi Lapi 89. hodie † non esse locum, & quia Pa
* latium * vsque ad hanc Cōstitutionem, semper tenuit
dictā allegat. Lap. vt tradit Thomas de Tan. decis. 80.
in manusc. Ideo non abs re erit pauca de ea dicere.

96 Allegatio, Lap. 89. † disponit, vt si quis resignauit &
post resignationem † remānsit in possessione illamq;
continuauit per decem annos, præsumitur retrocef-
sio, & nouus titulus acquisitus, & per consequens po
test iuuari illa possessione, & moriens beneficium va
97 cat per obitum, & ita potest impetrari, quod tempus
Palatium, reduxit † ad triennium, teste Guid. Bon. de-
cis. 1. in manusc. Caputaq. decis. 26. num. 4. par. 1. Cas
sad. decis. 2. num. 6. de caus. possess. & propriet. & Pele
grin. decis. 141. lib. 2. & secundum hanc allegationem
* fuit decisum in vna, * Placent. parochialis die 23. No-
uembris 1551. coram D. Aug. refert, Guid. Bon. d. de
* cis. 1. & in vna * Anconitana, parochialis, 5. Iunij, 1551.
coram Accorambono, teste Caputaq. decis. 93. lib. 1.
in manusc. & decis. 25. p. 1. in impress. Cassad. decis. 2.
num. 4. de caus. poss. & propriet. Moed. decis. 203. &
239. Put. decis. 337. 358. & 371. lib. 30. Ferrett. consil.
354. num. 2. & alias in vna Veltran. canonicatus, corā
98 * Veltano, de anno 1551. fuit * resolutum, † quod resi-
gnans manens in pacifica possessione per triennium,
si resignat iterum, prouisio facta per hanc resignatio
nem potest Canonizari, non obstante prima resigna-
tione, teste Guid. bon. decis. 2. & quemadmodum pre
99 sumitur titulus, ita † & noua possessio, vt fuit resolutū
* * in vna Conchen. præstimonij teste Aragonia, decis.
100 23. manusc. & præsumit † dispensatio Card. Sanctæ
101 Cruc. decis. 9. in manusc. ac operatur, † vt quis non te
neatur iustificare dispensationem obtentam Card. S.
Crucis, decis. 15. & contra præsumptionem, orientē
* ex huiusmodi allegatione Lap. * Rota non admittit
102 † probationem in contrarium, nisi concludentissima
sit probatio, Caputaq. decis. 26. num. 3. p. 1. requiritur
103 † tamen possessio pacifica triennalis, Tho. de Tan. de
cis. 80. in manusc. Sarn. de triennal. q. 16. num. 5. & fuit
* resolutum in vna * Forliuien. parochialis, coram Ora-
dino, die 14. Iunij, 1554. vt habetur libr. diuers. decis.
288. in manusc. & in vna Compostellan. Canonica-
tus, coram Achille, 3. Iunij, 1556. teste Caputaq. decis.
91. lib. 1. in manusc. & 14. Iunij, teste eod. Caputaq.
104 decis. 246. lib. 1. quæ possessio † est probanda per eum
qui impetrauit per obitum per testes de visu Ant. Au
gust. in repert. num. 3. & quomodo probetur quem
105 decessisse in possessione ad effectum, † regulæ de pu-
blic. vide Put. decis. 337. 358. & 371. lib. 3. Ferrett. con
106 sil. 354. num. 2. & requiritur, vt moriatur in possessio
ne, alias non est locus allegationi Lap. vt fuit resolu-
* tum * in vna Segobien. die 19. Octobris coram Augu
stino, teste Caputaq. decis. 401. lib. 1. vbi resignās post
resignationem possedit per nouem annos paulo ante
quam decederet desiit possidere, quærebatur an esset
locus dictæ allegationi Lap. fuit resolutum negatiue
* etiam si resignauit ante mortem vt fuit * alias resolutū
teste Crescent. decis. 36. lib. 1. in manusc. & in vna For
liuien. coram Oradino die 14. Iunij, 1554. vt habetur
lib. diuers. decis. 288. in manuscr. & requiritur, vt non
continuauerit possessionem ex reseruatione fructuū,
107 nam si ex tali reseruatione continuauit nōn est locus
* allegationi Lap. vt fuit resolutum in vna * Hispalen. por
tionis coram D. Pelegrino teste eod. decis. 141. lib. 2.
& in alia Anconita. beneficij die 10. Ianuarij 1553.
coram Capizucco teste Caputaq. decis. 92. libro 1. in
manusc. & requiritur etiam vt possessio † nō fuerit vio
108 lenta, & ideo non habere locum † in * spolio fuit re-
solutum in vna Lucan. Sanctæ Annæ, coram Cardi-
nali Sanctæ Crucis, die 7. Februarij, 1558. vt habetur
lib. diuers. decis. 153. in manuscrip. & die 20. Iunij,
109 1522. teste Gammar. decis. 11. nisi † spoliauerit † suum
* spoliatorem, vt fuit resolutum * in vna Salamantina
portionis, coram Accorambono, teste Pelegrin. de-
* cis. 13. lib. 2. in manusc. & alias * 27. Iunij, 1555. fuit
110 per Rotam, resolutum, quod ad hoc vt admittatur †
regressus, per allegat. Lap. requiritur, vt ille, qui habe-
bat regressum, sciuerit vacationem beneficij, Cassad.
decis. 9. de caus. poss. & propriet. Sarn. de triennal. q.
16. num. 8. & q. 49. num. 22. teste Caputaq. decis. 376.
lib. 1. in manuscr.

Hodie autem stante hac Constitutione Gregorij
XIII. non habet locum huiusmodi retrocessio præ-
sumpta, quia eo ipso vacat beneficium ob non publi-
* cationem, vt infra dicam, & est communis * opinio re
cepta in * prax. vt omnes sciunt, quæ procedit bene, in
eo, qui possidet post cōsensum præstitum, & hic post
quam ius fuit ab eo abdicatum irreuocabiliter, secus
vero in eo resignante, qui post signatam supplicatio
nem possedit ante vero consensum præstitum, quia
111 intelligitur iure proprio † continuare possessionem, vt
* * fuit decisum in vna Astoricen. parochialis, die 27.
Februarij, 1548.

112 Quinto, ex eisdem † uerbis infertur possessionem
decennalem non suffragari resignanti, licet alias se-
cus, vt per Ferrett. consil. 95. num. 5. & consilio 388.
numero 10.

Sexto infertur, vt si Resignatarius, qui non publi-
cauit ante tempus statutum, impetrauerit de nuo il-
lud beneficium a Sede Apostolica per nouam pro-
uisionem, vt huiusmodi noua † prouisio non habeat
113 vim publicationis, vt tenuit Cassad. decimo vigesima
secunda, super regul. Cancell. vbi refert hoc dubium

fuisse propositum, & quod tres Domini tenuerunt hanc partem, postea quinque & sic*maior pars, inter quos ipse, & Cardinalis Iacobacius, tunc Rotæ Auditor, Caputaq. decis. 412. p. 2. quod expresse statuit Pius V. in dicta Constitutione 182. ibi, *Alioquin resignationes, & cessiones ac extensiones, consensuum huiusmodi aliter quam, vt prefertur, publicatæ, seu factæ, eum omnibus inde sequutis, & sequendis, etiam nouis prouisionibus, cæterisque quibus vis, gratijs nullas & inualidas, nullius que roboris, vel momenti fore, ac fuisse, & esse statuit, & ordinauit, & c.* Gregorius xiij. in dicta Constitutione 87. ibi, *Etiam si postea concessio gratię huiusmodi, ex quauis causa.* diuersique sub sequentibus, &c. & ibi, *Quod si quispiam prædictorū, omnium omissum fuerit, dictis terminis, & cuique præscripti sunt elapsis, omnes dispositiones, & gratiæ resignatorum, & cessorum beneficiorum, aut iurium huiusmodi cum omnibus inde sequutis siue de pacificis, siue de litigiosis sint irritæ, & inanes, nullaque alia, gratia super huiusmodi beneficio, siue de iure cessoris quibus concessa fuerit, suffragetur, sed ipsi tales inhabiles, & incapaces sint ad huiusmodi beneficia, sic resignanta. & esse quandocumque obtinenda, & c.* & est ratio, quia pro forma certis loco, & tempore requiritur publicatio, & quia noua prouisio cum obtineatur in Vrbe, per illam non obuiatur fraudibus, namque
114 non potest deuenire ad notitiam eorum, quorum interest, & maxime existentium loco beneficii, ita Rebuff. in sua præxi, tit. de nou. prouis.

Et hoc hodie tenendum est, sicut tenetur*commuter in praxi, & nullum habet dubium, attentis verbis allegatis, quamuis*Rota contrarium voluerit 14. Februarij, 1530. & 15. Nouembris, 1534. scilicet, nouam
115 †prouisionem æquipollere publicationi, teste Sar. de publican. q. 11. col. 2. & q. 13. col. 1. & in vna * Tullen. & in vna Legionen. teste Aragon. decis. 3. An noua ꝓuisio, vbi dicit. hanc esse intentionem Rotæ, & die 16. Decembris, 1552. teste Caputaq. decis. 412. lib. 2. in manusc. Crescent. decis. 4. lib. 1. in manuscr. Put. decis. 317. li. 3. Caputaq. decis. 35. p. 2. Simon. decis. 43. lib. 1.
116 Et hoc eo magis procedit, si noua prouisio†sit nulla, vt tenet Rebuff. in regul. de public. col. vlt. vbi confutat Sarn. contrariū volentem q. 11. col. 2. de publican. licet secundū opinionem Sarn. fuerit*decisum in Rota in vna Tullen. parochialis, coram Io. Clerici, teste Crescent. decis. 4. lib. 1. in manuscr. & in alia Segobi. parochialis, coram Reumano, 16. Decembris, 1552. Caputaq. dec. 35. p. 2. hoc etiam attestatur, Sarn. dec. 140. lib. 2. & in vna Maguntin. teste Simonett. decis. 15. 43.
117 & 44. lib. 1. Nam quod nullum est, †nullum potest producere effectum, l. 4. §. condemnatus, ff. de re iudic. &
118 non est considerabile, Card. Paris. cons. 109. nu. 1. vol. 3. & hoc etiam procedit, si fuit impetrata noua prouisio infra tempus datum ad publicandum, vt patet ex verbis dictę Constitutionis Gregorij, quamuis contrarium voluerit Card. Paris. cons. 118. per totum, vol. 4. Roman. cons. 435. in 2. dub. nu. 5. vbi Mandos. allegat Concordantes.

119 Limita, vt noua†prouisio expedita post lapsum tempus ad publicādum, in qua quis narrauit se non publicasse infra tempus, profit, dum modo illam publicet, vt quotidie experimur, & dicetur infra.

120 Septimo, infertur, quod†resignatarius, qui non publicauit infra tempus statutum, & per consequens amisit ius, vigore resignationis, non possit capere illud beneficium resignatum vacās per clausulas generales, videlicet, vel alio quouis modo vacet, &c. solitas apponi in supplicationibus, vt tenet. Sarn. de publican. que. 16. vbi refert, ita fuisse*iudicatum, & est* communis opinio, quæ probatur, expresse in dicta Constitutione,
121 Gregorij XIII. Et ratio est, quia clausula†quouis modo capit tantum vacationem tempore datæ prouisionis contingentem, & sic beneficium, quod iam vacat de præsenti, non autem capit vacationem, quæ in futurum contingere potest, Doctores* communiter in c. susceptum, de rescript. lib. 6. late Sar. q. 34. de infir. & q. 3. de verisimil. not. Quod limitat dupliciter Sarn. dict. q. 16. nu. 3. & an veræ sint limitationes, dicam suo loco

Et vt omnis difficultas tollatur, sciendum est, quod communiter omnes cōcludunt publicationem posse fieri, non solum per Resignatarium, & Cessionarium,
122 qui ad hoc arctatur, sed etiam per†Procuratorem, vnū vel pluries, vt probatur expresse in dicta Constitutione, Pij V. de publican. resignationib. ibi, *vel alium, seu alios eorum nomine publicentur*, &c. ex quibus verbis expresse colligitur, tenere publicationem factam per procuratorem, & per eam esse satisfactum, & ratio est, quia actus factus per Procuratorem idoneum,
123 tenet, & eundem producit†effectum, vt actus gestus a domino. l. 1. C. de satisdan. Bar. in l. inter quos, §. alieno, ff. de damno infect. l. si mandatum. ff. mand. Qui. n. per alium facit, per se ipsum facere videtur, vt vulgaria iura disponunt, quod in tantum est verum, vt tempo-
124 re, quo publicauit procurator, videatur dominus †exercuisse illum actum, vt per gloss. in clem. 1. in verbo collato, vt lite pend. Doctores in l. si vt proponitur de fideiuss. & in notabili casu tradit Card. Paris. cons. 43.
123 nu. 8. vo. 4. Et dicetur idoneus procurator ad hoc, qui †habet speciale mandatum; nam *ita communiter practicatur, vt habens beneficium per resignationem ipse capiat possessionem, & publicet, vel constituat ꝓ curatorem ad vtrumque. qui procurator post apprehensam possessionem id exequatur.

SVMMARIVM.

1 *Resignatio est nulla, non facta publicatione.*
2 *Resignatario non publicanti nullum ius acquiritur.*
3 *Ex prouisione Papæ ius acquiritur.*
4 *Ius Resignationis pendet a conditione.*
5 *Ante publicationem ius est in pendenti.*
6 *Ex actu nullo nullum ius acquiritur.*
7 *Publicatio non facta iuxta formam Constitutionis Greg. XIII. est nulla & nu. 62.*
8 *Paria sunt, aliquid non facere, vel facere, & minuste gitime.*
9 *Probatio minus legitima, non prodest.*
10 *Paria sunt, non esse, vel esse, & non apparere.*
11 *Paria sunt, maritum non habere, vel inutilem.*
12 *Paria sunt, non habere beneficium, vel tenue.*
13 *Non faciens resignationem potest capere benefic. per clausulas generales.*
14 *Annullata resignatione annullatur quælibet vacatio*
15 *Dispositio generaliter est intelligenda.*
16 *Clausula Quouis modo capit vacationem tempore datæ.*
17 *Valet argumentum de persona ad tempus.*
18 *Resignatarius non publicans non potest capere beneficium vigore alterius gratiæ.*
19 *Resignatario non publicanti non prodest regula de annali, neque de triennali.*
20 *Non facta publicatione per Resignatarium, ius non abdicatur a Resignante secundum Regulas Cancellariæ, & Constitutionem Pij V.*

21 *Nulla*

21 *Nulla existente resignatione, ius non abdicatur a Resignante.*
22 *Non abdicatur ius a resignante, nisi benefic. quæratur à Resignatario.*
23 *Constitutio Pij V. de public. annullat consensus.*
24 *Decretum irritans habet oculos retro.*
25 *Decretum irritans afficit omnia quæ sequuntur.*
26 *Papa reuocando videtur reuocare, prout ex tunc.*
27 *Papa potest facere, vt res factæ habeantur pro infectis.*
28 *Resignans potest†agere spolio, cum ius non abdicatur ab eo.*
29 *Resignatarius debet docere de publicatione.*
30 *In renunciationibus coram Ordinario statim abdicatur ius, & num. 32.*
31 *Coram Ordinario libere fit renunciatio.*
33 *Per contractum matrimonij vacat benefic.*
34 *Per Const. Greg. XIII. de public. ius abdicatur à Resignante non facta publicatione,*
35 *Non facta publicatione, resignans non potest repetere benefi. & agere spolio.*
36 *Constitutio Greg. XIII. non inducit vacationem, nisi ex causa non publicationis.*
37 *Benef. vacantia ob non publicationem à Sede Apostolica duntaxat prouidentur.*
38 *Nulla est collatio Ordinarij de benefic. reseruato.*
39 *Ordinarius conferens benefi. reseruatum suspenditur.*
40 *Decretum Papæ in reseruationibus afficit, & inficit titulum.*
41 *Benef. resignata coram Ordinarijs, si non publicentur sunt affecta ad Sedem Apostolicam.*
42 *Impetratio ob non publicationem quomodo fiat.*
43 *Concessio Motu proprio non suffragatur non publicanti.*
44 *Impetratio facta ob non publicationem, ante tempus elapsum est nulla.*
45 *Ius conditionale non est conferibile ante resolutionē.*
46 *Beneficium vacans confertur.*
47 *Quod potest vacare, interim non potest conferri.*
48 *In prouisione ponitur clausula preseruatiua iuris tertij.*
49 *Prouisio Ordinarij facta infra mensem datum expectantibus ad acceptandum, non valet.*
50 *Prouisio Legati in tempore dato expectantibus, non valet.*
51 *Collatio Papæ infra tempus deuolutionis, est nulla.*
52 *Quando valeant quæ conceduntur pendente iure resolubili.*
53 *Impetrans beneficium vacans ob non publicationem tenetur publicare.*
54 *Morientе resignante in possessione benef. resignati, nō vacat beneficiū per eius obitum, licet aliàs secus.*
55 *Quomodo colligitur quis decedere in possessione beneficij.*
56 *Percipiens fructus absque consensu domini benefic. non acquirit ius.*
57 *Nulla existente resignatione ob non publicationem, Resignans non amittit reseruationes factas.*
58 *Vbi non est delictum, ibi neque pœna.*
59 *Pœna non egreditur auctorem.*
60 *Constitutio Pij V. de publican obligat resignantem.*
61 *Resignatarius potest annullare pensionem Resignantis, eò quia habuit beneficium ex resignatione, & non publicauit.*
63 *Publicatio facta, perfecta uerū post tempus, est nulla.*
64 *Resignatarius non tenetur publicare, cum habet indultum Papæ.*
65 *Eius est tollere, cuius est condere.*
66 *Papa in beneficialibus habet liberam facultatem.*
67 *Indultum non publicandi, debet esse speciale.*
68 *Indultum non publicandi hodie non datur.*
69 *Resignatarius potest post tempus lapsum publicare cum est restitutus.*
70 *Restitutus a Papa recuperat omnia bona.*
71 *Restitutio ad publicandum, non est publicanda.*
72 *In gratia restitutoria aduersus lapsum tempus publicatio requiritur derogatio regulæ de iur. quæsito non coll.*
73 *Pars gratiæ est verificanda.*
74 *Restitutio concessa cum narratiua quod fuit præpeditus non est verificanda.*
75 *Verba ex iustis causis quid explicent.*
76 *Quod consistit in animo non est, verificandum.*
77 *Probatio incerta, quoties dicitur ex certis causis.*
78 *Restitutio, in quid sit iustificanda.*
79 *Restitutio non operatur, quoties medio tempore ius fuit acquisitum tertio.*
80 *Restitutus à Papa non recuperat ius, alteri cōcessum.*
81 *Clausula, dummodo ius non sit alteri quæsitum, reddit gratiam conditionalem.*
82 *Cōstitutio loquēs de litteris debet intelligi de validis.*
83 *Verba debent intelligi de eo, quod fortitur effectum.*
84 *Occultæ resignationes, quid inducant mali.*
85 *Beneficium non vacat, cum resignatio est, nulla.*
86 *Qualitas requisita a lege, in primis est verificanda.*
87 *Cum non tenet actus principalis, neque accessorij.*
88 *Publicatio facta cum litteris, inualidis reualidatis tamen cum perinde valere, valet.*
89 *Gratia, perinde valere, reualidat omnia ab initio.*
90 *Testamentum Abbatis habentis licentiam testandi valet.*
91 *Licentia faciendi molendinum extenditur ad iam illicite factum.*
92 *Gratia reualidatoria præfertur habenti gratiam anteriorem.*
93 *Formula gratiæ, perinde valere.*

QVAESTIO VII.

SEptimo, Quero, quæ sit pœna non factę publicationis? Cōmunis resp̄sio omnium Doctorum est, vt nō facta publi
1 catione sit nulla†resignatio, vt Sar. tradit in pluribus locis in tit. de publi. Et probatur in regula Cancellariæ, ibi. *Nullius essent roboris, vel momenti, &c.* & in Const. 182. Pij V. de public. in §. Alioquin, ibi. *Nullas, & inualidas, nullius que roboris, vel momenti fore, ac fuisse, & esse statuit & ordinauit, & c.* & in d. Const. 87. Greg. XIII. in §. Cæterum, & in §. quod si quidquam, ibi. *Cū omnibus inde secutis, siue de pacificis, siue de litigiosis, sint irritæ, & inanes, & c.* & alibi. non habet igitur dubiū, cū sit data certa forma, & dicatur expresse, Rebuff. in hac reg. col. 14. verbo, Nullius, Nauar. ī c. Accepta, op
* pos. 8. n. 17. de rest. ſpol. & ſm hāc opin. iudicauit* pluries Rota, & prælertim in vna Aquilan. Prioratus, Veneris, 2. Iunij, 1581. coram Cantuccio, & ita practicatur, & seruatur indistincte.

Ex quo infertur, ex hmōi Resignatione nullū ius
2 acquiri resignatario, vt in ꝓdictis Constit. dicitur expresse, & ꝓcipue in illa Greg. XIII. &* cōiter traditur per omnes, vt per Sarn. q. 16. de publican. Nauarr. consil. 3. nume. 1. de public. namque quamuis per p rouisionem † factam a Papa, vel Ordinario ex causa resi-
3 gnationis,

gn ationis,ius plene acquiratur,& late ostendi, lib.1. tamen illud iuspendet a cõditione,si fuerit facta pu-
4 blicatio,egregie Moed.decis.348.in manuscr. & inte-
5 rim est in pendenti,Paul.in de potest.c.Sed. Vacan.in 2.prælud.vers.9.Oldrad.consil.283.col. pen.Sarn.de public.q.17.col.2.in fi.& regulare est,vt ex actu nullo
6 nihil acquiratur,†cum quod nullum est,nullum produ-cat effectum,l.4.§.condemnatum.ff. de sent. & re Iudic.c.illud de iur.patr.

7 Amplia primo,† vt huiusmodi resignatio sit nulla, non solum quando non est facta publicatio,verum ẽt si est facta,sed non seruata forma dictæ Constitutionis Greg.XIII.vt dicitur,in eadem Gregoriana,in §. *quod si quidquam prædictorum omnium omissum fuerit,dictis terminis,vt cuique præscripti sunt, elapsis, omnes dispositiones,& gratiæ resignatorum,& cessorum beneficiorum,aut iurium huiusmodi,cum omnibus inde secutis,siue de pacificis,siue de litigiosis,sint irritæ,& inanes,&c.* ita etiam per Constitutionem Pij V.de public.182.erat prouisum, vt publicatio facta non seruata forma,ibi tradita,esset inualida, in §. *Alioquin resignationes,& cessiones, ac extensiones consensuum huiusmodi,aliter,quam vt præfertur, publicatæ,seu factæ,cum omnibus inde secutis,& sequẽdis, etiam nouis prouisionibus, cæterisue quibusuis gratijs,nullas,& inualidas, nullusque roboris, vel momenti fore,ac fuisse,& esse statuit, & ordinauit,* &c.& ita* practicatur quotidie,vt si non fiat publica
* tio seruata forma tradita in dicta Gregoriana,sit nulla,& beneficiũ impetrari possit,& ita fuit* sæpius in Rota firmatum,& dicam infra num.62. Et ratio est
8 aperta,quia†paria sunt,aliquid non facere,vel facere, & minus legitime,l.quoties,ff. qui satisdar. cogant. l. nulla,de auct.tutor,l.2.C.de succes.edict.Rol.a Vall. cons.9.num.7.lib.1.& cons.14.num.25.l.a Cepha.cõ-
* sil.109.num.3.lib.1.*communiter scribentes in c. in
9 præsentia,de prob.loquentes de probatione †minus legitima,l.nam hoc,C.vnde legitimi,l. neque natales, C.de prob.& de exheredatione est text.in l.non putauit,§.non quæ uis,ff.de contratab.§.eadem,Instit.de hæred.quæ ab intest.defer.Hinc paria sunt,non esse,
10 † vel esse,& non apparere sufficienter,l. duo sunt Titij,ff.de test. tutel.facit l.unica §.pen.C.de caduc.tollend.Alexand.in l.quoties,col.3.lub num.5.C. de hæ-
11 redib.inst.Hinc etiam paria sunt,maritum†non habere,vel inutilem,glos.in l.vlt.C.ad leg.flau. de plagiar. Rol.cons.9.num.34.lib.1. quod ego alias adducebã,
12 vt paria sint non habere†beneficium,vel tenuo,vt nõ sufficiat pro omẽdis breuiario,& diurno,& hac ratione plures resignationes fuerunt,annullatæ.

Amplia Secundo,vt Resignatarius,qui ob non factam publicationem perdidit ius,non † possit capere
13 beneficium,vigore clausulæ generalis,de stylo apponi solitæ in supplicatione,& litteris,vel alias,quouis-
14 modo vacet.nam annullata resignatione,annullatur† quælibet vacatio ex ea resultans ita Sarn.q.16.de pu-
* blic.vbi attestatur* ita alias fuisse iudicatum,quod ,pbatur,tum auctoritate dictæ Constitutionis Gregorianæ habentis clausulas generales,& pregnantes sub
* quibus includi hunc casum* communiter tenetur ex
15 traditis per † Bald.in l.in fraudem,ff.de militar.test.& cons.205.lib.1.Cravett.cons.92.num.4.& cons.118. num.14.tum etiam ratione,quia dicta clausula,quo-
* quis modo,&c.secundum communem* conclusionẽ,
* 16 & stylum,* de quo attestatur Sarn.d.q.16.capit tantum,vacationem tempore datæ prouisionis contingentem,& sic beneficij,quod iam vacat de præsenti, non tamen capit vacationem,quæ extrinsecus,& in futurum contingere potest,Doctores,in c.susceptũ, de rescript. lib.6. nam sicuti non se extendit ad vacationem ex persona alterius, ita neque ad vacationem contingentem alio tempore,nam valet argumentum
17 † de persona ad tempus,& e contra,l. qui plures, in principio,ff.de vulgar.& pupill.l.videmus,§.pen.ff.de in lit.iurand.late Sarn.de infirm. q. 34.& secundum
* hanc* opinionem fuit alias resolutum,vt dixi lib.9.

Tertio, quia expresse dicitur in dicta Constitutione Gregoriana,§.illorum vero ibi. *Nunquam ob clausulis generalibus,&c.* vt dixi quæstione præcedenti. num.80.& num.120.

18 Amplia tertio,vt†Resignatarius non possit capere dictum beneficium vigore alterius gratiæ, vt dicitur in dicta Constitutione Gregoriana §. Quod si quid quam,ibi. *Nullaque alia gratia super huiusmodi bene ficio siue,iure cessio ijs,quibus concessa fuerit,suffragetur,&c.*

19 Amplia Quarto,vt Resignatario†non profit regula de annali neque de triennali,ac præsumptę retrocessiones,vt dicitur in dicta Gregoriana Consti.in d.§. Quod si quidquam,& dixi quæstione præcedenti, n. 76.& num.90.92.94.cum seq.

Dubium tamen est, an ius abdicetur a resignante
20 ob non factam†publicationem a resignatario? Cõis
* * responsio est negatiua, inspecto tempore Regulæ Cancell.de public.& Constit.Pij V.182.de public. vt colligitur ex his quæ dicit Sarn.in pluribus quæstion.
* de public.& fuit resolutum*pluries in Rota ante, & post dictam Constitutionem Pij V.in vna Quet.die 2.Maij,1554.coram Fantuccio, in qua fuit dictum, quod non facta publicatione beneficium remanet resignanti,& vacat per eius obitum,Caputaq. decis.80.
* part.3.Et in vna*Pampilonen.15.Martij,1573.corã Illustrissimo Cardinali Aldobrandino,& 13.Februarij,1583.in vna Auximan.coram R.P.D.Brauo,& in vna Calaguritan.Prioratus,6.Februarij,1579. coram R.P.D.Blanchetto,& in vna Aquilan.14.Aprilis, & 2.Iunij,1581.coram Cantuccio, & in alia Carthaginen.coram R.P.D. Viccomite, nunc Archiepiscopo Mediolanen. & in dicta Calaguritan. 15. Maij, 1573.& in vna Barchinonen.coram R.P.D.Bubalo, vt dixi lib.1.q.3.num.116.& hoc ex illa generali regu
* la*recepta ab omnibus,quod quomodocunq. sit nul
21 la resignatio,ius † non abdicatur a resignante, vt fuit
* pluries decisum in * Rota,teste Caputaq. decis.216. num.3.par.1.Rebuff.cons.75.num.4.Pelegrin. decis. 151.lib.2.Crescen.decis.64.lib.1.in manuscrip.Coct. dec.12.Sarn.decis.1.Fab.decis.16.& 40.omnes in recollect.manus.vt late dixi d.lib.1.q.3.& ex alia etiam
* *, communi conclusione, quod non abdicetur ius a
22 resignante, † nisi beneficium quæratur resignatario, Caputaq.decis.84.num.5.par.3.Put.decis. 158. num. 2.lib.3.& decis.523.lib.2.Rebuff.de pacif.possess. nu. 146.& cons.192.num.8.& cons.4.num.13. Ptolom. dec.109.in manusc.Bursat.cons.411.num.4.& 5.vol. 4.& fuit pluries resolutum in Rota,vt dixi lib.1.q.3. num.47.cum seq.

Eo magis, cum dicta Constitutio Pij V. annullet resignationes ab initio,& dicit fuisse,& esse nullas,& 23 annullat consensum,quo consensu † sublato impossibile est dicere, ius fuisse abdicatum a resignante, & * hæc ratio mouit Dominos,in vna Pampilonen.* Parochialis,Veneris,15.Martij,1573.coram Illustrissimo Cardinali Aldobrandino, & in dicta Aquilana 24 Prioratus.Decretum enim † irritans,quod est appositum in

situm in d.Const.habet oculos retro,& operatur nullitatem ab ipso initio,Cassad.super reg.dec.12. nu.4. Achil.de Grass.decis.385.Sar.de annal.q.5.prope finẽ
25 & afficit omnia,quæ†sequũtur,ita vt nec iuris effectũ
26 nec iuris fomentum habeant Cassad.dec.1.nu.7. de rest.spol.& Papa reuocando ea,quæ† sunt iuris positi
* ui,reuocat illa,prout ex tunc glos.*communiter approbata in clem.1.verb.pro infectis de immunit.Ec-
27 clesi.& potest facere,†vt res actæ habeantur pro infectis,etiam quo ad effectus præteritos Card.Imol. & alij in d.clem.1.Tiraquell.de const.possess.par. 3.lim.
28 7.num.47.& per † consequens Resignãs poterit agere spolio,cum ab eo ius non fuerit abdicatum,vt fuit
* conclusum in dicta Auximã.*coram R.P.D.Brauo, 13.Februarij,1583.& in alia Bergomen. parochialis, 28.Februarij,1586.coram bon.memo.Cantuccio,si
29 resignatarius†nõ docear de publicatione,in vna Abulen.Præstimoniorũ, Veneris,30.Octobris,1587. coram Gipsio,& 26.Ianuarij,1590.corã Comitulo. Et
* denuo resignare,vt fuit resolutũ in dicta* Calagurit. coram R.P.D.Blachetto,10.Octobris,1580.& alias
* 8.Iunij,1581.in vna Placent.parochialis,fuit*resolutum,quod qui resignauit parochialem, & cepit vnũ curatum,si postea contendat ob non factam publicationem,ius non esse abdicatum,incidit in pœnas c.de mulcta,de præb. Et hæc conclusio communiter recepta,vendicat sibi locum in resignationibus,factis coram Summo Pontifice, quæ ex permissione eiusdem Papæ recipiunt hanc conditionem,vt ius abdicetur, si beneficium quæratur resignatario,vt late dixi lib.1. q.3.num.47.Cassad.dec.2.num.3.de simon.& decis. 4.locat.Boer.in trac.de auct.legã.a later.col.antepen. Redoan.de simon.par.2.c.13.& c.15.num.3.Non autem in renunciationibus,quæ fiunt coram ordinarijs namq; si aliquis renunciauit coram Ordinario, qui Ordinarius†postea contulit N.qui non fecit publicationem,vtiq; resignans non potest dicere ius nõ esse
* abdicatum,vt fuit*resolutũ in vna Calagurit. Thesaurerię corã D.de Grassis,10. Ianuarij,1578.& hoc ex
31 eo quia coram Ordinarijs fit† renunciatio libere,Ca-
* putaq.decis.255.lib.1.in manusc.& communiter*alij
32 vt scripsi lib.1.q.3.num.2.cum seq.& statim† abdicat
* ius a cedente,Cassad.dec.4.de rest.spol.Put.dec.158. num.4.lib.3.vbi refert ita fuisse decisum* in Rot.Pelegr.dec.237.in manusc.& fuit pluries determinatum
33 in Rot.vt dixi li.1.q.3.n.6. et si resignãs†post resignationẽ contraxit matrimoniũ,iã nõ pot ius manere pe-
* nes ipsum,tũc igitur vacat beneficiũ ex resignatione, vt fuit*resolutum in dicta Calaguritan. Thesaureriæ.

Inspecto tamen tempore Const.17.Greg.XIII.de publi.dicendum est, ob non factam publicationem a
34 resignatario,abdicari ius a†resignante,& beneficium vacare,ac posse cõferri libere,& impetrari, vt dicitur expresse in §.quod si quidquam ibi, *Illaque sine iura ab ipsũ statim prima resignatione,seu cessione, etiam si illæ aliàs nullæ,& inualidæ,esset,uacasse,& vacare censeantur eo ipso,&c.* & ibi, *sed ipsa beneficia, siue iura sic a principio vacantia,&c.* & paulo inferius. Idque optima ratione videtur statutũ,vt eo magis obuietur fraudibus. Ex quo infertur,quod non fa
35 cta†publicatione,non potest resignans repetere beneficium resignatum,neque agere spolio,quia id omne
* ius cecidit ab eo,iuxta dict. Constit.quæ est in*viridi obseruantia,vt iam dictum est;& sic huiusmodi Constit.non solum annullat actum,sed inducit vacationẽ
36 beneficij resignati,quod procedit, vbi resignatio est nulla ex dicto defectu,non autem ex alio,vt fuit re-
* solutum*in Rota in vna Brixien. parochialis de mense Maij, 1589. coram Illustrissimo Cardinali Plato, tunc Auditore Rotę doctissimo. Et huiusmodi beneficia vacantia ob non factam publicationem sunt reseruata,vt dicitur in eadem Constitutione Gregoriana de public.ibi, *Sed ipsa beneficia,siue iura sic a principio vacantia à Sede Apostolica prædicta dũtaxat impetrari valeant,ac concedi,&c.* Ex quo sequitur,
37 inferiorem non posse†in collatione dictorum benefi-
38 ciorum vacantium se intromittere,& cõferendo†nulla est collatio,Rot.dec.3.num.1.de off.legat. in nou. & decis.1.rer.permut.eod.lib.Aeneas de Falconib.in trac.refer.in pluribus locis, & colligitur ex Constit.
39 46.Clem.VII.& suspenditur†donec veniam petierit, vt dicitur in Const.42.fel.record.Greg. XIII. incip. Quæ in Ecclesia. Nã decretum Papæ in reseruationi-
40 bus non solum afficit,sed inficit†titulum,Rot.dec.3. de rest.spol.in nou.& hãc conclusionem extendo,nõ solum ad resignationes factas in Curia,vt si resignatarius non publicet,illa cessio sit nulla,& beneficium vacet,& sit affectum, sed etiã ad resignationes factas extra Curiam,vt si ille, cui fuit collatum beneficium vacans per renunciationem liberam,& simplicem ab Ordinario,non publicet,collatio sit nulla,& benefi-
41 cium† illud pariter sit reseruatũ,& de eo non poterit Ordinarius denuo disponere, quod colligo, tum ex generalitate verborum,tum etiam ex ratione, & ita
* audio fuisse*practicatum,& latius dicetur infra.

42 Et impetratio†dictorum beneficiorum ob non seruatam formã di.Const.fit cum expressione nominũ, vt dicitur in dict.Greg.in §. *Illorum vero impetrationes,vel etiam motu proprio Concessiones,quibuscunque derogationibus fultæ,nunquam sub clausulis generalibus,aut vacationũ modis conditionalibus,vel implicitis comprehendantur,sed specialiter,et expresse ob non seruatam præsentis constitutionis formam, ac cum declaratione nominum,& cognominum resignantis,seu cedentis,& gratiam habentis,dispositiue & non conditionaliter fieri omnino debeant,&c.*

Ex quibus verbis colligit forma impetrationis beneficiorũ vacantiũ ob non factã publicationẽ, q̃ ser-
* uanda est,& seruatur de*stylo,nãque concessio† mo-
43 tu proprio facta non suffragat, minus impetratio cũ quibuscunq. derogationibus,ac cum clausulis generalibus vacationũ. Vnde non solũ per commissionẽ, q̃ mandat fieri fidem,an sit facta publicatio nõ adiudicatur beneficium,vt late per Sarn.q.16.de iure q̃sito non tollendo,& per oppositionẽ de non publica-
* tione,vt fuit*decisum in Rota in vna Vrgelen. Archidiaconatus,corã Episcopo Marsic.mense Nouẽbris, 1539.teste,Sarn.d.q.12.col.2.de iure quæsi.non toll. sed nec ẽt per collationẽ Ordinarij,cum sibi reseruata.immo nec ẽt per impetrationẽ factã a Papa aliter q̃
44 sit dictũ. Et impetratio facta sub hac formã tante elapsum tẽpus datum resignatario ad publicãdum,est nulla,ẽt si postea resignatarius nõ publicauerit,vt tenuit
* Rota in vna*Palenr.beneficij,corã Capizucco,de anno 1529.teste Cassad.dec.24.supra reg.Cancel.idemque censuit Rota in vna Placentin.parochialis,anno 1520.vt refert idẽ Cassad.decis.5.de concess.ꝑben.& hanc opinionem esse*veram,& iustam,& approbatã
* a Rota in pluribus causis,tradit Sarn.q. 17. col. penvers.quibus non obstantibus,de publican Rebuff.in eod.tract.col.14.vers.item Ptolom.decis. 95. in manusc.& ratio est, quia ius in re plenum,etsi posset re-
45 solui,non tamen test alteri conferibile ante resolutionem,c.commissa,in princ.de elec.lib.6.c.si tibi absen-

46 ti,de præben.eod.lib.vbi*communiter Doctores.Be
47 neficium enim vacans†confertur,vt late dixi li.1. q.4.
* & quod potest vacare interim† non potest conferri,
Bellam,decis.752.Ale.in l.qui decesserit,col.vlt.ff.qui
48 satisdare cogantur,& ideo in qualibet†prouisione po
nitur clausula præseruatiua iuris tertij, Cassad.dicta.
decis.24.nu.36.

49 Hinc prouisio†Ordinarij,facta infra mensem da-
tum,& concessum expectantibus,ad acceptandum nō
valet,etiam illis postea non acceptantibus, vt habetur
dec.834.in antiq.Bisignett.decis.23.de concess.præb.
50 quemadmodum nec valet tali casu†prouisio legati, vt
* tenuit*Rot.teste Gammar.in tract.leg.li.3.q.3.& tē-
pore Sarn.vt ipse attestatur dict.q.17.

51 Hinc collatio Papæ facta†infra sex menses deuo
lutionis ad superiores propter negligentiam patrono
rum non præsentantium,est nulla,etiam si Cardinalis,
ad quem fuit deuoluta collatio infra sex menses non
* conferat,vt tenuit*Rot.in vna Vicent.Archipresbyte
ratus coram Io.Paulo die 19.Decemb.1539.

Vnde, licet ius Resignatarij dicatur pendens ante
publicationem,Pauin.de offic.& potest.c. Sed.vacan.
in 3.præl.tamen non valebit collatio interim facta q̄-
uis in alijs casibus valeant ea,quæ concluduntur,pen-
52 dente†iure resolubili,vt per plura exempla probat De
ci.cons.247.col.pen.Gem.cons.79.in 2.du.& an clau
sulæ prosint,vide quæ scribunt Cassad.decis.5.num.2.
de concess.præb.Simonett.decis.12.Roma.cons.256.
Soc.cons.43.in 2.col.& in 3.li.3.Ang.cons.36.Anch.
cons.148.Et iste impetrans beneficium vacans,ob nō
53 factam publicationem†tenetur publicare,vt dicitur in
cap.Constitutione in §.illorum ibi. *Et quicumque sic
impetrans,aut gratiam,etiam motu simili,habēs præ-
finitum cuique casui tempus prædictum a data cōces-
sionis gratiæ sibi factæ huiusmodi,ea omnia, quę ca-
dens a iure prædicto debebat,præstare teneatur,& si
pluribus huiusmodi gratia fieri contigerit,si pro omni
bus obtineat,quis primus publicationem suæ impetra
tionis fecerit,& possessionem adeptus fuerit,aut petie
rit,omniaque requisita prædicta adimpleuerit, quam
minis videtur firmare Paul.de Caſtr.in rubr.C.de Iu-
ſtin.codic.confirm.ſub n.4.Io.Monach.in c. 1. circa
princ.de regul.iur.lib.6.At in Gregoriana non ſolũ
adeſt clauſula derogatoria non obſt.ſed etiam abro-
gatio, *Quas omnes omnino abrogamus* , & alia verba
vniuerſalia.ergo Conſtitutio Pij V.cenſetur in totum
abrogata, faciunt quæ late ſcribit Crauet. conſ.244.
col.3.4.& 5.

Sed huic etiam argumento poteſt reſponderi, verũ
eſſe,quod clauſula derogatoria ſufficiat,vt lex antiqua
ſit ſublata in terminis,in quibus lex noua diſponit, &
non in alijs,in quibus non diſponit, & ideo lex noua
generalis corrigens,non intelligitur corrigere leges
11 in caſibus ſpecialibus †loquentes,Glo.in dict.l. ſcien-
dum vbi Ial.nu.5.ff.qui ſatisdar.cogant.ſed Gregoria
na non diſponit de conſenſibus,ideo quãtum ad hoc
illam.non videtur corrigere & quod dicitur de abro-
gatione procederet quoties fuiſſet dictum, caſſamus
Conſtitutionem Pij V.& ita loquitur Paul. de Caſtr.
citato loco,ſed in caſu noſtro fuit dictum, nõ obſtãt.
Conſtitutione de publican.ergo.&c.

Tertio adducitur,quia quoties abrogatur cõtinẽs,
12 videtur abrogatum †etiam,quod in eo continetur,Ia.
in l.3.num.33.ff.de acquir.poſſeſſ.vnde cum Conſtitu
tio Pij V.abrogetur videtur abrogatum omne id ſu-
per quo diſponit.

Sed huic argumento etiam poteſt reſpõderi, quod
non abrogatur ſimpliciter continens,ſed quatenus di
ſponit ſuper publicatione,vt dictum eſt in reſponſio-
ne primi argumenti,vnde non valet conſequentia,ſi-
cuti etiam dicimus,l.Aquilia,& l.Iulia,maieſtat. conti
13 nent plura capita,ſi lex noua corrigeret † vnum caput
& diceret,caſſamus eam,vtique huiuſmodi abrogatio
reſtringeretur,quo ad caput illud,& non quo ad om-
14 nia,quia dictiones vniuerſales †reſtringuntur ad ſuam
15 cauſam,Abb.conſ.114.num.4.lib.2.& ad reſpectum †
quo prolata ſunt,l.debitor,§ debet.ff.ad Trebell.l. ſi
quis demum,§.quod tamen.ff.local.l.profectitia.§.ul.
ff.de iur.dot.Dec.conſ.283.col.1.

Pro negatiua vero,quod Conſtitutio Pij V. nõ ſit
abrogata per Gregorianam circa extenſionem conſẽ
ſuum,& probationem.

Primo adducitur,quia quamuis Pius V.in eadem
Conſtitutione dederit formam publicandi reſignatio
nes,& extendi,ac probandi conſenſus,non per hoc ſe
quitur,quod illa pars de conſenſuum extenſione, ſit
pars illius de publican.Sed ſunt duæ Conſtitutiones,
comprehenſæ in vna carta,quod patet ex rubrica,que
ita cantat,de modo,& forma publicandi beneficiorũ
reſignationes,& iurium ceſſiones, & extendendi con
16 ſenſus reſignantis,vel cedentis.Copula enim † & diuer
ſitatem inducit,Bart.in l.re coniunct.ff.de legat.3.pa
17 tet in rubr.de ſeruit.& aqua.& argumentum †a rubri-
ca validum eſſe ſcribunt * communiter Doctores in
in rubric.ff.ſi cert.petat.Put.deciſ.38.lib.3.& ex nigro
nam poſt quam dedit formam publiſationi, poſuit ca
pitulum particulare de extenſione conſenſuum,quod
18 incipit,Et inſuper,†quæ dictio,Inſuper importat di-
uerſa,& principalia,non autem partem,c.ſtatutum,§.
inſuper,vbi Glo.Gemin.& alij,de reſcr.lib.6 & capi-
tula ſunt ſeparata,& ſub diuerſa verborum con ceptio
19 ne,vnde †vnum non eſt pars alterius,Bart.Aret.Iaſo &
omnes in l.ſcire debemus,ff.de verb.obligat cum alijs
vt per Tiraquell.de retract.par.1.§.23.Glo.1.nu. 17.
cum ſequent.& materia eſt diuerſa, & prædeceſſores
Conſtitutiones huiuſmodi ediderunt ſeparatim,vnde
ſecunda pars eſt principalis,vt prima Ber.conſ.80.nu.
20 5.col.2.& per conſequens probatio extenſionis con
ſenſus non eſt pars ipſius publicationis,ſed ſtat per ſe
principaliter, namque non dependet a publicatione,
nec eſt coniuncta cum ea,quia vna ſtat ſine alia, &
ideo non erit pars publicationis, ſed ſtat de per ſe,&
principaliter,Alex.conſ.2.num.13.verſ. ſed hoc aduer
tendum,li.2.Bar.Ial.& alij in l.Titij textores,§. nihil,
de leg.1.Rip.in c.2.col.10.de reſcr.Tiraq.de retracta.
§.23.Gl.1.nu.20.cum pluribus ſeq.& quia dicit in de
creto irritanti,aliter quam vt præfertur publicatę,ſeu
factæ,ergo extenſio conſenſus non eſt pars publica-
tionis,neque integralis,neque ſubiectiua, Bart.Socin.
& alij in l.vſufructum,ff.de verb.obliga. & in rubr.de
lega.1.Tiraque.dict.Glo.1.numer.21. Ideo Clemens
VII.& alij plures in hac materia ſeparatas Cõſtitutio-
nes ediderunt.Stante ergo hac cõcluſione, quod duę
ſint partes per ſe principales,ſequitur, quod abrogata
21 vna,non eſt abrogata †altera,quamuis ſit in eadem ſcri
ptura,Ial.in l.1.col.3.ff.de iuſt.& iur.Rip.in c.2.col.1.
de reſcr.Gabriel.de clauſul.concl.10.num.7.verſ.1.li-
mitat.Euerard.in loco à natura copulæ,col.3. Sarnẽ.
*, refert ex *ſtylo Rotæ regu.de infirmit. quæſtion. 34.
numero 3.& 4.Achill.deciſio.7.de commiſ. in manu-
ſcript.& videmus in ſententia, & alijs diſpoſitionibus
indiuiduis,ſi habent plura capita ſeparata, poſſunt va-
lere,quo ad vnum,& non quo ad aliud, quia tot cen-
22 ſentur eſſe diſpoſitiones, quot ſunt res per ſe ſtantes
late Ruin.conſ.65.num.1.volum.quarto.Put.deciſio.
337.numero 1.libro 1.Tiraquel.de retracta.§.23.Gl.
23.num.2.

Sed huic argumento poteſt reſponderi, negando,
quod ſint duæ partes principales ſtantes de per ſe,nã
extenſio conſenſuum eſt pars publicationis reſigna-
tionis,& ſtat acceſſorie ad ipſam publicationem.nam
verſicu.inſuper,non ſtat per ſe, ſed regitur vnico con
ſtructo verborum,& terminatur a verbo teneãtur,& &
apparet primo ex illis verbis , *In omnibus, & ſingulis*
23 *caſibus ſupradictis* , *&c.* quæ dictio †ſupradictis ſtat
repetitiue,ac relatiue ad omnia,quæ fuerunt dicta, vt
* volunt,omnes in l.3.§.hæc verba,ff.de vulgar. ſubſtit.
Bart.in l.2.§.hoc edicto,ff.de poſtulan.Rimin.conſil.
128.num.8.lib.1.Card.Pariſ.conſ.49.num.22.vol.3.&
ſupra fuit dictum circa materiam publicationis.Secun
24 do ex dictione †Inſuper,quæ de ſui natura venit conti
nuatiue,addendo ad ſuperiora retẽta eadem materia,
c.ſtatutum,§.inſuper,de reſcrip.lib.6.c.vbi periculũ,
§.ipſos inſuper,de elect.li.6.Ber.conſ.80.n.5.li.2. Ter
25 tio,ex dictione,†&,quæ coniungit, & continuat præ-
cedentia,l.& quia,iuncta l.præcedente,ff.de iurisdict.
omni.

omni.iudic.Bartol.in leg.ſcio,§.Caio, ff. de fund. in-
ſtru. Alexander conſilio centeſimo. numero ſe-
cundo.libro ſexto.Socin.conſilio.quadrageſimoocta
uo.numero octauo.in fin.volumin.primo.Quarto ex
illis verbis,ibi,*In libris Cameræ, vel Cancellariæ ex-
tenſum fuiſſe legitime docere , ſeu probare teneatur.*
Ex quibus colligitur nihil Papam principaliter diſpo-
nere ſuper extenſione conſenſus, ſed qualificatiue ad
validitatem publicationis.

26 Primo,quia de iure perfecta † eſt reſignatio poſt
correctionem ſupplicationis cum conſtet de conſen
ſu,Caſſado.deciſio.prima. de renunciatio. neceſſario
igitur debemus dicere Pium V. voluiſſe hoc requiſi-
tum extenſionis conſenſus ad perfectionem,& validi
tatem publicationis,ſine quo ipſa non poteſt valida-
ri,& ſuſtentari.nam perfecta reſignatio debet publi-
27 cari,& perfecta †intelligitur,cum eſt redacta in ſcriptu
ram.Sarnen.de iur.queſit.quæſtio.vigeſimoprimo.ſi-
cuti illa donatio debet inſinuari, quæ eſt redacta in
ſcripturam,leg.ſancimus , & leg. ſi quis argentum,§.
ſin autem,C.de donatio.Canar. de inſinuat. part. pri-
ma.quæſtio.decimoſeptimo . ergo neceſſarium ante-
cedens ad publicationem dicitur.

28 Non obſtat argumentum †de rubrica, quia illud
procedit de rubricis inſertis in corpore iuris, non au
tem de rubricis Extrauagãtium non inſertarum,quæ
fiunt per impreſſores, & correctores impreſſionis.
quod patet,quia hæc eſt inepte cõcepta,quia debebat
dicere de probatione extenſionis conſenſuum, & ab
* his fieri * de ſtylo videmus in his Extrauagantibus:
Non obſtat argumentum de dictione inſuper, quia
retorquetur in contrarium,cum hic ſtet continuatiue,
vt ſupra dictum eſt. minus obſtat, quod materia
ſit diuerſa;nam negatur,cum immo ſit connexa , vt
probatum eſt.minus obſtant illa verba , *Alioquin re-
ſignationes,& ceſſiones ſint nullæ,&c.*quia non per
hoc ſequitur,quod omnia non reſpiciant publicatio
nem, quia alias eodem modo Conſtitutio diuerſa di
ceretur quo ad ceſſiones,& cætera. & nihilominus e-
tiam ceſſio reſpicit publicationem , ita & extenſio
conſenſus reſpicit effectum publicationis,quam quali
tatem probare tenetur ille,qui publicauit pro validita
te ſuæ publicationis.

Non obſtat argumentum ab vſu patris familias, qa
conceditur edidiſſe Pontifices plures Conſtitutiones
ſeparatas ſuper hoc,non tamen ſequitur,quod in hac
Conſtitutione Pij V.probatio extenſionis conſenſus
non ſit conſiderata acceſſoria ad publicationem nec
etiam obſtat,quod comprehendãtur ſub eodem tem-
pore,quia ex hoc non infertur , quod non ſit pars,
prout dicimus de inſinuatione donationis , quæ licet
29 fiat poſt,eſt tamen ſolemnitas †illius actus,Ang.con-
ſilio trigeſimoſexto.numer. primo.& tectum dicitur
pars domus,etiam ſi non ſit factum eodem tempore.
30 Vnde concludendum eſt,dict.verſic. † & inſuper eſſe
partem acceſſoriam.& continuationem ad publicatio
* nem,& ita *tenuit Rota in vna Iſpalen.veneris,8.No-
uembris,1585.coram R.P.Dom.Robuſterio,vt infe
rius dicetur,& conſequenter argumentum retorque-
tur in contrarium,vt cenſeatur in omnibus , & per
omnia ſublata,& abrogata Conſtitutio Pij V. a Gre-
goriana etiam circa extenſionem conſenſuum, cum †
31 ſit pars alterius Bald.in l.vnica in principio,C. de La-
tin.libertat.tollend.Alexand.conſilio ſecundo.nume.
13.lib.2.Taſ.in l.1.col.3.ff.de iuſt.& iur. & communi-
* ter *Doctores.

Secundo,adducitur, quia nõ cenſetur correctum,
32 niſi id,quod eſt expreſſe †dictum,l.præcipimus,in fi.C.
33 de appel.nam lex correctoria †tantum corrigit, quã-
tum loquitur,l.ſi vero,§.de viro,ff.ſolu.matrim. Dec.
conſ.333.num.3.verſic.quibus,& conſil.669. num.6.
Card.Pariſ.conſ.12.num.44.vol.4.& ob id correcto-
34 ria lex † ſtricte intelligenda eſt in terminis, in quibus
loquitur Caſſad.deciſ.16.ſuper regul.& non debet ex
35 tendi ad alium caſum Caſſad.deciſ.1.& deciſ.4. num.
3.de Conſt.Roman.conſ.57.col.1.Alex.conſ.122.nu.
2.lib.4.Corſet.in ſingul.in verb.Correctio.Felin.in c.
non nulli,col.18.de reſcr.Ruin.conſ.69.num. 3.lib.3.
Marſil.in l.1.§.ſi ſerui,nume.28.ff.de quæſtion. Boer.
de poteſt.legat.a lat.nume.96. Hinc ſcribit Bertrand.
conſ.46.num.6.lib.5.quod lex,quę corrigit aliam le-
gem,non intelligitur corrigere,niſi in caſu ſuo , facit
text.in auth.de hæredit.ab inteſt.venien. Sed in Con-
ſtitutione Gregoriana nihil dicitur de probatione ex
tenſionis conſenſus, ergo dẽt intelligi in caſu,in quo
loquitur,vt corrigat,& abroget Conſtitutionem Pij
V.circa modum , & formam faciendi publicationem
36 reſignationis. Sicuti in ſimili commiſſione †reſpectu
appellationis annullata ſuſtinetur commiſſio vigore
clauſulæ,quam,& quas,&c.Sarn.de inſirm.q.34.num.
3.& 4.Achil.de commiſ.deciſ.7.in manuſcr. Gabr.de
clauſu.concluſ.10.num.7.verſ.1. limit. Eoque magis
id dicendum,cum capienda ſit præſumptio,vt per ſe-
37 cundam legem correctoriam minus quam ſit poſſi-
bile †cenſeatur derogatum priori, & ſi in ſecunda fue
rit appoſita clauſula derogatoria,Rom.conſ.40.num.
5.Natt.conſ.52.nu.53.lib.1.

Sed huic argumento reſpondetur, negando aſſum
tum,quia Gregoriana Conſtitutio loquitur, & corri
git in totum Conſtitutionem Pij V.etiam quo ad ex-
tenſionem conſenſus.namque ſatis ſtatuit de conſen-
ſu,dum vult Gregoriana publicationem debere fieri
38 cum litteris expeditis,& litteræ non poſſunt †expediri
ſine conſenſu,Caſſad.deciſ.1.num.4.de renunc.vnde
videtur diſponere de conſenſu,tanquam eius antece-
dẽs.Iad rem mobilem,ff.de procurat. quod non fece
39 rat Pius V.nam poſt †eius Conſtitutionem poterat fie
* ri publicatio abſque litteris,vt fuit *reſolutum in Ro-
ta in vna Calagurit.Prioratus coram Blanchetto.quo
ſit, vt argumentum retorqueatur in contrarium,&
comprobationes adductæ non poſſunt applicari huic
caſui .

Tertio,adducitur,quia quoties ſumus in dubio,ca
40 pimus interpretationem,†vt minus ſit derogatum,Fe
deric.de Sen.conſ.233.circa fin.Dec.conſ.168. col.3.
poſt princ.ſed nos ſumus in dubio.

Huic quoque argumento poteſt reſponderi,negã-
do minorem, quod ſimus in dubio . nam verba ſunt
expreſſa,& clara,arg.l.Ancillæ,C.de furt.

Quarto , adducitur argumentum deſumptum ex
verbis dictæ Conſtitutionis Gregorij in fin. dum di-
cit,*non obſtantibus prædicti Pij V. & alijs omnibus
prædeceſſorum noſtrorũ conſtitutionibus de publicã.*
& ſic nõ dicit ſimpliciter,nõ obſtãte Conſt.Pij V. ſed
Conſtit.de publ.ergo illã dũtaxat tollit,quoad formã,
& modũ public.non aũt quoad probationem extẽſio
41 nis †non expreſſam,Gemin.in c.vlt.§.1.in fi.de off. de-
le.li.6.Ruin.conſ.6.nu.5.vol.1.Card.Priſ.conſ.1.n.91.
42 vol.etiam 1.& ex clauſula,nun obſtante,†cognoſcitur
mens,& intentio diſponentis,Bal.in l.eam quã,n.36.
C.de fideicommiſ.Ruin.conſ.84.nu.11.vol.1.& reci-
pit reſtrictionem,quam diſponens illi dat, Ruin.cõſ.
43 78.nu.4.verſ.præterea,lib.1.& reſtringitur †ad cauſam
expreſſam,l.ſi de certa,de tranſact.Abba. conſil. 144.

num.4.lib.2.Cravet.consil.271.num.5.& consil.242.n. 6.Cassad.decis.16.super reg.Rubin.consil.101.num.10. vol.1.& ad respectum,ad quem posita est,Dec.consil. 283.col.1.Cravett.consil.20.num.21.

Sed huic etiam argumento respõderi potest,quod
44 illa verba,non obstante Constitutione de public.stat demonstratiue, non autem restrictiue,ad tradita per dominum meum Cardin.Parisi.consil.21.sub num.47.
45 vol.2.& verba semper †capi debent,vt stent demõstratiue,Bar.in l.Centurio,ff.de vulgar. & pupill. & ideo Greg.dixit de public.& non de consensib.quia denominatio fit a digniori,l.quæritur,ff.de stat.homin.

Quinto pro hac opinione adducitur,nõ esse verisimile,feli.record.Greg.XIII.voluisse tollere legem tã sanctam,& fraudibus obuiantẽ in ea parte,dũ loquit de probatione extensionis consensus absq; quo promulgaret modũ super hoc.namq. intentio Principis
47 & conditoris legis,ea præcipue †esse debet, vt fraudibus occurrat,l.in fundo,ff.de rer. vend.& quod non mutatur expresse,stare non prohibetur,ad not.in l. p̃cipimus,C.de appell.Dec.consil.541.nu. 16. cum seq.

Sed huic argumento respondetur, quod cũ cõstet de abrogatione ex mẽte,& verbis expressis in Gregoriana,argumentũ a verisimili cessat,Cor.consil.13.col.
48 1.lib.2.Soc.Sen.consil.12.num.2.lib.2.Rol.a Vall.cõs. 77.num.5.lib.1.eoque magis,quia Const.Pij V.circa probationem extensionis consensus inducebat probationem difficilẽ,& impossibilem, vt infra dicetur.

49 Quid dicendum? Ego† autem existimo veriorẽ esse affirmatiuam opinionem,vt Cõst.Pij V.sit per hãc Constit.Gregorianam abrogata penitus in omnibus etiam quo ad probationem extensionis consensus,&
* hanc opinionem tenuit* Rota in vna Ispal.coram R. P.D.Robusterio,Veneris,8.Nouemb.1585.cũ fuisset prius causa proposita Lunæ,14.Octob. eiusdẽ anni,in qua Domini fuerunt dubij, & fuit dictum,vt restringeretur dubium, an illa qualitas extensionis consensus,de qua in Bulla Pij V.sit pars publicationis,de inde fuit proposita 16.Octobris,die Mercurij eiusdẽ mensis,& Domini fuerunt cõtrarij:namque principaliores Aduocati verbo,& scriptis defendebãt vtramque partem:postremo proposita die Lunæ,14.Nouẽbris fuit delata,& Veneris 8. Nouẽbris, ab omnibus fuit sententiatum extensionem consensus, de qua in
50 Constitutione Pij V.esse partem† publicationis,& cõsequenter fuit pronunciatum Cõstitutionem Pij V. esse penitus abrogatam in omnibus,& per omnia etiã quatenus in §.& insuper loquatur de probatione extensionis consensus.

Et hæc conclusio primo probatur, quia Gregor. XIII.felic.record.dum ædidit hanc Const.de public. habuit hanc mentem,vt tolleret, & cassaret Constit. Pij V.in totum etiam,quo ad extentionem consensus,vt de ea attestatus fuit Rotæ bon.memo.Matth. Contarellus Cardinalis sancti Stephani dicti Gregorii Prodatarius toto tempore sui Pontificatus,ac Cõpilator dictæ Constitutionis,cum disputaretur dicta causa Ispal.Et tempore Greg.prędicti de anno 1584. cum accidisset casus vacationis satis pinguis beneficii per obitum resignantis ante extensionem consensus in termino autem publicationis,dictus Cardinalis sãcti Stephani tunc Prodatarius consultus super hoc, an obstaret Constitutio Pii V. respondit in publica Audientia dictam Constitutionem fuisse in totũ reuocatam,& noluit de dicto beneficio prouidere.

Et ego reperi inter scripturas cuiusdam Auditoris Rotæ,quod cum anno 1578.die 10.Nouẽbris,& 14. eiusdem mensis,de mẽdato eiusdem Greg.XIII. fuisset proposita,& disputata ad partes d.Greg.Const.an tequam publicaretur proponẽte R.P.D.Robusterio fuit dubitatum,an sit in omnibus,& per omnia recedum a Const.Pii V. etiam quo ad extensionẽ cõ
* sensus,& renouandus* stylus antiquus,de quo in de-
* cis.Boer.348.num.4.cum seq.fuit retolutum* esse ab
51 rogandam in omnibus,& †renouãdam Alexandrinã, & ideo in prima compilatione dictæ Gregorianę in principio dicebatur. *Itaque omnes de resignationib. ac cessionibus publicatas ab eisdem prædecessoribus Constitutiones, & litteras, & quicquid in illis continetur, reuocantes, & abolentes, statuimus quod &c.* quæ verba in ea,quæ fuit postea publicata,& impressa fuerũt mutata,& si non fuissent mutata,nullus dubitaret de totali abrogatione,iuxta tradita per Ias. in l.3.ff.de acq.poss.num.33. Sed loco illorum Cardinalis sancti Stephani posuit dictionem, *Omnino abrogamus*,quæ dictio idem †importat,cũ sit vniuersalis, & comprehendat indistincte omnes casus, & nõ possumus dicere,quod magis comprehendat vnum,quã alium,Glos.in l.si cum exceptione,§.quatenus,ff.qđ met.cauſ.& ibi Bar.in 4.col.Ias.consil.4.sub nu.3.vers. & vltra ista verba lib.1.Dec.consil.126.circa fi.Alber. in diction.verb.omnino,Ruin.consil.133.nu.22. vol.
53 5.verba enim generaliat nihil relinquunt intactum,l. Iulianus,ff.de leg.3.Cravett.consil.105.num. 3. eoque
54 magis cum addatur verbum abrogamus,quod de sui natura significat in totum,& non in partem,l.derogare,ff.de verb.signif.vbi Alciat.Rebuff.& alii, & huiusmodi dictio iuncta huic verbo,significat totaliter, & indistincte,Ruin.consil.233.num.22.lib.3. quoties.n.
55 agitur de derogatione† pro parte,dicitur derogare, & non abrogare.Et ob id quando Imperatores volunt derogare alicui legi,pro parte, hoc expresse dicunt,vt in Auth.hæc Constitutio,quæ licet in sua rubrica videatur restricta,nihilominus in nigro hoc exprimitur ibi nihil penitus,&c.& in l.vlt.C.de Indict. libert.tollen.Cuiac.lib.obseru.14.c.18.Et huiusmodi etiam mens Gregorii colligitur ex verbis proœmii,
56 quæ declarant finalem† intentionem,l.vlt.iuncta Gl. in verb.modus,de hered.inst.nam dicitur in proœm. Gregorianæ, *Quod vsus sæpe docet id, quo salubre fore credebatur nocere experiendo.quod in illis Constitutionibus, quas ad prohibendas simulatas, occultasque beneficiorum Ecclesiasticorũ resignationes diuersi Romani Pontifices multifariam ædiderunt, & fol. recor. Pius Papa V. prædecessor noster nouissime promulgauit, cognouimus accidisse*, & sic non solum loquitur de Constitutionibus de publicandis, sed omnibus prouisionibus factis ad prohibendas simulatas resignationes.

Cum ergo Pius V.in Bulla sua nihil aliud intendat quam reuocare has occultas resignationes, vt cõstat ex proœmio, & inter aliam prouisionem fecerit istã de probando consensum fuisse extensum ante obitum resignantis,satis constat, quod Greg.etiam hãc prouisionem remouere voluit, cũ in proœmio dicat omnes istas prouisiones reuocare vellẽ. Rursus colligitur huiusmodi mens,nam Pius V. in sua Constitutione tendit ad hoc,vt beneficia non facta publica
57 tione vacent per obitum resignantis,† & non per resignationem, & voluit id procedere etiam si resignans moriatur intra sex menses,& noluit sufficere resignãtem præstasse consensum,nisi probetur fuisse extensum ante obitum.Gregorius autem noluit inducere hunc modũ vacandi per obitũ.Sed inducit alium modum vacandi per caducitatem, vt patet in §.quod si Quisquam,nec voluit ius remanere penes resignantẽ & noluit attendere quando & intra quantum tempus moriatur resignans,& an consensus sit extẽsus ante obitum ipsius,ad hunc enim modum inducẽdum non erat opus quærere de extensione consensus,nec de morte resignantis,cum nihil per obitum vacet,nã facta publicatione voluit teneri resignationem, non facta autem, esse nullam,& beneficium vacare per caducitatem ab ipsa prima resignatione, & quia vult publicationem esse faciendam cum litteris,satis circa ex
58 tensionem consensus videtur prouisum,nam † qui vnum dicit,ex quo aliud sequitur,vtrumq; dixisse præsumitur.Bal.in l.data opera,nnm. 50.C. qui accus. &
59 quoties† apparet de mente, verba generalia corrigũt legem antiquam Sarnensis in c.1.num.84.de Cõstit. lib.6.Idque eo magis, quia pars Cõstitutionis Pij V. quæ loquitur de probatione extensionis consensus
60 vix potest vsu recipi,cum probatio extensionis† consensus in vita sit penitus impossibilis, quia Notarius extendit sub die præstiti consensus,nec in Cãcellaria seruatur Constitutio Clementis mandantis extendi infra 15.dies, & resignatio in qua præstatur consensus per procuratorem semper posset fieri controuersia, & super extensione cõsensus non fit scriptura, neque adhibentur testes, Accedit,quia differentia, de qua in Constitutione Pij V.parui consensus non cadit coram Ordinario,vnde est impossibilis, & impertinens,& non est verisimile, quod Gregorius voluc-
61 rit† tantam partem intactam relinquere, vt illaquearentur resignantes,Cassad.decis.3.de prob.

Secũdo comprobatur hæc sententia,quia ex modo publicationis traditæ per hanc Gregorianam cessat penitus omnis fraus, quæ poterat oriri ex extensione consensus post obitum, quia cum debeant infra sex menses publicari litteræ,in necessariam consequentiam videtur, per Gregorianam statutum super consensu,vt debeat extendi infra sex menses, cũm litteræ non expediantur sine extensione consensus, vt
* quotidie* practicatur,& sic nõ possunt† resignationes manere in suspenso,& quodammodo beneficia sup periculo vitæ resignantis,& resignatarij,maxime stãte* stylo moderno circa paruas† datas,quę non dãtur, nisi semel,& sic nõ est verum,quod possit in fine sex mensium capi alia parua data.
62 *

Tertio accedat, quia vbi fit reditus ad ius com-
63 mune,etiam in materia† correctoria fit extensio ad not.in l.si vnus,§.pactus ne peteret,ff. de pact. in l.si vero,§.de viro,ff.sol.matr.Sed per hanc interpretationem redimus ad ius, & stylum antiquum, namque extensio consensus etiam post obitum de iure com-
64 muni † semper fuit licita,& antiquissima obseruantia
* *Curiæ Romanę comprobata,iuxta Constitutiones Alex.VI.& Leonis X.relatas a Boer.decis.348. num. 4.& seq.quæ Constitutiones non sunt noui iuris inductiuæ,sed declaratorię iuris cõmunis,vt per Boer. loc.cit.statim enim,quod resignans porrigit supplicationem,vel eius procurator,in qua dicatur, quod ex tunc resignat,dicitur facta resignatio,si a Papa admittatur,quia interuenit cõsensus habentis ius, & auctoritas Superioris:extensio autem consensus non requi-
65 ritur pro essentia,& substantia resignationis,sed pro
66 illius executione,quia non possunt expediri litteræ† sine extensione prędicti consensus,Guidobon.decis. 93.Crescen.decis.208.in manusc.Sarn.de infirm.q. 31.num.2.Cassad.decis.1.num.4.& 6. de renunc. Et hinc est,quod procurator resignantis, qui porrexit
67 supplicationem,potest cogi etiam mortuo† resignante ad præstandum consensum,Cassad.d.decis.num.3. nam statim,quod procurator porrigit supplicationẽ ex parte sua videtur adimplere,quod potuit,& ex parte sua videtur perfecta resignatio,& quia Papa,vel officiales ob multitudinem negotiorum tardant in expeditione supplicationis prædictæ,& aliquando per multos dies,& menses, hoc non debet nec potest imputari resignanti,& resignatario,nec in hoc cadit alia fraus,vel illius suspitio, cũ totum hoc proueniat ex multitudine negotiorum,& ex facto expedientiũ, & ante expeditionem supplicationis consensus extendi non potest,& Constitutio Pii V.hoc prohibentis erat prohibere,absolute omnes resignationes, quæ fiunt per absentes, & ideo Procuratores nunquam essent tuti,& securi expeditionum,tum ob tempus, itineris,tum etiam ob tempus, quo durat expeditio supplicationis,antequam consensus possit extendi,nã que fere in omnibus resignationibus reseruatur aliqua pensio,vel fructus,pro qua reseruatione soluitur compositio,& soluitur annata in expeditione litterarum,quæ omnes expresse amittuntur,si interim resignans decedat,& nũquam possent recuperari, prout plures casus contigerunt in graue damnum expeditorum post publicationem Constitutionis Pii V.qui non possunt tam cito scire an resignans sit viuus, vel mortuus,& interim currit tempus publicandi.Vn de huiusmodi Constitutio non cõtinet nisi laqueos,
68 contra resignantes,& expeditores,& † Romana Curia solet reiscere laqueos,& facere interpretationem pro stylo,eoq; magis in casu nostro,nam nõ vt honestũ, vt quis sine culpa sua priuetur beneficio,& maximis expensis expeditionum,partes grauentur,absque spe
* illarum recuperatione,& propterea noluit* stylus
69 antiquissimus derogandi † reg.de infirm.resign. quando resignant absentes,attenta absentia, passim ponitur clausula,& cum derogation.regulæ de infirm.resignan.& infra 20. dies decedent. attento quod resignat absens.Ideo concludendum est, Constitutionẽ Pii V.per Gregorianam esse abrogatam in totum, & hæc interpretatio,cum reducat ad primeuum ius,est
70 fauorabilis,† Rom.consil.319.Fel.in c.cũ accessissent, de Const. Et ego reperi fuisse annotatũ per aliquos Auditores Rotæ,hanc fuisse potissimam causam mutandi,& abrogandi Cõstitutionem Pii V.vt tollatur, quod disponit de extensione consensus, & redeatur ad Alexandrinam,de qua late dixi supra lib.8.

SVMMARIVM.

1 *Ius an abdicetur a resignante nõ facta publicatione.*
2 *Constitutio Pij V.de non public. potest adimpleri in æquipollenti.*
3 *Forma an possit adimpleri in æquipollenti.*
4 *Constituto Gregorij xiij.de public. non potest adimpleri in æquipollenti.*
5 *Constitutio Pij V.de public.tria requirit.*
6 *Regula de publican.duo requirit.*
7 *Resignante non moriente in possessione non erat locus regulæ de public.*
8 *Regula de public.in morte ciuili non habebat locum.*
9 *Regula de impetrand. benef. per mortem familiaris Card.non habet locum in vacatione mortis fictæ.*
10 *Regula Cancellariæ de publican. non habebat oculos retro.*
11 *Constitutio Pij V.de public. annullat resignationes iam factas,limita dupliciter,vt ibi.*

QVAESTIO XII.

DVodecimo Quæro, quæ differentia est inter Constitutionem Pij V. & Cõstitutionem Greg. XIII. plures esse differentias ex lectura vtriusq; colligitur, & Prima principaliter ī modo,& forma publicandi, vt dixi quæst.6.

Secunda quia per Constitutionem Pij V. ius non
* 1 abdicatur à resignante non facta †publicatione,vt * fuit resolutum in vna Pampilon.parochialis 15.Martij,1573.coram Illustrissimo Cardinali Aldobrandino,& in alia Aquilan. 14.Aprilis,& 2.Iunij,1581.coram Cantuccio,& in alijs pluribus : per Constitutionem autem Gregorij ius abdicatur,& beneficium vacat,& potest a quocumque impetrari,& nouam formam inducit vacationis,scilicet per caducitatem,vt dixi q.præced.num.57.& alibi.

Tertia quia forma tradita a Constitutione Pij V.
2 potest adimpleri in forma †æquipollenti,nam quam-
* uis fuerit hoc disputatum in vna *Calagurit.thesaura-
riæ die Mercurij,29.Nouembris,1577.coram D.de Grassis,& pro affirmatiua fuerit allegatus,Cassad.decis.26.super reg.& Sar.q.11.de public.& pro negatiua,quia verba regulæ sunt præcisa.Bal. in l.si pater.n. 18.in fi.de inst.& substit.Dec.in l. in iure ciuili.num. 2.ff.de reg.iur.ac nihil fuerit resolutum tamẽ in' alia
* * Legionen.Canonicatus, coram Illustrissimo Aldobrandino,de anno 1577.22.Aprilis, fuit resolutum, Constit.Pij V.posse adimpleri in æquipollenti,& sic per possessionem continuatam est satisfactum, nam regula est, quod vbi forma introducta est a iure ad
3 certum †effectum,illa per æquipollens adimpleri potest,vt effectui requisito satisfaciat,ad tradita p. Dec. in l.si mater in 2.not.C.de inst.& substit.Alex.in l.si cõstante,in princ.ff.solut.matr.Rom.cons.433.in 1.q. Cassad.dec.22.super reg.late Fel.c.dilecta, de rescr.& habetur lib.diuers.decis.impress.par.1.decis.267.

4 Forma autem tradita per † Constitutionem hanc Gregorianam est omnino seruanda præcise,& ad vnguem,& non potest per æquipollens,adimpleri,vt ex primitur in §.cæterum modus & forma hic tradita.

* Et dixi supra,& ita fuit pluries*resolutum, & hoc anno coram R.P.D.Comitulo. Auditoræ Rotæ doctissimo in vna Abulen.26.Ianuarij,1590.

Quarto,quia in Constitutione Pij V.requiruntur
5 tria †scilicet publicatio intra sex menses, secundo,apprehensio possessionis,cum effectu, tertio, extensio consensus ante obitum resignantis,vt patet ex eius lectura,& fuit pluries resolutum in Rota, &,in specie
* in vna Carthagin.*Thesaurariæ,coram R.P.D.Vicecomite nunc Archiepiscopo Mediolanen.4.Martij, 1580.& in vna Ariminen.parochialis,12. Ianuarij,teste Orad.in recollect.manusc.tit.de public.lib.1.Put. decis.250.lib.2.& in vna*Salamant.pensionis,coram
6 Bubalo,14.Ianuarij,1585.Ita etiam† regula de publican.duo requirebat,Corn.cons.137.num.7.vol.3.& postea tria,scilicet,vt facta sit publicatio,capta sit pos-
7 sessio,& in possessione decedat,adeo,quod † quoties non constabat de morte in possessione non erat locus
* regulæ,vt fuit*resolutũ coram Fabio.in vna Tranen.teste Ant.Aug.dec.212.lib.3.& iterum teste eodem decis.235.lib. 3. & tradit Rebuff.in interpretatione illius regulæ, verb. siue in Romana Curia, & Sarn.in præfat.& q.15.sed Pius V.in sua Constitutione substulit vltimum illis verbis,*etiam si resignantes, vel cedentes extra possessionem eorundem beneficiorum ciuiliter,vel naturaliter decesserint*. Quod etiã videtur colligi ex Constitutione Gregorij,in princ. ibi,*Et possessione non habita,&c.*quæ verba posita in Const.Pij V.includunt casum mortis ciuilis.nam re-
8 gula de public.in morte† ciuili non habebat locum,
* vt fuit resolutum in vna*Tolet.coram Mercurio teste Simonett.decis.42.alias 48.libr.1.& rursus coram Cardinali S.Crucis,teste Sarn.de publi.q.19.sicuti regul.de impetr. benef.per mortem familiaris Card.nõ
9 * habebat locum in vacatione mortis fictæ,vt fuit*decisum in Rota de anno 1514.teste Sarn.d.q.19.ex rationibus ibi allegatis.

Constitutio vero Gregoriana requirit tantum publicationem, & in consequentiam apprehensionem possessionis,infra tempus,&c.vt dixi q.6.& alibi.Alig vero differentiæ colliguntur ex superius dictis, & ex lectura ipsarum.

Non omittam, quod regula Cancellariæ non ha-
10 bebat oculos retro,sita qđ annullaret acta antequam
* de illa daretur,vt fuit*resolutum die 25.Maij,1552. coram Decano.

Constitutio vero Pij V.annullat † resignationes iã
11 * factas,vt fuit resolutum in * vna Aquilan.Prioratus, coram Cantuccio,14.Aprilis,& 2.Iunij,1581. & in vna Abulen.Præsidentis, coram R.P.D.Comitulo Auditore Rotæ doctissimo, Veneris, 26. Ianuarij, 1590.quia verba sunt clara,vbi ante Bullam possessio capta non fuit

Limita, vt non habeat locum in beneficijs, ante bullam non publicatis, si non publicans fuerit mortuus ante publicationem Bullæ,ad effectum, vt vacet
* per obitum resignantis,*vt fuit resolutum in vna Legionen.Canonicatus,coram Illustrissimo Aldobrandino,22.Aprilis,1577. quia tempore obitus erat per fectę ius abdicatum a resignante, & sic non potest retrotrahi,quia ille est mortuus,& extrema non sunt habilia.

SVMMARIVM.

1 *Impedimenta legitima excusant a publicatione, & num.35.*
2 *Impedito non currit tempus.*
3 *Propter impedimentum receditur a forma.*
4 *Impeditus non dicitur negligens.*
5 *Impeditus non videtur formæ, & legi contrauenire.*
6 *Impedimentum excusat a pœna.*
7 *Impedimentum æquiparatur impossibili.*
8 *Impossibilis nulla est obligatio.*
9 *Dispositio non censetur loqui de impedito.*
10 *Impedito conficere inuentarium, non currit tempus statutum a iure.*
11 *Impedito non currit præscriptio.*
12 *Impedimentum excusat a contumacia.*
13 *Impedimentum excusat a desertione.*
14 *Quot sunt genera impedimentorum in materia appellationis.*
15 *Impedimentum excusat emphyteutam non soluentem canonem.*
16 *Impedimentum excusat, vt quis non teneatur accedere ad Concilium generale.*
17 *Impeditus non tenetur accedere ad Concilium Prouinciale, & Synodale.*
18 *Impedimentum excusat a mora.*
19 *Impedimentum excusat in omnibus casibus.*
20 *Impedimentum excusat etiam absque protestatione*

21 *Impedi-*

21 *Impedimentum, vt excusat, debet probari.*
22 *Probatio impedimenti est difficilis.*
23 *Impedimentum probatur per testes, & instrumenta.*
25 *Impedimentum probatur iuramento, quod declaratur dupliciter.*
26 *Arbitrio iudicis impedimentum sit probandum.*
27 *Debet probari impedimentum fuisse tale, quod remoueri non potuerit.*
28 *Impedimentum non excusat, cum potest remoueri, & num.32.*
29 *Impedimentum, quod proprie dicatur.*
30 *Impedimentum vt excusat, debet esse causa immediata.*
31 *In impedimento legitimo requiritur diligentia. & nume.110.& 115.*
33 *Impedimentum affectatum non excusat.*
34 *Impedimentum probandum est ab eo, qui prætedit excusationem prætextu ipsius.*
35 *Resignatarius impeditus facere publicationem, in loco vbi tenetur, debet illam facere alibi.*
36 *Forma debet adimpleri specifice.*
37 *Forma quando possit adimpleri in equipollenti.*
38 *Excusatur quis ob necessitatem.*
39 *Restitutio concedenda impedito.*
40 *Impeditus prosequi appellationem in primo anno ex causa, potest illum prosequi in secundo.*
41 *Constitutio Gregorij XIII. de publicand. ad vnguem est obseruanda.*
42 *Impeditus publicare in loco vbi tenetur, non potest id facere in acie Campt Floræ, vel in Cancellaria. & num.44.*
43 *Impeditus publicare vbi tenetur, quo in loco debeat hodie publicare.*
45 *Modus præscriptus a lege obseruandus.*
46 *Actus contra legem nullus.*
47 *Patientia Ordinarij, non reualidat resignationem, nõ publicatam.*
48 *Vna pars legis declarat aliam.*
49 *Præcedentia influunt in sequentia.*
50 *Impedimentorum species.*
51 *Non omnia impedimenta excusant a publicatione.*
52 *Bellum est iusta causa non publicandi.*
53 *Vbi verba legis sunt clara nulla cadit dubitatio.*
54 *Bellum incutit timorem.*
55 *Bellum numeratur inter fortuitos casus.*
56 *Propter bellum fit remissio mercedis conductori.*
57 *Bellum excusat a contumacia.*
58 *Bellum a quibus oneribus excuset.*
59 *Bellum quod inducat iustum impedimentum non publicando.*
60 *Pestis est iusta causa non publicandi.*
61 *Negligens non dicitur omittens aliquid facere causa pestis.*
62 *Pestis excusat a mora.*
63 *Pestis computatur inter fortuitos casus.*
64 *Pestis excusat a mora.*
65 *Emphyteuta impeditus propter pestem non cadit a iure suo.*
66 *Pestis impedit præscriptionem.*
67 *Pestis æquiparatur bello.*
68 *Pestis excusat a contumacia.*
69 *Pestis præbet causam restitutionis in integrum.*
70 *Pestis impedit cursum fatalium.*
71 *Pestis quæ præbet iustum impedimentum non publicandi.*
72 *Non expediens litteras ob Bellum, & pestem excusatur a publicatione.*
73 *Pestis excusat ab appellatione.*
74 *Facta diligentia relaxatur rigor iuris.*
75 *Casus fortuiti an excusent a publicatione.*
76 *Valet argumentum ab eo, quod non est expressum.*
77 *Cessat dispositio cessante ratione.*
78 *Infirmitas, & furor non excusant a publicatione.*
79 *Infirmitas, & furor inter casus fortuitos computantur.*
80 *Infirmi vocati non tenentur comparere.*
81 *Memoria hominum est labilis.*
82 *Multitudo negotiorum non excusat a publicatione.*
83 *Paupertas inter fortuitos casus numeratur.*
84 *Paupertas prodest in multis.*
85 *Error, & ignorantia non excusant a publicatione.*
86 *Decretum irritans ligat ignorantes.*
87 *Sub Decreto irritanti constituti sub dignitate comprehenduntur.*
88 *Error iuris non prodest.*
89 *Error iuris dicitur iniustus.*
90 *Ignorantia facti, non autem iuris excusat.*
91 *Ignorantia iuris non est iusta causa restitutionis.*
92 *Ignorare ius, est culpa lata.*
93 *Rustici non restituuntur aduersus iuris ignorantiam.*
94 *Impedimenta corporis non excusant a publicatione.*
95 *Impeditus publicare facto aduersarij vel tertij excusabitur.*
96 *Impeditus vi armata excusatur a contumacia.*
97 *Vi armata impeditus appellare excusatur.*
98 *Ob violentiam forma remittitur.*
99 *Periculum mortis reputatur iustum impedimentum.*
100 *Impeditus publicare dolo aduersarij non excusatur.*
101 *Dolus aduersarij an præbeat iustam causam restituendi.*
102 *Patri parendum est.*
103 *Metus reuerentialis parentum dicitur iustus.*
104 *Res, quæ culpa caret, in damnum verti non debet.*
105 *Iussus patris non præbet filio iustam causam vt excusetur a pœna imposita ob non publicationem.*
106 *Filius in inducentibus illicita non tenetur obedire patri.*
107 *Circa quæ filius teneatur obedire patri.*
108 *Leges debent seruari.*
109 *Resignatarius amittens litteras, debet mittere ad Registrum pro transumpto vt publicet.*
111 *Transgrediens legem humanam iusta de causa non peccat.*
112 *Resignatarius non publicans ex impedimento retentionis supplicationis vigore nihil transeat, non excusatur.*
113 *Nihil transeat concedi solitum a Datario quomodo tollatur.*
114 *Impedimentum excusat, cum remoueri non potuit.*
115 *Datarius detinens supplicationem præbet iustam causam non publicandi.*
116 *Absque culpa non datur pœna.*
117 *Datarius representat personam principis.*
118 *Qualitas requisita est verificanda.*
119 *Impedimentum debet durare toto tempore.*
120 *Impedimẽtum proueniens ex persona iudicis inducit iustam causam restitutionis.*
121 *Carcer præbet iustam causam non publicandi.*
122 *Carcer præbet iustam causam restitutionis.*
123 *Carceratus ob delictum non restituitur.*
124 *Impeditus publicare ob Sedem vacantem excusatur.*
125 *Mortuo Papa, rumpitur annulus, plumbum, & sigillãtur supplicationes existentes penes Datarium.*
126 *Legitimum impedimentum.*

127 *A tempore dato ad appellandum subtrahitur tẽpus Sedis vacantis.*
128 *Ex proœmio causa finalis.*
129 *Tempore Sedis vacantis non expediuntur litteræ.*
130 *Duæ partes Cardinalium faciunt Papam.*
131 *Quæ potestas fuit data Petro Apostolo.*
132 *Petrus fuit institutus Episcopus vniuersalis Ecclesiæ.*
133 *Cardinales debent recludi in Conclaui ad eligendum Papam.*
134 *Quinque Pontifices Maximi nisi spatio 18. mensium.*
135 *Clemens VIII. quando electus.*
136 *Tempore publicationis lapso datur restitutio.*

QVAESTIO XIII.

DEcimotertio Quæro, an impedimentum legitimum excusetur a publicatione facienda per Resignatarium de beneficio sibi resignato? Communis,* & recepta regula, est affirmatiua,† quã expresse firmarunt Rom. cons. 433. incip. quo ad primam, Fel. c. cum dilecti, col. 21. vers. limit. 7. num. 13. de resc. Rip. de peste. in 3. p. q. 6. Hieron. Preuidon. in eod. tract. de pest. vers. vidimus, num. 2, Cass. dec. 1. de dilat. & super reg. Canc. dec. 22. Sar. de publ. q. 13. num. 2. Rebuff. in ead. reg. Marsil. in l. 1. §. propterea, num. 131. ff. de quæstion. Moder. Floren. de fortuit. casib. p. 2. q. 6. Card. Paris. cõs. 143. col. 1. vol. 4. Nauar. cons. 3. num. 3. tit. de renun. & ita fuisse* resolutum in Rota in vna Conchen. Cappellaniæ de Belmõte 16. Nouembris, 1552. coram R. P. D. Didaco, attestatur Caputaq. dec. 73. p. 2. & ita* seruatur, adhibita modificatione, vt infra num. 33. dicam.

2 Et ratio est clara, & aperta, quia impedito non currit tempus, l. vt perfectius, C. de annal. excep. Iaſ. l. cõtra minores, num. 6. C. de inofficios. testam. Rim. cõs. 21. num. 29. lib. 1. Dec. cons. 356. vol. pen. Crauett. cõsil. 271. col. 2. Menoch. consil. 38. num. 35. vol. 1. cum alijs, vt per Ber. q. famil. 40. & 65. Bard. de temp. vtil. & contin. c. 7. & 8. cũ sequentibus, Io. de Lignan. de cens. Eccles. §. 14. num. 17.

3 Et ideo propter† impedimentum receditur a forma, Card. Paril. cons. 32. num. 11. & 14. ac 16. & cons. 33. num. 23. 25. & 31. vol. 2. Crauett. cons. 12. num. 2. Burſat. cons. 74. num. 153. vol. 1.

4 Nam impeditus non† dicitur negligens, c. quia diuersitatem, de concess. præb. Staphil. de grat. expect. tit. de vari. mod. vacationis, num. 53. Nec† videtur formæ, ac legi contrauenire, Iaſ. in l. siquis, num. 7. ff. de iurisd. omnium iudic. Egid. Bosi. in prax. crim. tit. de carc. fideiuss. num. 47.

6 Hinc est, quod† impedimentum excusat a pœna, l. 1. §. si frater. ff. de collat. Abb. in c. significasti, nu. 11. de form. compet. Fed. de Sen. cons. 122. nu. 1. Tiraqu. de vtr. retrac. tit. 1. §. 1. gloss. 10. num. 120. Rip. in l. qui te, num. 38. ff. si cert. pet. Rol. a Vall. de confect. inuẽt. p. 3. vers. impedito, num. 5. cum† æquiparetur impossibili, Pet. de Vbald. de Cano. port. c. 7. num. 19. Iaſ. in l. apud, §. constat. num. 7. ff. de legat. 1. Ber. cons. 88. nu. 8 35. vol. 1. cuius nulla est obligatio, l. impossibilium, ff. de reg. iur. l. si stipuler. ff. de verb. oblig. l. cum hęres, §. 1. ff. de statulib. §. impossibilis, Instit. de hęred. inst. c. nemo potest, de reg. iur. lib. 6. Corn. cons. 55. num. 7. vol. 2. Aret. cons. 142. n. 2. Capic. decis. 92. num. 8. Calsan. cons. 23. nu. 20. cum hoc casu non applicetur† vo

luntas dispositoris, Bal. cons. 496. nu. 2. lib. 5. Ang. in l. cum debere, num. 1. ff. de seruit. predior. Grat. consil. 119. num. 24. lib. 1. Port. cons. 163. nu. 23. Barb. cons. 13. lib. 2. Rom. cons. 102. Oldrad. cons. 277. Cephal. cons. 187. num. 7. Marsil. trac. de fideiuss. nu. 56. & 59. Iaſ. in l. si homo, num. 6. ff. de verb. oblig. Cagnol. in l. * impossibilium, ff. de reg. iur.* & communiter.

10 Hinc impedito † conficere inuentarium nõ currit tempus statutum a iure, Late Barb. cons. 41. & 50. lib. 2. Bal. in l. genero, ff. de his qui not. infam. Fed. de Sen. resp. 29. casus. Iaſ. in auth. hoc amplius, num. 60. C. de fideic. Abb. cons. 60. lib. 1. & cõs. 41. lib. 2. Card. Paris. cons. 102. ad fi. vol. 4. Cassad. decis. 4. de appell. & cõiter* alij, vt per Phan. de Phanu. de inuent. par. 1. n. 21. cum seq. Rol. de confect. inuent. par. 3. vers. impedito
11 num. 5. Hinc† impedito non currit præscriptio, Alex. ad Bar. in l. Senatus consul. nu. 2. ff. de offic. præsid. Fel. in c. ex transmissa, num. 7. cum seq. de præscrip. Burſ. cons. 66. num. 24. vol. 1. Iac. Nouell. de iur. prot. §. 4. n. * 46. &* communiter Doct. Hinc impedimẽtum excu
12 sata contumacia, si citatus non iuerit, But. in c. cum dilect. num. 26. de dol. Boer. decis. 40. num. 4. id Ber. cons. 60. num. 4. lib. 1. Decis. Pedem. 20. Soc. iun. cõs. 120. num. 2. vol. 3. Bertan. cons. 15. num. 12. vol. 2. Hinc
13 impedimentum† excusat a desertione, vt egregie ostẽdit Franc. in c. ex rõne col. 2. in gloss. 1. vers. circa primum, de appell. lib. 6. vbi sext genera impedimentorũ considerat, & ibi, alij Doctores, gloss. in c. venerabilibus verb. impedimento, de sen. excomm. lib. 6. Guid. Pap. decis. 213. Ber. cons. 6. num. 7. lib. 3. & fuit resolutum in vna* Nouar. Canonicatus, & præbẽ. 4. Martij, * 1541. coram Rauellen. teste Moed. decis. 78. in recol
* lec. manusc. & in hoc omnes* communiter resident.
15 Hinc† impedimentum excusat emphyteutam, nõ soluentem canonem, vt tenuit Ant. de Butr. in c. significante, in 4. not. de pign. Iaſ. in l. 2. vers. 27. C. de iur. emphyt. Redoan. de reb. Eccles. non alien. q. 19. num. 14.
16 Hinc ẽt impedimentum† excusat ab obligatione accedendi ad Cõcilium generale, c. Episcopus, c. si Episcopus, c. placuit. 18. Dist. c. ego. N. vbi Doctores de iur. iur. quod quomodo procedat, vide Card. Iacoba.
17 de Concil. lib. 2. art. 4. num. 44. & † pariter excusat ab obligatione accedendi ad Concilium prouinciale, & synodale, c. peruenit. d. dist. 18. Card. Alexan. in c. propter Ecclesiasticas, el 1. col. 3. ead. dist. Imol. in c. graue, col. 6. de præb. cum alijs, vt per Henric. Bott. de Synod. Epi. p. 2. num. 56. & num. 63. cum multis seq. Et
18 etiam † impedimentum excusat a mora, Alberic. in
19 tract. statut. q. 11. num. 1. & in † omnibus casibus Duenas regul. 199. Abb. in c. significasti, num. 11. de for. compet. Doctores in cap. ex ratione, de appella. Din. in l. nemo potest, de reg. iur. in 6. Bal. in l. eam, col. 9. C. de fideicom. Paul. de Cast. in l. vlt. num. 7. C. de fid. instrum. Et hoc procedit, etiã si de illo impedimento
20 non fuerit protestatum, † vt in his terminis fuit resolutum in d. Conch.* Cappellanię, 16. Nouembris 1552. * * teste Caputaq. decis. 73. p. 2. dicente ita tenere* Rotã, & decis. 321. lib. 1. in manusc. & in alia Segobien. beneficij. coram Vestano, 29. Maij, 1551. & hanc esse æquiorem* opinionem attestatur Lancell. de attent. c. 12. ampliat. 1. num. 59. Iaſ. in l. properandum, §. sin autem, vterque, C. de iudi. vbi loquitur de desertione,
* quod est notandum, quia in contrarium est* communis opinio, vt impedimentum non excuset, nisi sit facta protestatio, l. 2. §. quod diximus, ff. si quis cautio. vbi omnes, & in l. de pupillo, §. siquis ipsi prætori, ff. de oper. nou. nunc. vbi Alexand. columna 4. Iaſ. in l. qui in

qui in aliena §. Celsus. num. 26. ff. de acquir. possess. Felin. in c. ex transmissa, col. 2. de præscrip. Cardin. Paris. cons. 34. num. 20. & cons. 101. num. 95. vol. 1. & consil. 5. num. 66. vol. 4. Soc. Sen. cons. 104. num. 26. lib. 3. Menoch. cons. 110. num. 118. vol. 1. Ber. q. famil. 40. num. 40. Alexand. cons. 16. lib. 1. Rip. tract. de pest. tit. de priuileg. Iudic. c. pest. num. 21. cum plurib. sequen. Franc. Imol. & alij in c. ex ratione, de appellat. Sarn. de public. q. 8. Rebuff. de pacific. possess. num. 400. & de commmuni attestatur Caputaq. & Lancell. loc. cit.

Declara tamen primo, hæc procedere, si huiusmo-
21 di impedimentum† fuerit probatum, Caputaq. decis. 72. par. 2. & l. vlt. §. illud C. de tempor. appellat. & l. in exceptione. ff. de probat. Abbat. in c. plerumque, nume. 6. de rescript. & in c. ex transmissa, num. 6. de præscript. & in c. scitis citatus, num. 4. de rescript. Ang. in l. eius, num. 2. C. quor. appell. non recip. Dec. cons. 554. num. 6. Card. Paris. cons. 108. num. 11. vol. 4. Dec. Pedemon. 9. num. 4. Curt. in l. admonendi, num. 280. ſt.
22 de iur. iur. Et quia hæc probatio † difficilis reputatur, vt tradunt Moder. Florent. de fortuit. casib. q. 4. num.
23 5. Ideo receptum est, † coniecturas sufficere, Bal. con
24 sil. 152. num. 2. lib. 1. & sufficit† etiam probatio per testes, vel instrumenta, Ioan. And. r. in c. 1. de dolo, in 6. Corn. cons. 56. lib. 1. Card. Paris. cons. 67. num. 90. vo-
25 lum. 1. vel iuramento† impediti, Soc. cons. 76. num. 14. volum. 1. Rom. sing. 271. Oldrad. cons. 60. col. 2. num. 4. Guid. Pap. decis. 64. Rot. decis. 3. de iureiuran. in antiq. & alij omnes ex cap. quia propter, §. illud autem, de elect. c. 1. 22. q. 1. quod procedit, quoties non potest probari per testes, Bal. in l. 2. §. quod diximus. versic. causam quæro. ff. si quis caut. & ibi Rom. num. 5. & Ang. Paul. de Cast. num. 2. circa fin. Iaſ. num. etiam 2. Alex. cons. 119. quæritur, col. 3. num. 9. lib. 2. Marsil. in Rubr. C. de prob. num. 130. Rom. in Rub. ff. de recept. arbitr. num. 19. ex l. vlt. §. illud, ibi, nisi ipse appellator euidentissimis probationibus, C. de temporib. appell. & agitur de leui præiudicio, Neuizan. cons. 41. num. 10. Abb. in c. cum Bertoldus, num. 16. de re iud. Ant. de Butr. in c. quia, num. 16. de elect. Bald. in l. qui accusare, num. 3. C. de edend. Dec. in cap. ex ratione, num. 54. de appell. Doctores in c. 1. de dol. & contumac. lib. 6. Mascard. qui & alijs modis declarat de probat. conclus. n 4. & probabitur etiam impedimentum
26 alijs modis arbitrio† Iudicis, Ioan. And. Hostiens. Archidiac. Gemin. & Franc. in c. 1. de dol. & contum. lib. 6. Guid. Pap. dict. decis. 64. cum alijs, vt per Menoch.
* * de arbitr. iud. cons. 118. num. 3. & est magis** communis opinio, teste Mascard. dict. conclus. 884. num. 17. Debet tamen, qui vult prætextu impedimenti adiuuari, duo probare, quorum primum erit, quod illud fue-
27 rit tale, † vt remoueri non potuerit, l. sed & si, §. 2. ff. ex quibus caus. maior. Dec. consil. 677. num. 4. Soc. Iun. cons. 67. num. 79. volum. 1. Crauett. consil. 270. num.
* 2. Gozad. cons. 38. num. 11. & est* communis opinio
* omnium Doctorum, quia regula* vulgaris est, impe-
28 dimentum† non excusare cum posset remoueri, Bar. in dict. l. sed & si per prætorem, §. 2. Idem Bartol. in l. quibus diebus, vbi Soc. Sen. in 3. not. ff. de cond. & demonstr. cum alijs, vt per Menoch. de arbitr. Iudic. casu. 118. ad fi. & cons. 110. num. 116. vol. 1. Impedimentũ
29 † enim proprie est, cum euitari non potest, non econtra, Card. Paris. consil. 67. num. 64. volum. 3. Secundũ est, vt debeat probare impedimentum causam fuisse non præstandi, vel non faciendi, quod præstare, & facere tenebatur, & sibi incumbebat, hoc est, quod il-
30 lud impedimentum † fuerit causa immediata, quod

non fecit, Innoc. in cap. ex transmissa, de præscrip. vbi Fel. num. 7. Dec. in cap. scisciatus, not. vlt. de rescript. idem Dec. cons. 474. colum. 2. & consil. 552. colum. 2. Crauett. consil. 151. num. 22. Boer. decis. 40. num. 4. Menoch. de arbit. Iudic. casu. 118. ad finem, Caputaq. decis. 72. num. 5. p. 2. & num. 7. refert ita decisum fuisse* in vna Toletana parochiali, prima Iunij, coram
Achille de Grass. & sic non sufficit simpliciter proba-
31 re impedimentum, sed debet, quis† probare diligentiã suam, scilicet, quod fecerit aliquam diligentiam pro illo remouendo, d. l. qui commeatus, vbi Bart. ff. de re milit. Alex. cons. 40. lib. 2. Afflict. decis. 29. num. 1. Late Contard. in l. diffamari, nu. 117. C. de ingen. & manumiss. Rebuff. tract. de execut. num. 48. Cephal. con
* sil. 304. num. 123. vbi attestatur* de communi, Crot. cons. 28 1. num. 20. lib. 3. Natt. cons. 258. num. 6. Dec. in d. c. ex ratione, num. 58. de appellat. Card. Alban. in addi. ad Bart. in d. l. quibus, num. 2. ff. de condit. & demonstr. & ita fuisse* resolutum in Rota in dicta paro
* chiali attestatur Caputaq. d. decis. 72. part. 2. ita etiam fuit resolutum in vna Lucan. Abbatię coram Thom. de Tanis, 16. Martij, 1556. teste Put. decis. 8. sub rub. de rest. in integr. in recollect. manuscr. Lancellott. loco cit. d. ampliat. 1. num. 61. ex ratione supra posita, quia nõ dicitur quoquomodo quis impeditus, si impedimentum† remoueri potest, Dec. in c. cum fuero, in 3. not. de appell. & in c. in nomine Domini, num. 5. de testib. & exempla huiusmodi conclusionis habes
* per Mascard. d. concl. 884. num. 9. & ideo* receptum
Sextũ dubiũ, An beneficia vnita comprehendanẽ sub hac regula? Sar. hic q. 15. tenuit negatiuã ex eo, qa 47 beneficiũ † vnitũ non dr amplius beneficiũ, Rot. dec. 10. de reb. eccl. non alien. in antiq. Mar. Soc. Ien. in c. si cut vnire, ar. 8. q. 12. de exc. pl. Gem. in c. sunt psonæ, §. vlt. col. vlt. de priu. li. 6. & sic cedẽs tale bñficiũ nihil 48 dr, resignare. In cõtrariũ tñ est veritas, vt colligitur ex uerbis additis ad hãc regulã per Paul. III. *Sed ipsius beneficij vnionis dissolutioni consenserit*, quæ uerba comprehendunt quoties unio, esset facta ad uitam 49 alicuius, quæ est inuenta † ad effectum, ut quis possit assequi, & retinere incõpatibilia, q̃ alias non posset, Gem. cons. 38. nu. 11. Cassad. decis. 33. nu. 5. super reg. ubi ẽt dicit, quod est quædã dispensatio palcata, nã

si iste consensit dissolutioni vnionis, vtique habet locum regula nostra, & huc casum fuisse valde dubium ante declarationem tradit Mand. qui hoc tenet q. 10. nu. 5. Rebuff. glos. 8. vers. at si.

Idemque esset si quis beneficium resignat ad effectum, vt vniatur alicui, loco etiam pio, namque si moriatur infra 20. dies, beneficium vacabit per obitum & non per resignationem, ita Mandos. d. qu. 10. nume. 2. quia comprehenditur in ratione regulæ, & in verbis, siue dicamus hanc esse veram resignationem siue dimissionem, cum loquatur regula de quacunque dimissione.

Si vero habens tale beneficium, illud resignat simpliciter vel in fauorem †loci vniti, hoc casu siue habeat locum regula, siue non; idem effectus resultat, namq; statim post cessionem cum titulo illius beneficij, cui vnio facta est, consunditur, & efficitur vna massa, Rebuff. in prax. tit. de unionibus, nam militat eadem ratio fraudis.

Si vero habens tale beneficium vnitū illud resignat in fauorem alterius, & hoc casu si non †adest derogatio vnionis, cessio non tenet, Bellam. in tract. permut. in 3. p. & est communis* opinio, vt diximus lib. 2. si vero adest derogatio, & suspensiua †vnionis, tunc nō tollitur, sed differtur vnio, & valet cessio ad fauorem illius cui facta est, Mandos. in prax. sign. grat. tit. resign. col. 4. & *communiter practicatur.

Et per consequens tali casu habebit locum huiusmodi regula. nam si moriatur resignans infra 20. dies, beneficium vacabit per obitum, & non resignationē, & effectus est maximus, quia stante hac vacatione resignatarius excludetur, & beneficium illud incorporabitur corpori cui facta est vnio, Rebuff. hic in gl. 8. in princ. & hęc opinio seruatur* in praxi, & ab ea non est recedendum in iudicando, & concludendo.

Septimum dubium an translationes pensionis cōprehendantur sub hac regula? communis* opinio est negatiua vt translatio pensionis sit valida, & si transeat moriatur intra viginti dies quam opinionem tenuit Rot.* tempore Leonis X. teste Sarn. hic q. 16. & fuit resolutum in vna* Gadicen. pensionis de mense Maij, die 13. 1541. coram Tho. de Tanis, teste Mandos. q. 11. in fin. vbi post multa quæ adducit, videtur, p hac opinione concludere, attestatur etiam Sarn. in addic. ad reg. dec. 8. nam regula loquitur de renunciatione, & pensio †non renunciatur, sed transfertur de licētia Papæ, & quia pensio non est proprie beneficium, vt in qualibet† materia etiam stricta appellatione illius veniat, vt late probat Mandos. dict. q. 11. & magnam† esse differentiam docet Sarn. d. q. 16. nu. 2. 3. & 4.

Accedat præterea quia regulariter in gratijs translationis pensionis solet concedi, vt possit transferri etiam in articulo mortis, ex quibus verbis tollitur omne iudicium, vt non sit necessarium, vt transferens viuat per 20. dies, immo pensio potest †in articulo mortis transferri etiam si non sit data huiusmodi facultas, vt fuit resolutum* in Rot. in d. Gadicē. pensionis die 23. Martij, 1541. teste Put. decis. 5. de pension. in manusc. & decis. 138. lib. 1.

Octauum dubium, an hæc regula procedat in eo qui renunciauit iuri suo quæsito †in aliquo beneficio vigore alicuius gratiæ vt quia resignauit ius quod habebat per solam supplicationem signatam, nec habebat litteras expeditas nec etiam pensionem? Vera conclusio, & communis* est affirmatiua, vt si talis cedens moriatur infra 20. dies, &c. quam opinionem tenuit Rot.* in vna Valentinen. die 13. Martij 1514. teste Sarn. hic q. 18. num. 2. vers. Istis tamen non obstantibus, vbi etiam firmat hanc opinionem, nam regula habet locum, cum ille, in cuius fauorem resignatio admittitur, cōsequitur commodum resignationis, propter quod arguitur fraus, vel quia renuncians agnoscens se moriturum inducitur ad renunciādum, quo casu ne detur successio, & licentia libera disponendi de beneficijs, licut de rebus temporalibus, † fuit hæc regula introducta; sed istæ rationes militant in renunciatione iuris, quia †per illam acquiritur commodum resignatario & resignans consequitur effectum, quē intendit, ergo.

Non obstat quod gratia dicatur informis, litteris non expeditis, nam respondetur, quod statim, quod supplicatio est signata in continenti est ius quæsitum, & gratia est perfecta quo ad hunc effectum, vnde cui ius sit quæsitum, succedit illud, quod paria †sunt, habere ius quæsitum ad rem vel habere rem, l. qui habet ff. de reg. iur. cui alijs, vt per Sarn. dict. q. 18. nu. 4. & 5.

Nonum est dubium, An officia curiæ comprehendantur sub hac regula, communis* opinio †est negatiua, quam tenent Sarn. hic q. 22. Rebuff. & alij omnes sequuntur, tum quia de illis hic non fit mentio, tum etiam quia cessat ratio finalis regulæ, quæ de beneficijs Ecclesiasticis loquitur, quæ vendi non possunt, & ideo in officijs sæcularibus Curiæ non est prohibita successio, cum vendi possint, & hanc conclusionem non solum intelligit Sarn. in scriptorijs Apostolicis, Portionibus, & similibus officijs, sed etiam de officijs Vicecancellarij, Camerarij vel maioris Pœnitentiarij: nam cum hæc non possint cedi sine licentia Papæ, in eis cessat illa regula sicut in Consistorialibus. Ita in simili idem Sarn. q. 2. hic per totum concludit Imperatorem cedentem †Imperio non comprehendi sub hac regula ex pluribus rationibus, quas adducit.

Limita †non procedere in officijs spiritualibus, de quibus loquitur tex. in c. cum accessissent de Consti. cap. dudum, el 1. de elect. cap. quod Dei timorem, de stat. monach. & tenet Collectan. in cap. penul. 3. colū. vers. quod si mandetur, de verb. signific. quem refert, & sequitur Sarn. dict. quæst. 22. nu. 2. vers. aut vero loquimur, nāque hæc officia spiritualia sunt beneficia, & mens, & ratio regulæ concurrit, ideo habebit locū dispositio.

SVMMARIVM.

1 *Regula de Infirm. comprehendit omnes,*
2 *Verbum siquis est generale.*
3 *Regula de infir. an habeat locum in Papa.*
4 *Regulæ Cancellariæ non comprehendunt Cardinales contra num. 12.*
5 *Quæ speciali nota sunt digna debent exprimi.*
6 *Cardinalatus est maior dignitas post Papatum, & numero 15.*
7 *Cardinales renunciantes beneficia comprehenduntur sub reg. de infirm.*
8 *Vbi agitur de vitanda fraude Cardinales comprehenduntur.*
9 *Quanto quis est dignior, tanto debet a fraudibus cessare.*
10 *Cardinales comprehenduntur sub capit. de multa, de præbend.*
11 *Reuocatio regressus comprehendit etiam Cardinales.*
13 *Dispositio concernens animarum salutem comprehendit Cardinales.*
15 *Regula de infir. habet locum in Patriarchis, Archiepiscopis,*

piscopis, & Episcopis, ac Abbatibus.
16 *Regula de infir. comprehendit exemptos.*
17 *Lex vniuersaliter loquens comprehendit exemptos.*
18 *Exempti non comprehenduntur sub priuilegio.*
19 *Papa est proximus Superior exemptorum.*
20 *Regula de infirm. habet locum in familiaribus Cardinalium.*
21 *Regula de infirm. comprehendit familiares Papæ, & eius officiales.*
22 *Regula de beneficijs vacantibus per obitum familiarium Cardinalium an habeat locum in vacatione ficta obitus.*
23 *De beneficijs familiarium Cardinalium fit prouisio de consensu Cardinalium.*
24 *Regula de infirm. comprehendit fœminas habentes dignitates.*
25 *Prohibitio incompatibilium comprehendit etiam fœminas.*
26 *In foro animę nulla est differentia sexus.*
27 *Verbum, si quis, masculum & fœminam comprehendit.*
28 *Masculinum concipit fœmininum.*
29 *Abbatissa potest renunciare.*
30 *Abbatissa in administratione æquiparatur Abbati.*
31 *Pœna, l. 2. C. de rapt. virgin. habet locum etiā in muliere rapiente virum.*

QVAESTIO IV.

1 VARTO quæro, qui comprehenduntur sub dispositione huius regulę, Communis opinio & affirmatiua† omnes comprehendi, nam loquitur simpliciter de omni resignante, cum dicat, *Si quis in &c.* ex quo† satis colligitur omnes comprehendi, Bal. per illum tex. l. in fraudem, ff. de testam. l. cum a-
2 lijs, vt per Crauett. cons. 92. nu. 4. & col. 308. nu. 3. Bal. cons. 205. lib. 1. & cons. 191. eo. lib.

Sed vt particulariter omnes casus intelligamus, de aliquibus contigit dubitare, Et Primo, an habeat lo-
3 cum † in Papa, Sar. hic q. 1. disputat hanc quæstionem ad partes, tandem concludit pro affirmatiua, quam dicit veram Rebuff. in praxi super hac reg. Glos. 1. num. 3. quo ad prohibitionem, ne successorem in articulo mortis † sibi cōstituere, vel eligere debeat, de qua re alia non scribam, cum hoc recesserit ab Vrbe, & orbe teste Mandos. hic in principio, & his temporibus nō eueniat.

Secundo, an habeat locum in S. R. E. Cardinalibus, renunciantibus aliqua beneficia in fauorem, vt si moriantur infra viginti dies beneficium vacet per obitū, non per resignationem? Pro negatiua concludit Mandos. hic q. 2. num. 8. & 9. cum seq. quia regulæ Cancell.
4 † non comprehēdunt Cardinales, Barbat. in tract. Car. par. 1. q. 7. in fi. Prepos. in c. 1. dist. 15. Ber. in c. 1. nu. 41. de resc. Card. Paris. cons. 141. nu. 8. vol. 4. Iason. cons. 117. col. 3. vol. 4. Gig. de pēs. q. 9. n. 7. & q. 59. nu. 13. Anch. cons. 295. & 297. Roma. cons. 497. Philippus Prob. in c. vlt. col. 3. de resc. lib. 6. & hanc esse veram, firmio
5 rem, & æquiorem sententiam attestatur Mandos. dict. q. 2. nu. cum quæ speciali nota † sunt digna, nisi speciali ter exprimātur, omissa esse censentur, cap. quam periculosum, de senten. excommun. lib. 6. Glos. in cap. 2. de
6 præb. eo lib. nā Cardinalatus † est maior dignitas post Papatum, Host. in c. dilectus, col. 2. de præben. cum alijs, quæ ad hoc adducit Mandol. loco cit. & Put. dec. 195. a nu. 1. vsque ad 6. lib. 1.

His tamen non obstantibus contraria opinio est
7 verior, &* communis, vt etiam † Cardinales sub hac regula comprehendantur, quam opinionem tenent Sarn. hic q. 3. Rebuff. Glos. 1. num. 4. & secundum eam iudicauit* Rota post longam discussionem pro Ludouico de Torres, die 14. Nouemb. 1541. teste Put. decis. 195. lib. 1.

Nam regula hæc emanauit ad obuiandum fraudi-
8 bus, sed vbi agitur de †euitanda fraude tunc comprehenduntur etiam Cardinales communis opinio, teste Caputaq. decis. 211. lib. 1. in manuscr. ergo veniunt, nā
9 cum sint maiori dignitate præditi, oportet plus † alijs a fraudibus esse alienos, iux. not. in c. cum quidam, de iur. iurand. & in † presbyteri, C. de epis. & cler. & ideo comprehenduntur sub regula de publican. vt supra scripsi lib. præced.
10 Hinc Cardinales † comprehenduntur sub c. de multa, de præb. vt tenet Abb. in c. Ecclesia. el. 2. in 2. not. de elect.
11 Hinc † reuocatio, regressum comprehendit etiam Cardinales, vt fuit resolutum in vna* Caurien. coram Io. Paulo, 3. Iunij, 1538. teste Sarn. in procem. reg. q. 4. col. ante pen.

Nec obstat, quod regulæ Cancell. non ligent Ca-
12 dinales, quia immo contraria † opinio est verior, & cōmunior, Fel. in c. ad aures, ante nu. 12. de reser. Bert. Belencin. tract. de charit. sub hd; q. 66, Selu. de benef. p. 3. q. 12. num. 6. Sar. in procem. reg. q. 4. & fuit pluries decisum in Rota, teste Belencin. loco citat. eo magis
13 cum concernunt bonum † publicum, & animarum salutem, Pauin. de potest. cap. sed. vacan. in fin. 2. p. & hæc est communis* opinio, teste Sarn. hic dict. q. 3. col. 2. vers. & breuiter.

Tertio quæro, an habeat locum hæc regula in Patriarchis, Archiepiscopis, Episcopis, & alijs Prælatis, & Abbatibus eorum beneficia renunciantibus? commu-
14 nis opinio omnium est † affirmatiua, Pelegr. decis. 20. Sarn. in addic. ad reg. decis. 7. in manuscrip. Put. decis.
15 33. lib. 3. quod si comprehendit † Cardinales, quorum dignitas est maior post Papatum* cōmunis. teste Mādos. hic q. 2. num. 4. ergo multo magis hos, Authent. multo magis, C. de sacr. san. eccles. & hæc opinio nullā habet difficultatem; vt docet communis* praxis.

16 Quarto, an hæc regula comprehendat † exemptos eorum beneficia renunciantes Affirmatiua opinio * cōmuniter in praxi tenetur, pro qua concludit Sarn. hic q. 5. Nam lex generaliter, & vniuersaliter loquens vt est ista, includit etiam exemptos Bart. in l. in fraudē ff. de testament. mil. Dec. in l. 1. in 2. lect. vers. no. vlt. C. de sen. Abb. in c. graue, de præb. Gem. & Franc. in c. auctoritate, S. inhibemus, de priuil. lib. 6. communis opinio, teste Sarn. dict. q. 5. sub. num. 2. quamuis in gene-
18 rali priuilegio † non comprehendantur, Bald. in l. 1. col. 6. vers. vnde quæritur, C. de furt. Dec. cons. 154. col. 2.

Accedit quia cum comprehendantur Cardinales, & aliæ omnes personæ Ecclesiasticæ in dignitate cō stitutæ, ergo, & exēpti. Auth. multo magis, C. de sacr. san. eccles. Nec est ambigendum Papam potuisse eis
19 præiudicare per hanc regulam, cum sit proximus† superior exemptorum, Abb. in c. nihil, de elect. & est cō munis opinio, & secundū hanc opinionem practicat.

Quinto, an habeat locum in familiaribus Cardina-
20 lium omnium sententia est † affirmatiua, vt firmat hic Sarn. q. & nullum esse dubium, tradit Rebuff. in hac regu-

reg.Glos.1.num.6.quia si comprehenduntur Cardi-
21 nales,ergo & eorum familiares,immo extendo, vt & familiares Papæ comprehendatur,& alij officiales Curiæ.quod de*stylo notissimum est.Sed an in hac vacatione ficta obitus habeat locum regula de beneficijs
22 vacantibus*per obitum famil.Card.vide Sarn. dict.q.4.a num.1.ad fi.vbi recitat quid Rot.firmauerit,& vera est opinio,vt fiat prouisio per obitum cum consensu Cardinalis,Rebuff.dict.Glos.1.num.7.& 22.Aprilis, 1553.fuit in Rot.*resolutum regulam de impet.
* benef.per obit.famil.Card.habere locum in vacatione inducta per hanc regulam,teste Sarn.in adic.ad regul.decis.13.
24 Sexto,an habeat locum in fœminis religiosis volentibus resignare eorum dignitates collatiuas? com
* munis*opinio est affirmatiua,quam tenet Sarn.qu.6. quod etiam videtur tenere Rebuff.dicta Glo.1.in fi. dum scribit, textum nostrum nullam personam excipere.Et ratio est,qa cum tex. noster hoc disponat ad bonum publicum,& vt obuietur fraudibus,debet etiã comprehẽdere fœminas,iuxta ea,q̃ tradidimus supra.

Ideo ex eadem ratione scriptum reliquit Pauin. in Extrauag.Execrabilis,§.1.in Glos.ib verb.filijs, quod
25 dispositio illius tex.loquens † de masculis habentibus duo incompatibilia,habebit locum etiam in fœminis, respectu enim animæ nulla est †dꝛia sexus Alc.de Ale.
1 in l.alienam.C.de procu.Dec.in c.cum dilecta,de constit.vtil.vel.inutil.quod etiam subtiliter elicitur ex ver
27 bis reg.dum dicit,*Si quis &c.* verbum enim † si quis. de sui natura masculum,& fœminam comprehendit, vt in leg.si quis id quod, vbi Alexander Iason. Dec.
* ff.de iurid.omn. iud. & communis * est conclusio,
28 quod quando sumus in materia indifferenti masculinũ cõcidit fœmininũ,vt per Bar.in l.1.co.1.ff. de verb. sign.Dec.cons.495.num.15.& 114.ante nu. 4. & cõs. 527.num.7.Card.Paris.cons.49.nu.12.vol.3.Sed hęc est materia indifferens,cum possit contingere in fœ-
29 mina,sicut in masculo,cum † Abbatissa vel Prioriſſa,q̃ habet dignitatem collatiuam cum administratione renunciat,c.indemnitatibus.de elect.lib.6. & ibi Gem. not.2.Fel.in c.meminimus,nu.5.de accus.Bart. in l.1. num.43.C.de dignit.li.12.Dec.in l.fœminæ.nu.10.ff. de reg.iur.& diximus li.2.& 3.
30 Hinc Abbatissa †in administratione equiparat Abbati,Abb.in c.2.de his,quæ fiunt a præl.Card.cõs.17. circa princ.col.2.Nec obstat,quod hic sit casus rarus quia inquit Marsil.in l.1.C.de rapt.virg.quod pœna il
31 lius legis habet locum etiam in muliere † rapiente virũ licet hic casus raro accidat.

Et hæc opinio mihi videtur vera,quamuis per plura fundamenta contrarium tueatur Mandos.hic q.3. quibus omnibus potest responderi non habere locũ in casu nostro,vt vitentur fraudes,& ob publicam vtilitatem,& ob salutem animarum,& negatur materiam hanc esse odiosam,quia immo est fauorabilis,& extendenda,vt supra probaui in secunda quæstione.

SVMMARIVM.

1 *An regula de infirm.habet locum in renũciationibus extra Curiam.& num.8.*
2 *Reg.Cancel.an habeant locum extra Curiam.& n.10.*
3 *Papa facilius potest decipi,quam Ordinarius in beneficialibus.*
4 *In dubio verba de frequentiori.*
5 *Ordinarius non potest disponere de Commenda.*
6 *Dispositio non habet locũ vbi verba non conueniũt.*
7 *Coram Ordinarijs renunciatio tantum simpliciter.*
9 *Renunciatio facta in infirmitate fraudulenta.*
11 *Lex generalis includit omnes casus.*
12 *Consensus in renunciationibus extra Curiam quando præstetur.*
13 *Ordinarij de facili admittunt renunciationes.*
14 *Collatio Episcopi de beneficio renunciato coram Notario nulla.*
15 *Regula de infirm.comprehendit permutationem.*
16 *In claris non est ambigendum.*
17 *Verbum,dimiserit,quid importet.*
18 *Permutans dimittit beneficium.*
19 *Permutatio continet duos actus.*
20 *Permutatio de pingui beneficio cum tenue fraudulenta.*
21 *Regula de infirm. includit permutationem de beneficij paribus.*
22 *Lex indistincte loquens,indistincte intelligenda.*
23 *Dispositio sustinetur in ratione,quæ non cessat.*
24 *Regula de infirm.comprehendit resignationem factam cum reseruatione omnium fructuum.*
25 *Reseruatio fructuum non mutat naturam renunciationis.*
26 *Facilius renunciatur cum reseruatione.*
27 *Facilius renunciatur ius ad rem,quam in rem.*
28 *Regula de infirm.comprehendit renunciationem cum reseruatione medietatis fructuum.*
29 *Regula de infirmit.comprehendit resignationem cum pensione.*
30 *Regula de infirm.ligat resignantes Commendam.*
31 *Commendatarij disponunt vt veri Prælati.*
32 *Regula de familiaribus Cardinalium habet locum in Commenda.*
33 *Regulæ de verisimil. & Idiomate habent locum in Commenda.*
34 *Ordinarij non possunt conferre Commendas.*
35 *Regula de infirm. comprehendit renunciationem factam per procuratorem.*
36 *Solemnitas,quæ debet obseruari per principalem,debet fieri per procuratorem.*
37 *Procurator qui porrexit supplicationem, potest consentire mortuo resignante.*
38 *Consensus per quantum tempus possit præstari post obitum.*
39 *Consensus retrotrahitur ad diem datæ.*
40 *Actus perficitur ex consensu procuratoris.*
41 *Procurator constitutus ad consentiendum supplicationi datæ,non potest consentire post obitum.*
42 *Regul.de infirm.comprehendit resignantem plura beneficia.*

QVAESTIO V.

VINTO quæro, an quomodocumque facta fuerit resignatio habeat locum hæc regula? Et qa quæstio est generalis,ideo de aliquibus casibus contigit dubitari, & Primo, an si renunciatio beneficii facta fuerit extra Curiam, & resignans moriatur infra viginti dies, an comprehendatur sub dispositione huius regulæ,vt vacet beneficium per obitum,& non per resignationem.

Dec.cons.224.num.4.vers.alio etiam,respondit p
1 negatiua opinione scilicet regulam † non habere locũ in renunciationibus,quę fiunt extra Curiam, quam opinionem

opinionem ex pluribus sequitur etiam Mandos. hic
* qu.16.& fuit prolatum* arrestum in Gallia in vigilia Assumptionis,de anno 1550.teste Rebuff. Glos.1.12. num.10.

Quorum sententia primo fundatur, quia regulæ
2 Cancellariæ non habẽt locum † extra Curiam,Anch. cons.297.in princ.

Secundo, quia Summus Pontifex facilius potest
3 decipi,& fraudari,quam † Ordinarius, ad not. in Clemen.1.de offic.ordin.ergo magis necessaria fuit prouiso in resignationibus factis coram Papa.

Tertio,quia cum regula hoc non exprimat,debet
4 in dubio intelligi de ea,† quæ fit in manibus Papæ,argum.l.queritur,ff.de stat.hom.Ant.de Butr.in ca.sua, de off.vic.

Quarto,quia non conueniunt verba regulæ renũciationibus,quæ fiunt extra Curiam,quia exprimitur
5 de Commenda, de qua † Ordinarius non potest disponere.Fed.de Sen.trac.permut.q.13.Roman.cons. 350.num.3.Rot.decis.1.de præb.per Bisignett.& qa dicit dies computandos a die præstiti consensus, & non resignationis factæ,& clarum est,quod non ha-
6 bet locum † dispositio,vbi verba non conueniunt,l.4. §.toties,ff.de dam.infec.in fi.Dec.cons.437. num.7.

Quinto quia in renunciationibus,quæ fiunt corã Ordinarijs, cessat ratio regulæ,quia ipsi non possunt fraudari,cum fiat in eorum manibus, cessat quoque alia ratio,ne disponatur in articulo mortis de benefi-
7 cijs,nam coram eis non potest fieri † renunciatio ad fauorem sed tantum simpliciter,Glo.& communiter Doct.in c.ex parte,1.de off.deleg.Innoc.in c.tua nos de simon.Abb.in c.cum vniuersorum,de rer. permut. Cassad.decis.2.de simon.& est communis opin.

His tamen non obstantibus,contraria opinio est
*8 verior,&*communis,vt hęc regula habeat locum & in renunciationibus,quæ fiunt extra Curiam coram Ordinarijs,vel Legatis, quam tenuit Sarn. hic.q.26. post Cassad.decis.31.per totam super reg. vbi nu.9. refert ita fuisse tentum in vna Barchinonen. Cappellaniæ coram Simonetta,prout etiam ipse Simonetta refert decis.64.in mariusc.Idem etiam fuisse tentum in vna*Salamantinen.coram Hugone de Spina,& in alijs duabus causis coram domino Paulo de Capizuchis,attestatur Cassad.Sar.locis citatis,Simonetta,de cis.64.ita etiam fuisse resolutum in Rota post dictas decisiones tempore Pauli III attestatur Peolom.dec. 12.incip.domini Crescent.decis.61.lib. 1. & decis.6. Gig.cons.4.num.9. & ita nouissime vidi conclusum in Rota de anno 1585.Et in alia Parmen. beneficij. Lunæ,19.Ianuarij,1587.coram R.P.D. Giphio, vbi quidam biduo quam moretur resignauit beneficium in manibus N.Episcopi,fuit resolutum beneficium vacare per mortem,& non per resignationem, & in consequentiam collationem spectare ad Papam, qa mortuus est in mense reseruato, & Ordinarium non posse se intromittere,quod secus fuisset si vacatio esset per renunciationem; & hanc opinionem tenet & Rebuff.in tract.nomin.q.17.vers.nec refragatur,& in praxi super hac reg.Glos.3.vers.idem si quis,& Glos. 12.& in tract.de nomin.q.17.dicit ita fuisse resolutũ & idem Rebuff.cons.72.nu.8.tenet hanc opinionem & dicit ita fuisse dictum in Senatu*Parisiensi, de anno.1538.

Et hoc tũ ex verbis,tum ex ratione regulæ: ex verbis,quia dicit quauis auctoritate confertur, vt in terminis ponderat Rebuff.in praxi,Glos. 12. super hac regula nu.3.Ex ratione,quia hæc regula emanauit,vt fraudibus infirmorum renunciantium obuietur.

Nam ex quo renunciatio reperitur facta tali tem-
9 pore præsumitur † fraudulenta,Alex.in l.filiæ.ff.sol.matr.quæ ratio militat quoque in renunciationibus,quę fiunt extra Curiam,ita etiam illa ratio,ne cogitatione mortis per viam vltimæ voluntatis disponatur de beneficijs,militat etiam extra Curiam,vt aliqui Doctores firmarunt relati a Sarn.dict.q.26.num.4.

Nunc autem respondendum erit contrarijs,ad pri
* mum respondeo communem*esse opinionem in cõ
10 trarium,vt scilicet regulę Cancellariæ ligent † extra Curiam,vt per Sarn.latissime q.2.in procem. reg. Ad secundum respondetur,non ex hoc sequi quin possit habere locum extra Curiam. Ad tertium respon-
11 detur,quod cum loquatur generaliter omnes casus debet includere,l.1.§.generaliter,ff.de leg.præst. Ad quartum respondetur,negando non conuenire verba,nam illud, quod dicitur de Commendis, recipit renunciationem in Curia,& illud fuit additum,vt tollantur lites,quæ ex eo oriri poterant,Pelegr.decis.20. in manuscr.

Nec obstat,quod dicat a die præstiti consensus,nã
12 respondetur,quod hic † casus potest etiam verificari coram Ordinarijs,quando fit per procuratorem renunciatio,vt tradit Simonett.dict.decis.63. & hoc q̃ uis possit ante,& post dari consensus in renunciationibus extra Curiam,Sarn.dict.q.26.nu.6.vers.nec obstat.Ad quintum respondetur in renunciationibus, extra Curiam non cessare rationem regulæ,namque
13 possunt fraudari expectantes cum Ordinarij de facili admittunt cessiones,vt prouideant,vt dicit Cassad.de cis.31.num.9.

Concludendum igitur regulam habere locum & beneficium vacare per obitum,& nullam esse collationẽ Episcopi, aut alterius factam per cessionem,& si fuerit facta cessio † corã Notario,& testibus,Boer.
14 decis.348.sub num.3.

Secundo dubitatur,an renunciatio facta causa permutationis,includatur sub hac regula? Doctores*cõ
15 muniter tenent affirmatiuam opinionem.Petr.And. Gammar.in repet.c.1.de rer.permut.lib.6.quem refert,& sequitur Sarn.hic.q.19.vbi dicit hoc non habere dubium,Mandos.q.12.col.vlt.vers. quæstio ista vbi inquit hanc opinionem esse veram, Rebuff. in prax.in Glos.4.huius regulæ,in princip. & alij omnes.Et probatur in verbis regulę, ibi,*Sine simpliciter,sine ex causa permutationis,& c.*verba enim sunt
16 clara,vnde † non est ambigendum,Corn. cons.109.in in fin.lib.1.Dec.cons.452.num.27. ac etiam probatur,ponderando verbum,dimiserit, positum in regu
17 la ibi,*Vel alias dimiserit*,quod † verificatur in quacumque dimissione beneficij arg.tex.in l.1.§. quod
18 autem.ff.de aleę lus.& aleat.nam qui permutat † dimittit beneficium,vt eleganter probat Mandos.hic q. 13.num.9.

Et etiam includitur sub verbo, resignauerit, nam
19 permutatio continet † duos actus,scilicet resignationem,& permutationem,Boer.decis.2.nu.16.& est cõmunis opinio,vt supra dixi.

Et hęc conclusio extenditur,vt procedat non solum in permutatione de beneficijs disparibus, & inæ
20 qualibus,quando infirmus † permutat pingue beneficium cum consanguineo, seu amico ei dante tenue, ex quo præsumitur fraus.Doct.oës in c.2.de renũc. li.6.Rot.dec.2.de rer.pmut † antiq.Imo.in l.filiæ meę vbi Bal.fol.matr.Soci.Sen.cõs.83.& cõs.53.li.3. Anc. cons.383.385.& 388.& cons.430.Old.cõs.374.col. 3.Bellam.

3.Bellam.decis.344.& decis.435.Felin.in c.quia verili mile,de præscr.Petr.de Perut.in tract.de permut. col. 7.Io.Selu.de benef.par.3.q.47.col.penul. Imol.in ca. non liceat,nu.7.de cler.non resid.vbi Anch.nu.6.Me
* noch.cons.108.nu.18.li.2. & * est communis opinio.
21 Sed etiam in permutatione de beneficijs †paribus, &
* æqualibus prout fuit resolutum*in Rota in vna Maio ricen.parochialis coram Anto.Augustino, 11.& 20. Februarij,& 27.Martij,1549.vt attestantur Achil. de Grass.dec.29.super reg.Cance.incidit regula de infir. resignan.& Sarn.in addic.ad suas regulas, decis.12.ex verbis generalibus regulæ,& r ōne generali disponen di in vltimo uitæ spiritu,& ita tenet Rebuff.hic Glo. 4.n.5.Mandos.q.13.licet Sarn.cōtrarium uoluerit, nā
22 regula indistincte loquitur de †permutatione,ergo de omni,Hostiē.in summ.de rer.permut.Et quia regula non solum emanauit ob fraudes, quæ cessant in hoc casu,vt late probat Sar.q.19. Sed etiā ne beneficia sint hæreditaria,Cassa.super reg.decis.32.& 31.quæ ratio generaliter in omni pmutatione procedit, vnde licet
23 cesset vna ratio,remanet dispositio †fundata in altera, vulgaris,& communis*regula,S.affinitatis,Inst.de nu pt.Dec.cons.503.ante fin.& cons.565.nu.6.
24 Tertio,dubitatur,an †si renunciatio fiat reseruatis omnibus fructibus comprehendatur sub hac regu-
* la?Communis* opinio est affirmatiua,quam tenent Sarn.hic q.20.Mandos.q.14.Rebuff.Glos.3. in princ.
* & alij*omnes.

Quæ conclusio primo iustificatur, attentis verbis regulæ loquētibus generaliter de relignatione, & hęc
25 quoque dicitur refignatio:nam †reseruatio fructuum
* contrarium effectum non operatur, vt est* communis opinio:vnde cum verba conueniant,ergo & dispositio,l.4.§.toties,ff.de damn. infect. Secundo attentis rationibus,quibus confecta est huiusmodi regula: nā militant in casu nostro,tum ratio successionis,tum ēt ratio fraudis,cum reseruatio fructuum sit quædā paleata fraus ad effectum circumueniendi collatores, & expectātes,vnde idem ius statuendum,l.illud,ff.ad le. Aquil.Immo cum occasioni fraudis sit resistendum, & maior fraus,frequentiorque fraudis occasio hic cō fiderari poterit,facilius enim infirmus,qui dubius est
26 superuiuere,tan mori debeat,inducatur ad renunciā dum hoc modo,nam libentius fit cessio hoc modo,q̄ pure,sicuti facilius renunciatur ius ad rem, quam int
27 re,Card.Paris.cons.78.nu.9.vol.4.Accedit qu'a reseruatio fructuum non impedit quin cessio effectui de-
* mandetur.Et hæc opinio tota die*practicatur, quam
* uis Card.Iacobat. referat contrarium fuisse decisum in*Rota temporibus suis,vt Sarn.d.q.20.refert.
28 Ampliatur huiusmodi†conclusio procedere,etiam si fuerit facta cessio reseruata medietate fructuum:nam eadem ratio viget,immo maior,ergo,&c.ar.auth.mul to magis,C.de sacr.sanct.eccl.

Ampliatur secundo ex allegata ratione procedere
29 etiam si fuerit facta †cum pensione,Rebuff.dict.Glo. 3.in principio.

Quarto dubitatur,an refignatio beneficij conces-
* si in Commendam comprehendatur sub hac regula?
* communis*opinio est †affirmatiua in*praxi obseruata, quam tenent Sarn.hic q.13.Rebuff.Glos.7. Simō
30* net.decis.48.Pelegr.decis.137.li.2.& decis.80.li.3.Pu. decis.33.li.3.& hæc quæstio hodie nullum habet dubium;nam clare probatur in hac regula ibi, *Aut illius Commendæ cesserit*.quia etiam in his viget eadem ratio,cum habentes Commendas disponāt de fructi
31 bus beneficij,†vt veri Prælati,Card.Alex.in c.cum au tem,col.6.dist.44.& in c.si quis,col.penul.dist.58.late Cassad.decis.32.per totam super reg.

32 Hinc regula † de familiaribus Cardinalium ha-
33 habet locum in Commenda,& etiam†regula de verisi
* mili;& regula de Idiomate,vt fuit*resolutum pluries in Rot.vt attestatur Simonett.decis.51.Sarn.d.qu.13. num.8.

Et secūdum hanc opinionem antequam essent in regula addita uerba clara,ex quibus tollitur omne du
* bium iudicauit Rot.*in vna Pampilonen.coram Petra sancta,teste Simonet.decis.48.in manusc.& in vna Veronen.Parochialis coram Pelegr.22.Aprilis,1547. vt attestatur ipse Peleg.decis.137.li.2.& decis.80.li.3. & dec.20.Sarn.in addit.ad reg.decis.7. in manuscript. Put.decis.33.li.3.nā quis cesset ratio fraudis,cum nec expectantes,nec ordinarij acceptare possint, & cōser
34 re beneficia†reseruata,vt sunt Commendæ, Roman. cons.342.Cald.cons.9.de præb. fuit conclusū in Rot in vna Zamoren. parochialis coram Crescētio de mē se Ianuario,1532.& in vna Valentin.parochialis corā Ioan.Paulo,de mense Nouembris,1539.tamen militat alia ratio successionis,vt dictum est supra.

35 Quinto dubitatur,tan cessio, & renuncitio facta per procuratorem legitimum comprehendatur sub hac regula communis opinio est affirmatiua, quam tenet Roffiniac.de benef.c.28.nu.5. & 6. & secūdum illam conclusit Rota in vna*Oueten. Archidiaconatus de Liuecio coram Puteo, 11. Februarij, 1545. vt idem Put.attestatur decis.360.nu.8.& 9.li.2. Rebuff. in prax.super hac regula,Glos.10.nu.2.vbi dicit regu lam procedere,siue consensus fuerit præstitus per prī cipalem,siue per procuratorem.Nam quamuis hęc regula loquatur de infirmo refignante,non autem con stituente procuratorem ad refignandum,tamen dum loquitur de infirmo,subintelligitur siue per se, siue p alium habentem legitimum mandatum iuxta ea,quæ dicta fuerunt supra lib.9.& eadem solemnitas, quæ re quiritur in executione alicuius actus, requritur etiam
36 †quando constituitur procurator ad exercendum illū actum,Ias.in l.1.ff.de acquir.poss.& militat eadem rō fraudis,& successionis, nam alioquin quisq; infirmus constitueret procuratorem ad renunciandum,vt frau daretur huic regulæ,ergo,arg.Glos.in c. quicunque, de vsur.lib.6.Concludendum igitur,quod si quis con stituerit procuratorem ad resignandum benef.& post ea moriatur infra 20.dies,habet locum regula, vt vacet beneficium per obitum,ita etiam si procurator resignauerit,& postea moriatur resignās infra.20.dies ha bet locum regula,vt beneficium vacet per obitum nō per resignationem.

37 Limita tamen †non procedere, quoties fuisset datus procurator ad resignandum,qui porrexit supplicationem,& procurauit,vt signetur,nam si hoc tempore moriatur resignans,poterit procurator post obitū præstare consensum,& consentire expeditioni litterarum,& non habebit locum hæc regula,ita Put. dic. decis.360.nu.10.lib.2.& dixi supra lib.9.& in foro cō scientię esse tutum resignatarium,scribit Nauarr.cōs. 2.de renunc.nam cum consensus est prestitus,viuente resignante,tunc requitur,vt viuat per 20.dies post p stitum consensum, secus quando præstatur cōsensus post obitum, vt dicit Put. loco citato declarans hoc non habere locum in casu illo, quia procurator erat datus ad porrigendum dumtaxat,non autem simpliciter ad resignandum,& alias.2.Ianuarij,1546.coram eodem Put.fuit decisum,*quod si multo tempore ante obitum fuit porrecta supplicatio per procuratorē poterit

38 poterit præstari consensus per annum † post obitum, teste Sarn. in addit.ad reg.decis. 14. & hoc esse in vsu tradit idem Sarn.q.31.num.4.super hanc regul. & sic consensus poterit post obitum resignantis præstari vigore Bullæ Alexandrinæ,vt sæpe fuit resolutum, & practicatum in Rota,teste Sarn.hic q.12.num.2.vt la te probaui lib.9.nam consensus etiam diu post supplī-
39* cationem signatam præstitum retrotrahitur †ad datā supplicationis,vt fuit*pluries per Rotam resolutum, etiam si præstetur per procuratorem post obitum re signantis,Cassad.qui plura allegat,& refert fuisse resolutum decis.1.& 5.de renunc.Crescen.decis.36.lib.1. Mandos.hac reg.q.9.num.6.nec videtur nouum, qa quando actus,qui geritur per procuratorem consistit
40 in consensu,perficitur †ex voluntate ipsius procuratoris,vt per Roch.de Curt.in l.Paulus,§.per procuratorem,num.5.ff.de acquir.hered.& ita fuisse conclusum attestatur Mandos.q.8.num.16.in hac reg.

Limita nisi infirmus constitueret procuratorē ad
41 resignandum,vel consentiendum † supplicationi iam datæ,nam non potest iste procurator consentire post obitum,Sarn.hic q.31.sub num.4.
42 Et hæc intelliguntur,†vt habeat locum hæc regula,siue vnum,sine plura beneficia resignauerit.Rebuf. super hac reg.in praxi,Glos.5.vers.Itellige, quia viget eadem ratio.

SVMMARIVM.

1 *Qualitas requisita debet concurrere omni tempore.*
2 *In testamēto tribus temporibus requiritur capacitas*
3 *Renunciatio ere facta quando Papa admittit.*
4 *Præstatio consensus non est resignatio,sed consumatio*
5 *Regula de infirm.habet locum etiam si infirmitas nō omni tempore concurrat.*
6 *Verba addita in regula de infir.etiam vigore,&c.dū esset sanus,&c.qua ratione fuerunt necessaria.*
7 *Quandocunque moriente resignante post consensum, infra 10.dies beneficium vacat per obitum, & non per renunciationem.*
8 *Reg.de infir.habet locū in infirmitate magna, & leui.*
9 *Infirmus qui.*
10 *Appellatione infirmitatis venit grauis.*
11 *Regula de infir.habet locum in moriente ex podagra.*
12 *Regula de infir.habet locum in mortuo ex peste.*
13 *Infectus peste videtur constitutus in articulo mortis.*
14 *Pestilentia omnes alios morbos superat.*
15 *Mortuus ex peste præsumitur mortuus post viginti dies,vt non habeat locum regula de infir.*
16 *Infirmitas præsumitur durare longo tempore.*
17 *Infirmitatis priuilegia remissiue.*
18 *Medici,& deputati ad sepeliendum probant mortem infecti a peste.*
19 *Mors probatur per famam.*
20 *Mors probatur multis modis.*
21 *Regula de infirm.habet locum in moriente ex morbo Gallico.*
22 *Regula de infir.habet locum in moriente ex vulnere.*
23 *Regula de infir.habet locum in moriente ex fistula.*
24 *Regula de infir.habet locum in moriente ex tempestate, & bello.*
25 *Moriens ex tempestate,non moritur infirmus.*
26 *Senes an sint proprie infirmi.*
27 *Senex præsumitur viuere per annum, vel quinque.*
28 *Regula de infirm. comprehendit senes,& iuuenes,vt quomodocumque moriantur intra 20. dies, sit locus regulæ.*
29 *Regula de infirm.habet locum in priuando moriente infra viginti dies.*
30 *Regula de infir.non habet locum in priuato moriente infra viginti dies.*
31 *Vacatio per priuationem differt ab ea quæ contingit per renunciationem.*

QVAESTIO VI.

SEXTO quero, An requiratur infirmitas,& quo tēpore ad hoc, vt habeat locum hæc regula?attentis verbis positis in regula ante Clement. VII.vtique quæstio habebat difficultatem,namque requirebatur,vt
1 resignans esset infirmus, in principio,& fine,cum regula requireret infirmitatem,qualitas enim †requisita omni tempore debet concurrere, Bald.in c.constitutus,de rescript. sicut dicitur de te-
2 stamento in quo tribus temporibus capacitas requiritur.§.in extraneis,inst.de hæred.qual.& diff.Sarn.qu. 12.& q.31.Rebuff.gl.2.num.2.vbi firmat, quod si quis dum esset sanus renunciat,& in actu præstandi cōsen sum uulneretur,vel infirmetur,ex quo moriatur,vtiq; non habet locum regula, & beneficium non vacabit
3 per obitum,sed per renunciationem,quæ tunc dicit† vere facta quādo Papa admittit,Rot.dec.23.in nou. nam consensus qui postea præstatur retrotrahitur ad tempus admissæ resignationis,& ideo potius ad execu tionem fuit inuentus quam ad validitatem,nam præ-
4 statio consensus non est †resignatio,sed consumatio, & declaratio resignationis,quę nihil noui confirmat, l.nuptias,ff.de reg.iur.cap.licet,de transla.episc.& ita
* fuisse decisum*in Rot.refert Sarn.post Cassad. dicta quæst.12.

5 Nunc autem†attentis verbis positis in regula post Clem.VII.vsque ad hanc diem res non patitur difficultatem,vt patet ibi,*etiam vigore supplicationis dū esset sanus signatæ,& postea infra viginti dies*,& transunt Sarn.d.q.12.in fin.& q.31.in fin. Mandos.qu.9. sub num.1.cum seq. & hæc additio seu extensio fuit necessaria ob fraudes,quæ possent fieri,vt huiusmodi regula non habeat locum:nam beneficiarij procurarent vt signarentur supplicationes resignationis,quas penes se tenerent,postea constituti in infirmitate illis vterentur,præstando consensum:vnde regula seruiret de vento,& hanc rationem allegat Mandos.d. q.9.in fi.Contra igitur nouam malitiam nouo remedio fuit opus.Vnde hæc regula habebit locum stantibus his additis per Clem.VII.per quandam suam extrauagantem,& per alios successores postea in regula,non solum si infirmitas erat a principio, sed etiam si medio tempore,& in fine occurrat,& sic ante con-
* sensum,& post consensum.Et hodie* cōmuniter hæc
* regula*practicatur,& tenetur per omnes,vt † quandocunque quis moriatur post præstitum consensum infra viginti dies,beneficium vacet per obitum,& nō per resignationem,quamuis ab initio esset sanus, vel e contra.

Ex quibus verbis additis plures quæstiones deciduntur,quæ antea erant admodum dubiæ,quas ponā breuitatis causa per modum illationum.

Primo igitur infertur, quod siue fuerit infirmitas
18 magna,siue leuis,si resignās †moriatur infra 20.dies,
* habet locum dispositio regulæ, *vt fuit resolutum in
* vna*Aurien.Canonicatus die 29.Nouemb.1532.coram Sarn.teste eod.Sarnē.qui hanc opinionem tenet

in

in hac regula q.28.in princ.Rebuff.gl.2.nume.5.& 6. Mandos.post longam disputationem ad vtramq; partem huic conclusioni acquiescit.q.5.num. 6.& num. 7.in fin.& est*communis opinio de stylo*observata, * quæ etiam placuit multis DD.de Rota in vna* Imol. Canonicatus,'& præbend. Veneris 28. Iunij 1578. nam licet infirmus sit ille qui intrinsecus morbo aliquo†ex humorũ excessu causato laborat febre Rip. 9 in tract.pest.in princ.num.2.& 3.Alciat. tract.de præsumpt.reg.1.præsumpt.vlt.Menoch.de arbit.iud.cas. 60.num.10.& 16.ex qua iacet in lecto,Bar.in l.vnica, §.hoc interdictum,ff.de font.&c.quem refert & seq- 10 tur Sarn.hic q.7.nu.6.in fin.& appellationet infirmitatis veniat grauis,Franc.in c.2.de renunc.li.6. Anch. cons.238.in 2.& vlt.col.Fel.in c.vlt. de excep. tamen in casu regulæ nostræ ob prædicta verba quomodocumque sequatur effectus idelt mors resignantis infra 20.dies a die consensus, habet locum regula, siue 11 sit febris magna,siue leuis,siue sit quartana,† siue podagra,siue sit mutus,siue cæcus,siue surdus,vel alia leui,aut magna infirmitate laboret, nam sufficit,vt infra 20.dies moriatur,vt habeat locum regula nostra, ita in terminis in his omnibus casibus Sarn.d. qu. 28. Mandos.d.q.5.num.7.vers.sed si quis mihi concedat, Sfort.Odd.de restitut.in integ.par.1.q.11.num.31.& * ita tota die*practicatur.

12 Secundo infertur,quod†si quis iussus est contineri domi ob pestem, si moriatur infra 20. dies à die præstiti consensus,vtique habet locum regula nostra ita Mandos.d.q.5.sub num.7.vers.secundus casus, & vers.sed si quis, siue iussus fuerit contineri dum erat infectus,vel postea superuenerit,Rebuff.glo.2.nume. 14.quicquid in contrarium scripserit Sarn.in hac regula q.9.num.3.Cuius dictum declaro procedere antequam essent addita prædicta verba,& ratio est, quia * ad effectum huius regulæ,vt ex communi* dictũ est, sufficit quod infra 29.dies resignans moriatur, arg.c. tres autem,circa fin.dist.1.eo magis quia infectus pe 13 ste dicitur constitutus non solum†in infirmitate leui, sed etiam in magno periculo mortis instantis,Corn. cons.130.li.4.& cons.57.lib.eod.late Rip. in tract. de 14 pest.par.1.q.10.cũ pestilentia sit morbus†actutissimus, & contagiosus,omnes alios morbos magnitudine superans,c.sicut el 1.de simon.

Dubium tamen est,an si iussus domi contineri ob pestẽ moriatur solus die incerto, an ante vel post 20. dies mortuus præsumatur,vt sit locus,vel non huic regulæ?Sarn.q.9.Mandos.q.7. ad vtranque partem di- 15 sputant hunc articulum,tandem concludunt † præsumi mortuum post viginti dies,cum in dubio semper capiatur præsumptio,vt actus sustineatur. Et quia q- 16 libet infirmitas præsumitur durare longo tempore,† saltim per annum,Card.in c.cum inter,de elect. Alex. in l.furiosum,in 2.col.C.qui testam.facere poss.per c. communiter,dist.33.& hac sumpta occasione Sarnẽ. 17 ponit nonaginta†privilegia infirmitatis, & cum hac conclusione transeo amplius non insistendo, cũ hic casus sit de raro accidentibus;& quoties acciderit, q 18 Deus auertat,poterit sumi probatio†à medicis præpositis curæ,& à deputatis ad sepeliendum, vt patet ex his quæ scribit Corn.cons.10.nu.7.lib.1. Boer.decis. 288.col.3.Mandos.d.q.7.in fi.mors enim non solum 19 †probatur per famam & vocem publicam,‖Bart.in le. 2.§.si dubitetur.ff.quemad.testam.aper.Alex.cons.25 col.2.& cons.117.col.1.lib.4.Crauett. cons. 127.nu. 17.Dec.in l.vlt.num.28.C.de edict.diu. Adr. toll.sed 20 etiam†alijs modis,vt per Mascard.de probat, conclu. 1071.& 172.

21 Tertio infertur,quod si resignãs moriatur†ex morbo Gallico infra 20.dies,vtique habet locum regula * nostra,vt fuit resolutum in vna Leodien.Canonicatus.5.Iulij 1538.teste Sarn.hic q.11.n.6. & tenet Mãdos.d.q.5.nu.6.in fi.& est communis*opinio.

22 Quarto infertur†quod si quis moriatur ex vulnere infra 20.dies,post quam consensit resignationi,habet locum regula nostra,Rebuff.glo.2.num. 16.& 17.in prax.super hac reg.nãque idem effectus resultat.Amplia ,pcedere siue mortuus fuerit ex dicto vulnere, siue ex infirmitate,nam sat erit hodie per dicta verba addita quod moriatur infra 20.dies,& ita practicatur quamuis in hoc contrarium voluerit Rot.in vna Cõpostellan.coram Sarn.teste eodem,qui hanc opinionem tuetur,q.11.vbi facit tres casus, vt per eum.

23 Quinto infertur,†quod si resignans moriatur infra.20.dies ex morbo antiquo fistulæ vel alijs vtique habebit locum regula,vt fuit resolutum in vna*Noua rien.Canonicatus coram Card.S.Crucis die 5. Aprili vt habetur lib.diuer,decil.49.

24 Sexto infertur†quod quamuis Sarn.q. 8. super hac reg.nu.3.tenuerit hanc regulam non habere locum in eo qui intrat mare tpe tempestatis,vel est constitutus in alio periculo mortis,vt quia vadit ad bellum, vel ad singulare certamen,& Rebuff.gl.2.nu.14.cum constitutus†in tali periculo non sit infirmus, & differentia sit inter vtrunque,Abb.in c.quod de his,de sent. exc. Hodie tamen attentis prædictis verbis dicendum est comprehendi sub hac regula,si moriatur infra 20.dies 25 post præstitum consensum,& ita*practicatur namque non requiritur infirmitas a principio,sed sat erit, vt moriatur infra dictum tempus.

27 Septimo infertur†quod quãuis Sarn.in hac regula, q.7.numero sexto,versiculo sed prædictis,& numero septimo,& octauo,dum quærit an habeat locum in in homine prouectæ ætatis,distinguat, vt comprehẽ 26 dat senem,quia licet senes†sint infirm.l.ciuitatibus,ff. de leg.1.cap.magnę,de vot.Paris.consilio.29.numero 68.volumin.secundo,illud autem est improprie,& recepta est sententia,vt senes non cõnumerentur inter infirmos,Felin.in capit.quoniam frequenter,col.pen. vt lit.non contest.communis opinio teste Menoch. de arb.iud.cas.60.num.8 Sed comprehendat decrepitum;quia in eo militat ratio cap.2.de renunc.lib.6.& Mandos.q.4.teneat indistincte non habere locũ etiã 27 sene decrepito,Rebuff.glos.2.nu.13.Iacob.Menoch. de arb.iud.cas.60.num.9.cum nullus sit tam confractus viribus,†& decrepita ætate grauatus,quin non p sumatur viuere per annum,vel quinque annos,vt dicit Diu.Hieron.in 2. par. epist.tit.3.epist.40.Senec.in 2. par.epist.ad Lucillum epist. 1.Alex.& Pau.de Cast. in l.hæreditatum.ff.ad l.Falcid.Gomes.in §.item siquis in fraudem,num.25.de act.Roman.cons.363.colu.1. 28 Tamen hodie contraria opinio est verior, vt regulat nostra comprehendat non solum senes,sed etiam iuuenes resignantes,& morientes infra viginti dies post præstitum consensum,vt expresse dicitur in verbis allegatis,& ita communiter tenetur.

29 Octauo infertur, quod† si priuandus cum esset in carceribus renunciat,& postea moriatur infra viginti dies habebit locum hæc regula, Rebuff. super hac regula in†praxi gl.12.num.20.si autem non renunciauit sed fuit beneficium collatum per priuationem, non 30 habet locum hęc regula,esto quod†priuatus moriatur infra viginti dies,Rebuff.d.glos.12.numero. 17. quia tali casu cum verba non conueniant regulæ neque dispositio,

spositio,ca. indemnitatibus.§.supradicta,de elect.lib. 6.& vacatio per resignationem differt ab ea quæ fit p 31 †priuationem,capit.suscepturn,de rescript.lib.6. cap. cum in illis.§.1.de prebend.

SVMMARIVM.

1 *Dicenti resignantem mortuum infra viginti dies debet hoc probare.*
2 *Quisque debet probare id super quo se fundat, & n.6.*
3 *Mors non præsumitur.*
4 *Dolus & fraus probari debet.*
5 *Dans de regula de Infir.dẽt probare mortem,& quod euenerit infra vigtnti dies.*
7 *Dicens talem mortuum fuisse tali die,debet id probare.*
8 *Probatio mortis in casu regulæ de Infir.debet esse plena.*
9 *Mors probatur fama,& num,12.limit.*
10 *Mors quæ est probanda ad effectum regulæ de Infirm. non probatur fama.*
11 *In materia obiectiua requiruntur clarissimæ probatianes.*
13 *Mors probatur iuramento,declara.num.15.*
14 *Mors ad effectum regulæ de Infirm.non potest probari iuramento.*
16 *Duo testes dicentes vidisse N.mori.& tumulo mandari plene probant mortem.*
17 *Quando quis præsumatur mortuus infra viginti dies.*
18 *Fraus ex coniecturis probatur.*

QVAESTIO VII.

SEPTIMO quæro,cui incũbat onus probandi resignãtem esse mortuum ad effectum huius regulæ An danti de regula obitum,an alteri vitam?cõ * munis*& recepta Doctorum sententia est onus incumbere† danti de re- 1 gula,& alleganti resignantem mortuum,Ita Sarn. hic q.9.nu.3.vers.circa secundum,& q.36. Mandos. q.6. Rebuff.glos.2.num.4.

Et ratio est,quia ille se fundat super morte,& quis- 2 que debet probare id super†quo se fundat,l.secunda, ff.de probat.Bartol.in l.de ætate.ff. de minor. Ioan. Andr.in cap.Insamibus,de regul.iur.lib.6.Dec.cons. 267.col.3.post medium.Et rõ rationis est,quia mors 3 non præsumitur,& ideo probanda est per illum, qui eam allegat,Cardin.Paris.cons.36.nu.41.vol.2.Socin. Iun.cons.126.num.12.vol.2.Ruin.cons.136.num. 12. vol.4.Alexand.cons.25.in principio.vol.4.Natt.cons. 59.nu.6.Cacher.decis.Pedamont.108.nu.5.Ludouic. decis.Perus.1.nu.3.& sequen.parte 1.& est* communis opinio,& quia ille se fundat†in dolo,& fraude, q 4 probari debet,l.fluminum.§.vlt.ff.de dam.infec.l.quoties,§.qui dolo.ff.de probat.

5 Amplia vt dans de regula,non solum debeat probare mortem resignantis,sed†quoque debet probare illum mortuum infra 20.dies post præstitum consensum,vt sit locus regulæ,vt tenent Sarn.d.q. 36. in fin. Mandos.dicta:q.6.nu.5.vers.quid tenendum,& est cõmunis opinio quæ de stylo tota die practicatur,nam 6 fundans se in aliquo†debet illud probare Corn.cons. vlã.col.2.in fi.vol.1.Boer.decis.288.post nu.2.Capel. Tolos.decis.312.Hinc fundans se in die scilicet talem 7 mortuum† fuisse tali die debet probare, vt asseuerat Gabriel.com.conclus.1069.in fin.nu.1. contrarijs re

spondet Mandos.dicta q.9.nu.6.& 7.

8 Et huiusmodi probatio†debet esse plena,nam agit de priuando aduersarium beneficio suo p resignationem obtento,& sic de magno præiudicio Sarn. hic q. 36.in principio dicens plenas probationes requiri,eo magis quia sumus in materia quodammodo obiectiua in qua opponitur de ista regula ad annullandam resignationem.

Ex quo infertur quod quamuis velint Doct.mortẽ 9 probari per†publicam vocem,& famam Bal.cõs. 407. col.3.lib.1.& cons.366.li.2.Cor.cons.104.col.2.in fi. li.3.Bart.in tract.de testib.num.38.Bal.in l.3.col.2.C. de prob.Salic.in l.ea quidem.col.penul.C.de accus.cũ alijs relatis per Mascard.de prob.concl.1070. num.1. 10 tamen hoc non†habebit locum ad effectum huius regulæ,vt tenet Sarn.di.§q.36.dicens hic non solum tractari de magno præiudicio,sed esse materiam†obiecti 11 uam,vnde clarissimæ probationes requiruntur sicut * in spolio in quo cõmunis*opinio,& resolutio Ro.est quod ad probãdum primum extremum probationes de publica voce,& fama non sufficiant,sed de visu requirantur,nec obstant doctrinæ in contrarium allegatæ,quia illæ non procedunt in causis grauioribus,sed 12 in his duntaxat†quæ modicum damnum afferre possunt ita declarat Bartol.in leg.2.§.si dubitetur, num. 1.ff.quemadm.test.aper.Alexand.cons.187.num.5.li. 6.& cons.117.li.4.Menoch.de adipisc.poss.remed. 4. num.672.Franc.March.in decil.Delfin.183. nu.2.pa. 2.Lanfranc.in c.quoniam,num.185.rubr. de testibus. tit.de probat.

13 Secundo infertur,quod†quamuis mors iuramento possit probari,Dec.in l.vlt.num.28.in fin.C.de edi. diu.Adria.tollen.Zucch.num.250.Menoch.d.remed. 4.de adipiscen.poss.num.671.& alij citati per Masca. de prob.concl.1072.num.1. tamen non habebit locũ 14 in casu nostro,quo ad effectũ huius regulæ, quia euidentior probatio requiritur,& hæc non sufficit, vt tenet Sarn.d.q.36.num. 2. vbi dicit fuisse resolutum in * Rot.in vna*Compostell.de anno 1535.& in alia Placentinen.Canonicatus,& præbendæ coram Marisco to 19.Februarij 1537.quod ad probandam infirmitatem seu mortem non sufficit vnus testis idoneus cum iuramento in supplementum probationis,non obstãt 15 contraria,quia loquuntur cum de leuissimo,†præiudicio agitur,vt dicit Mascard.d.concl.1072. num.1.Aufre.decis.Tolos.312.Gabr.de test.conclus.1.num.35. 16 Requiruntur†igitur duo testes qui dicant se vidisse illum vita functum,& tumulo mandari,Bar.in di.l.2.§. si dubitetur,num.1.Alber.de Rosat.in l.conditionẽ, num.1.ff.de condict.& demõst.Corse.in fine,in verb. * mors,communis*opinio omnium Docto.vt per Mascard.de prob.conclus.1071.num.2.Corn.consil. 10. col.1.li.1.Campeg.de test.reg.350.Menoc. de adipisc. poss.remed.4.num.675.qui etiam, vel alij, in eod.nu. aut plures,debẽt probare illum mortuum infra dictũ tempus,& hæc*est communis opinio.

Si vero infirmus resignans in fauorem consanguinei,vel amici,in eiusdem domo moriatur,& mortuus publicatur post terminum viginti dierum, verum per aliquos dies ante finem termini,medici, & alij non p mittebantur ad ægrotum accedere,nec sunt qui de tẽ 17 pore obitus testificare possint, nec potest ex † signis cognosci, vtique præsumitur mortuus infra viginti dies,vt concludit Mandos.hic q.8.num.1.vers.cõtrarium,id firmans ex præsumpta fraude resultante ex exclusione medicorum,& aliorum visitantium, & ad in firmum accedentium,arg.c.2.de renunc.lib.6.c.super literis,

litteris,de reſcrip.c.auaritiæ,de elect.lib.6.Reſignatio
18 fraudulenta reijcitur,vt ſupra probatum eſt, fraus ex
coniecturis probatur l.dolum,C.de dol.Dec.conſilio
337.& alia ad hoc adducit Mandoſ.loco citat.

SVMMARIVM.

1 *Morbi acuti ſpatio decem dierum finiuntur.*
2 *In regula de infirmis ponitur tempus 20.dierum ex arbitrio.*
3 *Antiquo tempore,quod ſpatium ponebatur in regula de infirmis.*
4 *Tempus 20.dierum in regula de infirmis computatur a die præſtiti conſenſus.*
5 *Reſignatio informis ante conſenſum.*
6 *Tempus datum ad publican.computabatur a tempore præſtiti conſenſus.*
7 *Regula de ſubrogandis collitigatoribus computatur a tempore præſtiti conſenſus.*
8 *Tempus currit de momento ad momentum.*
9 *Hora in qua quis natus eſt computatur in termino 25. annorum.*
10 *Dies in quo præſtatur conſenſus reſignationibus non computatur in termino 20.dierũ,& in reg.de inf. contra num.15.*
11 *Dies termini non computatur in termino.*
12 *Pronunciandum pro benigniori ſententia.*
13 *Dies termini non computatur in termino,quoties tempus præfixum eſt per dictionem A.*
14 *Dies termini nõ computatur in termino,quando odiũ & pœna ſequitur.*
15 *Dictio A,quoties iungitur tempori,quod eſt de initio actus,dies termini computatur in termino.*
17 *Iurans eſſe fidelis ab hac die ſtatim ligatur.*
18 *Dies termini computatur in termino quando intereſt ei cui ſtatuitur.*
19 *Dies cœptus habetur pro completo in fauorabilib.*
20 *In teſtamento libertate,& vſucapione dies cœptus habetur pro completo.*
21 *Reſignationes ſunt fauorabiles.*
22 *In odioſis tempus computatur de momento ad momentum.*
23 *Dies obitus reſignantis non habetur pro completo ad effectum regulæ de infirmis.*
24 *Tempus poſitum in accuſatiuo oportet eſſe completũ.*
25 *Dictio infra,includit ſua extrema.*
26 *In tempore deſignato per annos,vltima dies vltimi anni ſtatim quo fuerit incœpta habetur pro completa.*
27 *In termino plurium annorum, vltimus annus cœptus non habetur pro completo*
28 *Forma verborum attendenda an dies cœpta habetur pro completa.*
29 *Etiam in materia odioſa fit interpretatio quatenus pro prietas verborum patitur.*
30 *Regula de infirmis fauorabilis.*
31 *In materia mixta tempus currit de momento ad momentum.*
32 *Dies vel artificialis,vel naturalis.*
33 *In ſtatutis in dubio accipitur pro tempore.12.horarũ.*
34 *Dies quando proprie dicatur.*
35 *Regula de infirmis loquitur de die naturali.*
36 *Naturalis cauſa attenditur potius quam accidentalis.*
37 *Dies communiter accipitur pro die & nocte.*
38 *Actus factus de nocte,dẽ die fieri dicitur.*
39 *Beneficium poteſt conferri de nocte.*
40 *Reſignatio poteſt fieri de nocte.*
41 *Stricta fit interpetratio vt pœna ſtatuti vitetur.*
42 *Tempus Reg.de Infir.computatur à conſenſu primæ reſignationis.*
43 *Variatio prohibita.*

QVAESTIO VIII.

CTAVO quæro,Cur magis ſummi Pontifices per hanc regulã terminum 20.dierum quam 15. vel 30. præfixerunt reſignanti? Sarn.q.25.hic num. 1.verſ.quid igitur dicendum, exiſtimat hoc tempus fuiſſe poſitum, quia me
1 dici ſpatium viginti dierum cõ ſtituunt in morbis acutis, vt late ipſe probat ex medicis,quorum dicta confutat Mandoſ.quæſti.7.mihi au
2 tem verior videtur alia ſententia hoc fuiſſe † arbitrarium,vt tenet Dec.conſ.224.ex glo.in l.1.ff.de poſtu. quæ opinio confirmari poteſt,nam antiqui reſignatio
3 nem † fraudulentam exiſtimarunt ſi infirmus reſignãs moriatur infra octo dies,vt patet deciſ. 361. in antiq. Bellam.deciſ.344.alias infra decem,vel 12.dies, vt Faſtolus refert in quadam deciſ.& Inn. 8. per extrauag. ſuam 13.ſicut bonus Paſtor ſtatuit menſem,& cum illud tempus eſſet breue,hoc autem longum,ideo media via eligitur,vt ſit 20.dierum.

Dubitatur rurſus a quo tempore computentur iſti 20.dies, hodie hoc non habet difficultatem quia expreſſe exprimitur in regula, ſa die præſtiti conſenſus, vt patet ibi, *& poſtea infra 20.dies à die per ipſum reſignantem præſtandi conſenſus deceſſerit. &c.* Burſat. conſ.393.ſub num.12.vol.4.
4 Et ratio eſt, quia tunc perficitur reſignatio,ante.n. illud tempus eſt informis † & poteſt reſignans pœnitere,vt late per Sarn.hic.q.31.& q.7.de pub. Ant.Aug. deciſ.250.li.3.Sarn.deciſ.20.li.1.Cott.deciſ.16.Paleo. deciſ.257.Moedan.deciſ.57.dixi late lib.1.q.12.

Ita tempus datum ad publicandum ſecundum mẽtem Rotę computatur ſa die præſtiti conſenſus in vna Seguntinen.de Menſe Iunij 1524.teſte Creſcen. dec. 226.& de menſe Maij 1522.teſte Sarnen.de pub.q.7. Boer.deciſ.348.num.2.Pariſ.conſ.143.vol.4.licet hodie ſecus per conſt.Greg.XIII.de publ. & dixi late li
6 præcedenti.

Ita reg.de ſubrogandis collitigatoribus computaſ a tempore conſenſus † præſtiti,Sarn.reg.de ſubrog.col litig.q.10.quamuis contrarium ſeruari in Francia atteſtatur Boer.deciſ.348.num.3.
7

Rurſus cõtingit dubitari, An dies,quo præſtatur cõſenſus a reſignante qui moritur infra, 20. dies debeat computari in dicto termino 20.dierum, vt currat de momento ad momentum,an vero eo non computato incipiat terminus 20.dierum a ſequenti die numerari? Hæc quæſtio fuit propoſita in Rota per Creſcẽ.
* in vna.*Leodien.Canonicatus die 5.Iulij 1538,& nihil fuit reſolutum.Quod computatur dies,in quo præſtatur conſenſus tenuit Gloſſator antiquus quem refert,& ſequitur Mandoſ.hic q.18.num.3.vſque ad ſi
*8 nem,qui dicit ita teneriſſe*Rot.nam tempus currit de momento ad momentum,l.denique.§.minorem,ff.de minor.vbi ætas computatur de momento ad momen
9 tum,& in termino illo 25.annorum computatur hora in qua quis natus eſt,Gloſ.in l.Gillus,in princ.ff.de li.& poſth.Io.And.& alij,in c.ſuper eo,de app. Gemi.
* in c.ab eo,de appellat.lib.6. communis* opinio teſte Corn.conſ.279.num.4.lib.4.

Con-

Contraria tamẽ opinio,quod illa dies qua præſta-
10 tur conſenſus non † computatur in num.20.dierum tenuit Sarn.hic q.37.num.2.verſ.tamen his non obſtantibus,ſequitur Rebuff.hic glo.10.nume. 9. quia dies
11 termini non † computatur in termino.Ieum qui Kalendis.§.plane.ff.de verb.oblig. vbi obligans ſe in die Kalend.de ſoluendo Kalendis illa dies obligationis, in qua Kalendæ incidunt non computatur,gl.in l.vlt. §.1.C.de iur.deli.Anch.Gemin.& alij,in c.1.de reſti. ſpol.lib.6.Dec.in l.vbi lex.ff.de regu.iur.Caſſan.ſuper conſuetud.Burgundiæ,rub.1.§.8.nu.10.Boſſ.in prax. crimin.tit.quo modo proced.per act.in deli. num.26.
* & hæc eſt*magis*communis opinio,vt patet ex his,
* quæ ſcribit Tiraq.de retract.§.1.glo.1.num.16.& 21 de magis communi atteſtatur Mandoſ.dic.q.ſub nu.
12 2.& hæc cum ſit benignior ſententia pro ea eſt pronunciandum,Dec.conſ.482.in fin.& conſ.500.Tiraquel.de retract.§.1.glo.11.nume.21. & ad allegata in contrarium reſpondent omiſſa reſponſione generali,quod cum hæc ſit magis cõmunis opinio ab ea nõ ſit recedendum,non procedere quoties terminus præfixus eſt per dictionẽ A,quia tunc abſque dubio dies
13 termini † non computatur in termino,vt per multa iura concludit Alex.in l.1.ff.ſi quis caut.& conſ.42.col. 3.lib.3.glo.in cap.3.verb:numerandum,in fin.per illũ text.de probat.lib.6.& ita omnes*communiter concordare atteſtatur Sarn.d.q.37.num.3. ſed in caſu noſtro aſſignatus eſt terminus per dictionem A.quia dicitur a die.ergo dies qua præſtatur conſenſus non cõputatur,& ratio eſt quia dictio A.de ſui natura denotat ſeparationem diei,a quo datur terminus,a termino præfixo,& ſic excluditur illa dies termini, Alex.in d.l.1.Imol.in clem.ſciat.nu.10.de app. Oldrad.conſi. 49.col.1.Gemin.in c.ſtatutum.ſium.11.de præb.li.6.
* Bald.conſ.457.num.3.lib.1.& eſt* communis opinio. Immo ipſe Mandoſ.d.q.18.num.8.dicit,quod quan-
14 do odium,& pœna ſequitur, tunc dies † termini non computatur in termino,Gemin.in c.ſtatutum,col.3. de prob.lib.6.Corn.conſ.279.num.5.lib.4. ſed in caſu noſtro reſultat odium,& pœna, ideo concludendum eſt diem,in quo præſtatur conſenſus non computari in termino 20.dierum,& hanc opinionem Mandoſ. d.q.18.in fi.dicit veriſſimam, & æquitatem ſummam continere: Ego autem teneo priorem ſententiam, nãque Rota bis illam firmauit,vt dies quo præſtatur cõ
15 ſenſus † computetur in termino 20.dierũ,in vna*To-
* letan.benef.de Maguida die 21.Aprilis 1563.coram
* R.P.D.Sarniento,& in alia Imol.* Canonicatus & ꝑ
ben.Lunæ 21.Aprilis 1578.coram R. P. D. Canuc-
16 cio mota;quia cum dictio A.iungitur † cum tempore, quod eſt initio actus,tunc computatur;exemplum,ſi quis inſtituerit nepotem ſuum,qui naſcetur infra decem Menſes a die mortis filij:tunc dies illa mortis cõputatur in illis decem Menſibus,l.Gallus, in princ.ff. de li.& poſth.item ſi quis iurauerit eſſe fidelis † ab hac
17 die,tunc dies iuramenti computabitur.c.1.tit.de nou. form.fidelit.item promittens ſoluere a die iſta, præſens dies includitur l.lecta.§.vlt.ff.ſi cert. pet.& ex his exemplis ita declarat Bald.conſ.457.nu. 3. ante med. lib.1.* Tiraq.de ver.retract.p.1.§.1.gl.11.nu.51.& 52. At in caſu noſtro dictio A.poſita in regula,iungitur cum tempore quod eſt de initio actus,ideſt ipſius cõſenſus;nam in regula dicitur infra 20.dies a die per ipſum,&c.

Sed o,qua dies termini cõputaſ in termino qñ eius
18 intereſt,cui terminus ſtatuit,Bal.in l.a calligato,† col. 2.C.de nup.Fel.in c.1.ſub n.4.de ſpon.ſed magis expe-

dit reſignãti,cui terminus 20.dierũ ꝑſigit,vt dies ſti ti cõſenſus cõputet in termino,cũ citius valideſ reſignatio.Et ab hac opinione nõ é recedẽdũ ĩ iudicãdo
* ob reuerẽtiã Rotæ,& ita de ſtylo curiarum*Franciæ ſeruaſ Rebuff.gl.10.dicens ita læpius fuiſſe deciſum*
* Boer.deciſ.348. & contraria tolluntur ex prædictis.

Vlterius dubitatur, An dies quo reſignans moritur ſtatim,vt inchoatus fuit pro completo ſit habendus?
19 pro affirmatiua adducitur,quia dies cœptus habetur pro completo in fauorabilibus,gl.in l.3.§. minorem, in verbo momentum,prope finem,verſ item quod de die cœpto.ff.de minor.& ibi Bar.nume. 2.Alberic.in
* princ.Bald.in fin.& alij*omnes,Glo.3.in fin.in §.eadem lege,Inſtitut.quib.ex cauſ.manum.non lic.& ibi Fab.in princ.Port.num.5.Aretin.num.4.Silueſtr. Aldobr.numer.10.vbi hanc doctrinam veram appellat Bar.in l.ſi cui legeſ,in prin.n.2.ff.de le.1. & ibi Ale.n. 7.Ro.in l.3.§.Labeo,in fi.ff.de acq.poſſ.& ibi Are.co. 2.Ale.n.8.Iaſ.n.18.Ber.in c.de 4.nu.10.de præſc.Alc. in l.anniculus.n.2.& 3.ff.de verb.obli.cõis* opinio te
* ſte Abb.in c.cũ in cunctis,n.6. de elec. & ibi Ant.de
20 But.nu.23.24.& 25.exẽplũ in teſtõ libert.vſucap.l.qa ætate.ff.de teſta.l.1.ff.de manumiſſ.l.in vſucapionib. cũ l.ſeq.ff.de vſuc.l.in vſuc.ff.de diuer. & tpe præſcri.
21 ſed reſignationes † ſunt fauorabiles,Caſſad.deci. 13.n. 12.de pb.Iõ dies quo moriẽ reſignãs hẽbit ꝑ cõpleto,& tps nõ cõputabiẽ de momento ad momentũ,vt
22 in fodioſis,Ant.de But.in d.c.cũ in cũctis,,n.25.Car. Ale.in c.ſubdiaconus,di.77.Gomeſ.in §. rurſus, n.3. de action.Fel.in c.illud,n.14.de præſc.& p conſequẽs ſi reſignãs moriaẽ in 20.die,dicẽ non intra,ſed extra 20.dies obiiſſe,& regula non habebit locum.
23 His tamẽ non ſtantibus contrariam opinionẽ
* firmauit R.o.*die lunæ 28.Aprilis 1578.in una Imol. canonicatus,& præb.coram bon.mem. Cantuccio,vt dies obitus reſignantis non habẽdus pro completo, nã qdã Stephanus die 24.Octobr.1562.cũ eſſet infirmus ſtatuit cõſenſum p procuratorẽ ſuũ ad id ſpãle mãdatũ habentem ſuper reſignationem ſui canoniçatus, & præbendæ factã in manibus Papæ ad fauorem Annibalis Iouij,deinde idem Stephanus de eadẽ infirmitate obijt die 12.Nouembris Meſis ſequentis 1.vel 2. hora noctis in circa,quo mortuo de dicto canonicatu,& ꝑbẽda fuit,cuius ab ordinario Paulus Veneri inter quẽ,& Iouium ſuper dicto canonicatu orta lite, & iã in Rota introducta, ibiq. p multa dubia diſcuſſa fuit,rurſum propoſitum hoc dubiũ,an dies quo mortuus eſt Stephanus,cum ſit 20.habeatur pro completo,& non ſit locus regulæ? Fuit concluſum illum diẽ mortis Stephani n1 haberi pro completo,& eſſe locũ regulæ,& ſic Stephanũ reſignantẽ eſſe mortuũ intra terminũ 20.dierũ,& non extra,& per conſequẽs reſignationẽ eſſe nullã, nãque ſita vt tenere Caſſaneus in conſue.Burgun.fol.82.n.55.& 12.Gliantea in hac regula prope finem.Silu.de benef.par.3.q.46.in fi.Fraç. de March.deciſ.163.n.5.li.1.Rebuff.in l.verbis,§.cuiuſ que.in fi.verſ.item dicemus,ff.de verb.ſign.& in prax. dictæ regulę gl.10.n.9.in fi.dũ firmant diem vltimum debere eſſe completum,& non ſufficere illum eſſe cẽ
* ptum,& hæc eſt*communis opinio.

Quæ probatur primo, quia in regula tempus 20.
24 dierum eſt poſitum † in accuſatiuo quo caſu oportet * eſſe completũ,vt tradunt Dyn.Rainer.& Bal.in l.ſi annos,per illum tex.ff.de cond.& demõſt.Pet.Cyn.Bal. in ſecunda oppo.Ale.n.2.Iaſ.nu.13.in l.ſi cui legetur, in princ.ff.de le.1.&*communiter Doctores q̃ ꝑcedit etiã ſi tempus ponatur in dicto caſu accuſatiuo

absq; verbo denotante perfectionē, vt reprobata opinione Bar.optime deducit, Alex.in d.l. si cui legetur, num.2.vers.sed in contrarium, & ibi Ias.num.10.vers. & quod fortius est. Secūdo quia dictio infra posita in
25 regula, regulariter † solet sua extrema includere, l.1.§. 1.& ibi Bar.num.11.vers.& ad hoc, facit Alber.num. 3.Bal.num.8.ff.de off.præfect.Vrb.Alciat.in l. si quis sic dixerit, num.2.& ibi Rebuff.late, ff.de verb.signif. Cor.cons.53.num.5.lib.2.Soc.Sen.cons.211.in prin. lib.2.Aret.in l.ex facto, §.item quæro, in vlt. not.per illum tex.ff.de vulg.& pupil.Gomes.in §.rursus, num. 10.Instit.de act.Claud.de Seisell.in l.si quis ante Kalendas, num.1.in fi.ff.de verb.oblig.ideo includit, & stat inclusiue quo ad totam diem, vt egregie in termi nis nostris deducit Cassan.loc.cit: num.9. Tertio qa alias sequeretur absurdum, quod tēpus regulæ posset restringi ad dies decem, & octo, & aliquas horas, vt si
30 quis in fine, vel prope finē primi die consensum † præstaret, & in prima hora, vel in principio diei vltimi obiret, nā hoc casu de nu.20.dierum duo fere detraherētur, qđ esset contra verba, & verisimilem mentem Papæ. Nec obstat quod detractio quo ad primū diē est cō cessa, quia id procedit ea rōne, nā hora præstationis cōsensus nunquam annotatur a Notarijs Camerę, & Cā cellariæ, & hic differentia est inter vtrumque casum.

Non obstant doctrinæ in contrarium adductę, qa cōclusio illa quod in fauorabilibus dies cœpta habea
26 tur pro completa, † procedit qū tempus est designatū per annos: tunc enim vltima dies, vltimi anni statim atque fuerit inchoata habebitur pro cōpleta, ita Pau. de Cast.in d.l. si cui legetur, in fi.prin. Soc.in l. si in an nos, quam legit, cum l. non putabat, ff.de cond.& de mon.& ita loquuntur iura allegata per Doctores, ió in casu nostro, cum tempus designetur, nōper annos, sed per dies, vltima dies cœpta non debet haberi pro
27 completa, quia sicut in termino plurium † annorum vltimus annus inceptus non habetur pro completo, d.l.non putabam, ita etiam in termino plurium die rum vltima dies cœpta pro completa haberi non dē bet, vt late per Cassan.loc.cit.

Secundo respōdetur quod Doctores vario modo sunt loquuti, & varias distinctiones dederunt, an dies
* cepta habeatur pro completa, communis* tamen opi
28 nio est esse attendendam † formam verborum, Fel. in c.cum vigesimum, sub num.7.de offic.deleg.Archid. in c.vlt.in princ.lib.6.sed in casu nostro plurę sunt cō iecturę id volentes, vt supra dictum est, ergo, Accedit quia proprietas verborum regulæ, ita suadet, & etiam
29 in materia odiosa, & alteri præiudiciali fit lata † interpretatio quatenus proprietas verborū pātitur, Cald. in cons.1.in prin.de consanguin.& affinit.Dec.cons. 76.num.2.& cons.113.num.6.

Tertiò respondetur quod hæc regula de 20.quic-
30 quid voluerint plures Doctores est † fauorabilis, vt supra deduxi, q.2.vnde si hęc regula est fauorabilis, dies incepta non debet haberi pro completa, quia cum ter minus 20.dierum sit præfixus ad euitādas fraudes, vti que fauor regulæ suadet diem cœptam non haberi, p completa, & conclusio illa de qua supra: quod dies cę pta habeatur pro completa, & nō completa procedit secundū quod fauor dictat, Glos.& Doct.in l.3.§.mi
* norem, ff.de minori. communis* opi. test. Aldobrand.
31 in d.§.eadem lege, Instit.quib.ex cau.manum. non lic. Et in materia † mixta tēpus currit de momento ad mo mentum, Præpos.in d.c.subdiaconus, num.5.dist.77.
32 Preterea dubitatur, quia dies, † vel est artificialis 12. horarum, vel naturalis 24.horarum, vt licet colligere ex his q̄ longa serie more suo cumulat, Tiraq.in tract. de retract.consang.§.1.glo.11.num.1.cum multis se quentibus, fol.mihi 82. An Dies de quibus loquit hęc regula intelligatur de artificiali 12.horarum, vel de na turali 24.horarum? Quod debeat intelligi de artificia
33 li, facit quia regulæ Cancellariæ se habent ad instar † statutorum, in statutis autem verba stricte interpretā tur, & dies in dubio accipitur pro tēpore duodecim horarum, & sic ab ortu solis ad occasum, quia tunc, p
34 prie dies dicitur cum † sol est supra terram, c.consuluit de off.deleg.Fed.de Sen.cons.44.incip.Statuto cauet.
* * Contraria tamen opinio cōiter* tenetur in* praxi, vt
35 regula intelligatur de die † naturali 24.horarum, vt te net Sar.hic q.38. vbi attestatur ita signaturam tenere Io.Selu.idē vult in trac.de benef.p.3.q.46.in fi.& ita
* etiam tenet* Rot.Rebuff.hic gl.9.vers.accipitur.

Ad quod facit, quia in dubio naturalis causa debet
36 attendi, † & nō accidentalis, l.qui habet, vbi Bar.& oēs ff.de tutel.Abb.in c.licet, de off.leg.fec. facit quia cōi
37 ter † accipitur dies, vt dies, & nox, pro vna die reputet, l.more Rom.ff.de fer.& attendendum est quod fieri solet, Dec.cons.109.col.2.Cravett.cons.234.num.3. & cons.271.num.6.latissime Marsi.sing.1.Tertio, qa accipiendo diem pro die naturali 24.horarum exten ditur magis libertas resignantis, quæ de iure commu ni sine ptmitione alicuius temporis libera erat, ergo illa interpretatio attendi debet.

38 Hinc factus factus de nocte de die fieri dicitur, cū nox sit pars diei, & hac ratione collatio beneficij pōt
39 † fieri de nocte, Abb.in c.1.de clandest.depō.Gem. post Arch.in c.1.ibi absenti, col.1.de preb.lib.6, ita & &
40 resignatio potest fieri de nocte, † vt dicit Sar.d.q.38. in finalibus verbis.

Non obstat cons.Fed.de Sen.allegatū, quia illa in terpretatio procedit vt † pœna statuti cuitetur, Archi. in c.quod a patribus, dist.75.Bal.in c.ego N.col.1.de iur.iur.regula odia, de reg.iur.late Gabr. com.° concl. tit.de malef.concl.2.

Vlterius dubitatur si quis bis resignauit, & in utra
42 que præstitit consensum, a † quo consensu debeant cō
* putari isti 20.dies? communis* opinio est computan dū tempus 20.dierū a consensu primæ resignationis, Sarn.hic q.29.Rebuff.glos.10.num.3. nā eo ipso qđ
43 renunciauit in manibus superioris, amisit omne ius & possessionem, & consensus perfecit resignationē, vnde in secunda nihil transtulit: cum non possit varia re, c.in præsentia, de renun.clem.1.eod.tit.& per con sequens dies debent computari ab actu perfecto, &
* non a nullo. & secundum hanc opinionem* resoluit Rot.in vna Fringen.canonicatus, & præbendæ corā Staphileo de mense Maij, 1521.pro Cardinali Cibo.

Amplia etiam si prima non fuit a Superiore ad missa, & consensus fuerit posterior, de qua re late Sar. hic q.29.vbi disputat, & ita concludit, quem vide.

Secundo amplia ēt si fuerit facta per procuratorē prima resignatio, Rebuff.d.gl.10.num.45.cum seq.

SVMMARIVM.

* 1 *Vacatio inducta per reg.de Infir.an sit vera, vel ficta & num.7.*
2 *Collatio de beneficio non vacante nulla.*
3 *Quod a principio non valet medio temporis validari non potest.*
4 *Vacatio per obitum differt a vacatione per renuncia tionem.*
5 *Papa non potest facere quod factum non sit factum.*

6 *Verbum*

6 *Verbum, censeatur, denotat fictionem.*
8 *Fictio de iure inducta habetur pro veritate quo ad in vis dispositionem.*
9 *Fictio legis idem quod ipsa veritas.*
10 *Tantum operatur fictio in casu ficto, quantum veri tas in casu vero.*
* 11 *Ius pœnes resignantem in fraudulenta resignatione.*
12 *In his quæ sunt iuris paria sunt esse, vel haberi pro tali.*
* 13 *Habens regressum capit beneficium, si resignans mo riatur infra viginti dies.*

QVAESTIO IX.

NOno quæro, quia ista regula dicit, quod si moriatur resignās infra 20.dies beneficium vacat per obitum, & non per resignationē. An vacatio hæc per mortem, quę inducitur per hanc regulā dicat vera vacatio per obitū, quo ad ef fectum, vt sub regulis, & alijs dispositionibus, & con cessionibus, loquentibus de vacatione per obitum, cō
£ prehendatur, an vero sit ficta?

Sarn.q.30.hic tenet vacationem esse fictam, & per consequens hunc modum vacandi non comprehēdi sub alijs regulis, dispositionibus, & concessionibus lo quentibus simpliciter de vacatione per mortē, movet primo, quia per resignationem factam infra 20. dies
* beneficium vere vacat, vt est * communis opinio, de
2 quo supra lib.1.q.4.alias non tenuisset collatio de be nef.non vacāte, c.1.& 2, & c.cum nostris de concess. prēb. neque si a principio non valuisset, validari posset
3 † ex super existentia vitæ resignantis, iux.not.in c.ne o tempore de rescr.lib.6. cum ergo vacauerit per renū ciationem, nō potest dici quod vere vacat per obitū
4 eiusdem, cum hæc sint diuersa, † & ad positionē vnius excludatur alter, c.susceptum, de rescr.lib.6.cum alijs vt per Burs.cons.394.col.2.& 3.vol.4. ergo talis vaca tio obitus erit ficta, & interpretatiua, non aūt vera, qa
5 Papa non potest facere, quod resignatio, quæ † vere, & realiter facta fuerit, non sit facta, l.in bello.§.factæ.ff. de capt.& post lim.c.si Paulus.32.q.5. potest enim fa cere quod moriente illo qui resignauit infra 20. dies censeatur vacare per obitum, & quod ad hoc resigna tio habeat, p nō facta, Gl.in clem.1.de immun. eccl.

Secundo, quia regula non dicit simpliciter vacat p obitum, sed hoc modo per obitum nihilominus cen
6 seatur vacare: Ergo ficte, verbum.n. cēseatur denotat fictionem, c.1.& c.is qui, de proc.lib.6.c.1.de arbit.&
* ita fuisse* resolutum in vna Segob. Archidiaconatus attestatur Sarn.d.q.30.num.3.in fi.vbi dicit, quod ita tenet Rom.cons.342. ex quo infert quod regula de impetrātibus per obitū familiariū Cardinaliū nonha bebit locū in vacatione per obitum isto mō inducta.

7 His tamen † non obstantibus contraria opinio mi hi vē verior, æquior & substentabilior, quæ hodie ser uatur, vt vera censeatur uacatio, & ut ille modus uacā di per obitum comprehendatur in regulis, dispositio nibus, concessionibus † simpliciter loquētibus de uaca tione per mortem, quā opinionem tenent Put.decis.
* 297.lib.3.qui attestatur ita resolutum fuisse in una * Bonon.regressus 17.Martij 1550.corā D.Achill.de Grass.Rebuff.reg.14.n.5.in fi.in praxi super hac reg.

Quæ opinio primo probatur, q̄ esto q̄ sit fictio,
8 tamen fictio a iure inducta † habetur pro ueritate quo ad iuris dispositionem, Bar.in l.is qui pro emptore ff.
9 de vsucap.& idē importat fictio legis, † q̄ ipsa ueritas Card.Paris.cons.22.n.10.uol.2.& nu.36.dicit, qđ æq pollet ueritati. Hinc dicimus, q̄ tm̄ operatur fictio in
10 casu ficto, quantum ueritas † in casu uero.l. filio, ff. de lib.& posth.Card.Paris.cons.128.num.32.uol.4.

Non obstant in contrariū allegata, Nā ad primum argumentū, qđ ista uacatio sit ficta, & ió non ueniat in dispositione loquēte de uacatione per obitū, respō detur qđ ex quo Papa annullat collationē si infirm° decedat infra 20.dies, & non admittat illā resignatio
11 nē tanquā fraudulentā, ius beneficij dī † esse pœnes re signantē per ea q̄ habentur in decis.1.de renunti. an
* tiquior. per Bisignet. & est communis* opinio, & cū sit pœnes resignantem vacat per obitum, & ita funda mento Sarn. respondit Rot.in d.Bonon. regressus, & quidem optima est responsio. Nec obstat secundum argumentum, quod regula dicat censeatur vacare, qđ verbum videtur importare fictionem, nam in his quę
12 sunt † iuris, paria sunt aliquid esse, vel haberi pro tali, Card.Paril.d.cons.22.num.10.& 36.vol.4.& est com
* munis, & * recepta Doctorum sententia.

Stante hac conclusione primo infertur, q̄ habens
13 regressum per decessum † si resignans obierit infra 20. dies illud beneficium capit vigore regressus, & sic in casu huius regulæ erit locus regressui per decessum,
* * vt fuit resolutum in d.Bonon.regressus 17. Martii 1550.teste Put.d.decis.297.lib.3.

Secundo infertur, quod si illud beneficium est vni tum cum primum vacauerit per obitum, si resignās moriatur infra 20.dies, utique excluso resignatario, in corporabitur loco cui facta est unio, ut supra scripsi,
* & est cōis opinio. Ita ēt infertur in similibus casibus.

SVMMARIVM.

1 *Appositio manus Papæ non sortita effectum non in ducit reseruationem, contra num.9.*
2 *Sublato principali tollitur effectus.*
3 *Vacatio inducta per regulam de Infirm. fundatur in fraude.*
4 *In resignatione facta in Curia si moriatur resignans infra viginti dies, beneficium est affectum.*
5 *Beneficium resignatum in Curia ibi dicitur vacare.*
6 *Beneficium vacans extra curiam, & commendatum per Papam dicitur affectum.*
7 *Inferiores non possunt disponere de beneficijs vacan tibus in Curia per regulam de infir.*
8 *Inferiores non se intromittunt super reseruatis.*
10 *Beneficia vacantia in Curia sunt reseruata.*
11 *Resignatio non admissa potest valere in præiudicium resignantis.*
12 *Beneficium resignatum extra curiam non est affectū, quamuis resignans moriatur infra viginti dies.*
13 *Reseruatio odiosa, restringenda ad casus expressos.*
14 *Quoties vni plura iura competunt vno sublato, alte rum illæsum remanet.*
15 *Si concurrunt plura in vnam personam, tunc illa per sona habet vim duarum personarum.*
16 *Collatio ordinariorum fauorabilis.*
17 *Ordinarij possunt conferre beneficia resignata coram eis, & vacantia vigore regulæ de Infir.*
18 *Expectantes poterunt acceptare beneficia resignata coram Ordinarijs.*
19 *Beneficia renūciata corā Ordinarijs dēnt nominatis.*
20 *Impetrans per obitum, præfertur impetranti per resi gnationem si resignans mortuus est intra 20. dies.*
21 *Prouisio hominis facit cessare prouisionem legis.*
22 *Prouisio legis specialis præfertur prouisioni hominis.*

23 *Impetrans beneficium vacans per regulam de Infir. debet id exprimere, lim.num.27.*
24 *Impetratio benefic.est materia ambitiosa.*
25 *In materia ambitiosa appellatione vacationis venit vera.*
26 *Impetratio per cessum, vel decessum non comprehendit beneficium vacans per mortem ciuilem per priuationem.*
27 *Clausulæ generales capiunt vacationem inductã per regulam de Infir.*
28 *In impetratione beneficij per mortem Titij venit violenta.*

QVAESTIO X.

DECIMO quæro, An beneficiũ, quod censetur vacare per obitum stante hac regula, quia resignãs moritur infra 20. dies, sit affectum, & reseruatum Papæ, vt collatio ad ipsum dũtaxat spectet, & non ad ordinarios? Duo capita sunt distinguẽda, quorum primum erit, quoties qui resignat in curia in fauorẽ alicuius, & postea moritur infra 20. dies, an hoc beneficium, quod vacat ex dispositione huius regulæ dicatur affectum, & reseruatum Papæ, taliter, quod ordinarius non possit de eo prouidere? Quidam tenent quod non, moti primo quod quando collatio Papæ seu manus appositio eiusdem non est fortita effectũ
3 † non inducit affectionẽ, nec tollit ordinarijs ius conferendi, iux. doctrinam Abb. in c. inter dilectos, n. 10. de exc. prælat. post But. cons. 16. num. 19. Fel. in c. vlt. circa h. de præsump. Anch. cons. 58. per totũ, sed hæc non est fortita effectũ, ergo nõ inducit reseruationẽ.

Secundo, quia regula hæc vult, vt beneficium non vacet, per resignationem, sed per obitum, & ideo reso
2 luta vacatione per resignationem † etiam omnis eius effectus resolutus esse vr, Glo. vlt. c. fignific. de off. deleg. Glos. in l. si patronus. §. patronũ. ff. si quid in fraud. pat. Rom. cõs. 246. Ias. in l. nõ dubiũ, col. 4. C. de legib.

Tertio ex cons. Oldr. 324. num. 12. vbi dicit, quod tunc dicitur vacare in curia, vt spectet collatio ad Pa-
3 pam, cum vacat sine fraude, sed vacatio † inducta per hanc regulam fundatur in præsumpta fraude, vt supra
* dictum est ex* communi, ergo, &c.

His tamen non obstantibus contraria opinio est
4 * verior, & cõmunis, * quod taliaꝰ beneficia sint affecta, & reseruata Papę, vt tenet Rom. cons. 342. nu. 2. Sarn. hic q. 33. num. 1. vers. & tenendo istã partem ad cons. Rom. Rebuff. in ead. reg. in prax. gl. 14. nu. 4. Mandos. q. 1. num. 6. Boer. decis. 2. num. 55. Reb. gl. 12. nu. 15.

Quæ conclusio primo probatur, quia per resigna-
5 tionem factam in curia, ibi dicitur † beneficium vacare, Arch. in c. si electio, & c. commissa, de elec. lib. 6. &
* est* communis opinio, vt supra scripsi, sicuti quando fit ibi priuatio.

6 Secundo, quia per commendam † factam per Papã de beneficio extra curiam vacante dicitur beneficiũ affectum, adeo quod alius quam Papa de illo dispone re nõ potest. Sarn. hac reg. q. 13. vbi late, ita hoc casu per prouisionem istius regulæ videtur inducta specia
7 lis affectio talis beneficij, adeo quod inferiores non † possint disponere, Arch. in c. 2. de præb. lib. 6. col. 1. Su
8 per reseruatis inferiores se intromittere non † possũt Cald. cons. 9. de præb. Rom. cons. 160. & est cõis opi
* nio, & fuit resolutum in* Rot. in vna Zamorẽ. Archidiaconatus coram Crescen. de mense Ianuarij 1532.

Non obstant contraria, ad primum respõdetur, ne
9 gando illud, nam videmus, quod † eo ipso quod Papa mandat prouideri de beneficio, & si non sequatur, p uisio inducitur affectio, & reseruatio. Inn. in d. c. inter dilectos, num. 4. Anch. d. cons. 58. ad fi. vbi id magis dicit procedere propter regulas Cãcellariæ. Card. Paris. cons. 47. num. 30. vol. 4. Rip. in c. cum M. Ferrariẽsi, in fi. de const. Rebuff. in prax. tit. de reseru. n. 30. Put. decis. 131. nu. 3. lib. 3. Rot. decis. 14. vt lit. pend. in nou.
* Dec. in c. vt nostrum, num. 3. de appel. & est* Communis opinio. Præterea respõdetur quod in hoc casu nõ inducitur reseruatio ex appositione manus Papę, quę fit in ipsa prouisione, quæ effectum sortita non fuit, sed in ea, quæ fit in admissione resignationis factæ in manibus suis, nam eo ipso inducitur reseruatio eo, ga
10 beneficium dicitur vacare in† curia, & sic intrat dispositio, c. 2. de concess. præbẽ. Card. Paris. d. cons. 47. nu. 30. vol. 4. Put. decis. 36. lib. 2.

Ad secundum respondetur, quod quamuis regula decernat vacare per obitum, non ideo tollit effectus resultantes ex resignatione in manibus Papæ, & eius admissione, sed id dicit ad tollendum, ne vacet ex illa resignatione facta ad fauorem alterius, de quo proxime dixerat, vt ostendunt illa verba quæ sunt in fine regulæ, *ipsumq; beneficium nihilominus vacare per obitum censeatur*, quæ stant aduersatiua ad proximè præcedentia adnotat. per Dec. cons. 336. num. 3. Hinc in
11 simili videmus, quod resignatio etiã nulla seu adhuc non admissa per superiorem † potest valere in præiudicium ipsius resignantis, Card. Paris. cons. 66. nu. 16. & 7. & cons. 76. num. 14. & 15. vol. 4. Soc. cons. 115. libr. 3. Ergo illa verba stant simul quod per obitũ vacare censeatur ad effectum, vt per resignationem non sint ius quæsitum resignatario, & nihilominus non tollat effectus resignationis, quia ipsa valet in præiudicium resignantis, ex quo Papa eã iã admiserat. Vnde cõcludendum verba † dicta regulę censeri prolata ad illum effectum, i. cõtra resignatarium ob fraudem præsumptam, non vt tollat alios effectus de iure resultantes.

Ad tertium de cons. Oldrad. respõdetur Oldradũ loqui quando constaret de manifesta fraude renũciationis, vt erat in illo casu, tunc enim habetur pro nõ facta ex traditis per ipsum, quamuis etiã hoc casu possit cõtraria opinio de facili sustineri, vt valeat in præiudiciũ ipsius resignantis, iuxta ea q̃ supra dicta sunt.

Secũdũ caput erit quoties quis resignat beneficiũ extra curiã, & postea decedit infra 20. dies, ita vt beneficium vacet per obitum, & non per resignationẽ. Dubium est an illud beneficiũ sit affectum, & reseruatũ, vt Ordinarius non possit disponere? Quidam tenent & hoc casu esse reseruatũ, Primo, quia militant eædẽ rõnes, quę militant in resignatis in curia. Secundo, ga iste modus extraordinarius, & fictus vacationis p obitum ab hac regula introductus nõ est de iure cõi, de quo ordinarij prouidere possunt, sed de iure particulari p prouisionẽ istius regulæ, ergo ad Papã ptinere vr.

His tamen non obstantibus contraria opinio est
12 * verior, & * communis, vt † beneficium quod vacat per obitum vigore huius regulæ in resignatione facta extra curiã non sit affectũ, & reseruatũ, sed de eo potuerunt disponere ordinarii, quam opinionem egregie tuetur Sarn. hic q. 33. num. 2. & num. 3. sequitur Rebuff. in praxi super hac reg. gl. 14. num. 5. Boer. decis. 348. sub num. 3. & in facti contingentia ita consuluit Rebuff. cons. 72. num. 2. cum seq. & cons. 86. num. 4.

Primo, quia hęc regula nostra non inducit reseruationẽ in resignatis extra curiã, cũ de hoc verbũ nullũ ibi dicatur, arg. l. illã, C. de collat. nec ẽt alibi hoc cauetur: ergo

tur: ergo minime est dicendum esse reseruatum, cum
13 † reseruatio sit odiosa & restringenda † & per consequẽs non inducenda, nisi in casibus expressis, Cald. cõs. 10. in fin. de præb. Gemin. cons. 94. in fin. & cons. 136. in prin. Bellam. cons. 34. col. antepenu. vers. ad nonum dubium Rip. resp. 6. nu. 5. & resp. 37. nu. 4. Dec. in c. 1. nu. 6. de elect. & communiter alij.

Secundo, quia mens huius regulæ fuit resignantes a fraudibus coercere, imponens pœnam nullitatis resignationis, & inducens vacationem per obitum, ne ex tali fraude vel dolo resignatarij commodũ & fructũ ex dictis resignationibus consequantur in præiudicium ordinariorum, quæ rõ aperte innuit potius beneficia taliter resignata nõ eẽ reseruata, nã si essent affecta, non esset vera illa rõ, quia per hmõi resignationes præiudicaretur ordinarijs in conferendis beneficijs, cum reseruata non possint conferri, iuxta * communẽ opinionem, ergo cum regula cõcernat fauorem ordinariorum, in eorum odium retorqueri non debet, iõ ordinarij poterunt prouidere.

Tertio mouetur Rebuff. quia quando plura iura vni competunt, vno sublato alterum illæsum remanet l. si domus, vbi Bar. ff. de seruit. vrban. præd. l. quoties, dupliciꝰ, ff. de regiur. sed plura iura competunt ordinario, scilicet vt conferat quando vacat per resignationẽ per mortem, vel alio modo, licet sit sublatus vnus modus, cum contulerit per resignationem, aliud tamen ius illæsum remanet, vt possit conferre per obitum.

Quarto, quia quando duo iura concurrunt in vna
15 persona, habent † vim duarum personarum l. si consul. ff. de adoptione, l. Papinianus, §. sed nec impuberis, ff. de inoff. testament. sed in persona ordinarij concurrunt duo iura, videlicet vt conferat, & per resignationem vacans & per obitũ, ergo ille, ordinarius habebit vim duarum pſonarum, & sicut duo ordinarij possent illud beneficium vacans conferre ita & ipse.

Non obstant contraria, quia ad primum respondetur negando, quod eædem militent rationes. Ad secũ
16 dum respondetur, quod collatio ordinariorũ † est favorabilis, cap. nullus, 16. q. 7. Zaba. in clem. 1. q. 14. vt lit. pend. Mandos. hic q. 1. nu. 6. & est communis opinio vt per Sarn. in tract. de grat. expect. in prima col. & per Staphil. in cod. tract. in princ. ergo extenditur etiã ad hunc casum.

17 Concludendum igitur † communem opinionẽ esse veram, vt ordinarij possint conferre dicta beneficia.
18 Primo infertur, quod expectantes poterunt † illa acceptare, Sarn. dic. q. 33. n. 3. Rebuff. dic. glo. 14. n. 5. quod etiam habet aliam rationem

19 Secundo infertur, quod dicta beneficia † debentur nominatis, quod egregie probat Rebuff. dic. gloss. 14. numero. 5.

Amplia vt tali casu ordinarij conferant per mortẽ
1 etiam si cõtulerint per resignationem, quia licet regula nostra annullet etiam collationem, non tamen aufert potestatem conferendi, ita tenet Rebuff. in prax. super hac reg. glos. 12. nu. 15. qui in n. 20. in fin. refert ita fuisse * decisum die 23. Decemb. 1552. idẽ Rebuff. dicã. cons. 72. vbi adducit rõnes & respondet cõtrarijs

Et si beneficium huiusmodi resignatum fuerit in
2 Curia, & resignans obierit infra viginti dies, vacat per obitum, & dumtaxat, ut conclusum est, a Summo Põtifice, prouidebitur, & potest a quocumque impetrari: dubium tamen est, si vnus impetrat expresse beneficium illud per huiusmodi resignationem vacans, & alius per vacationem fictam obitus inducti per istam regulam, & concurrant in data, & in omnibus qualitatibus pares sint quis præferatur? communis opinio est
20 recepta de stylo præferri impetrantem per obitum, vt tenet Sarn. q. 35. super hac regula, nu. 2. vers. istis tamẽ non obstantibus, nam quando resignans moritur infra 20. dies alio modo, quam per obitum beneficium nõ vacat, ergo iste præfertur, qui impetrat per obitũ:
21 non obstat, quod prouisio hominis † facit cessare prouisionem legis, l. vlt. C. de pact. conuen. nam hoc non habet locum quando prouisio legis est etiam specialiter inducta, nam tali casu prouisio legis † attenditur, ita declarat Glos. Bart. & alij in l. 2. C. de iur. emphit. Ias. in §. item Seruiana, nu. 67. inst. de act.

Nec sufficiet impetrare per obitum, sed necesse est vt speciem vacationis inductæ per istam regulam ex
23 primat, & Papæ narret † Sarn. dict. q. 35. nu. 4. ver. sed vlterius, quia vacatio obitus, de qua in ista regula est
24 ficta, & in materia ambitiosa, vt sunt impetrationes †
25 appellatione vacationis veniret vera, & non ficta, & qualificata, arg. l. quæsitum, §. illud fortasse, ff. de leg. 3. c. statutum, de elect. lib. 6.

26 Hinc impetratio † per cessum, vel decessum non cõprehendit mortem ciuilem, ideſt beneficium vacans
* per priuationem, Thom. Fastol. in * dub. Rot. 46. die. Mer curij, quod declarat Sarn. nisi alius impetrans esset, secus si vnus solus, quia tali casu ob clausulas generales caperet modum nõ expressum, Lap. alleg. 89. col. 8. Fel. c. in nostra. 37. Corol. de reser.

28 Hinc in impetratione beneficij † per mortem Titij venit violenta, Ioan. de Anan. in cap. vlt. de homic.

SVMMARIVM.

1 *Regula de infirm. non habet locum, cum fuit admissa resignatio a Papa, & postea fuit præstitus consensus, eo mortuo.*
2 *Regulæ Cancellariæ expirant morte Papæ.*
3 *Res de facili reuertitur ad naturam suam.*
4 *Regula de infirm. non extinguitur in Francia, mortuo Papa.*
5 *Regula de infirm. est facta lex Regni in Francia.*
6 *Regula de infirm. habet locum in moriente infra viginti dies tempore Sedis vacantis, si fuit præstitus consensus, viuente Papa.*

QVAESTIO XI.

NDECIMO quæro, si facta renuncia tione in manibus Papæ ante præstitum cõsensum Papa moriatur, & postea præstetur consensus, & resignans moritur infra viginti dies post consensum præstitum, an habeat locum ista regula. Sarnen. hic q. 32. num. 4. vers. in contrarium tenet negatiuã, quia vis † regulæ stat in denumeratione viginti die-
1 rum, vt si infra illos moriatur, vacet per obitũ, si post ea per resignationem, cum ergo consensus resignãtis non est præstitus viuente Papa, viginti dies non erunt in cõsideróne, nec arctabunt resignantẽ ex eo, ga ante
2 præstitum consensum † morte Papæ expirauit hæc regula, Gemin. cons. 93. vbi loqtur in notabili casu alterius regulæ, & est cõis opinio, vt p Sar. in pœmio regul. remoto igitur obstaculo regulæ renũciatio regulabit † m ius commune, & sic beneficiũ vacabit p resi
3 gnationem, qa res † de facili reuertitur ad naturã suã, l. si vnus, §. pactus ne peteret, ff. de pact.

Non obstant quæ in contrarium possunt allegari, quia illis satisfacit Sar. dict. q. 32.

Limita primo non procedere in Francia, cum ibi
4 non extinguatur † regula per mortem Papæ, nam lex
5 Regni facta fuit Per tregiftrationem, & receptionem in Parlamento de anno 1493. 20. Nouembris, teste Rebuff. hic Glos. 9. vers. habebit.

Limita secundo, non procedere, si viuēte Papa, fuit
6 prælitus consensus, nam tunc licet † moriatur, habebit locum regula, ita Sarn. dict. q. 32. num. 7. vers. quia ad hoc respōdetur, & est ratio, quia regula tunc semel habuit locum, vnde licet moriatur Papa, videtur eius
7 effectus † durare per ea, quæ dicit Pet. de Anch. Cons. 62. incip. motiua, Aret. cons. 31. Ioan. And. in reg. decet, de reg. iur. lib. 6. Dec. in c. cum cessante, de appell.

SVMMARIVM.

1 *Non est perfecta resignatio non præstito consensu resignantis, & resignatarij.*
2 *Mortuo resignante post viginti dies, ante vero quam laberentur viginti dies post præstitum consensum per resignatarium, non intrat regula.*
3 *Regula de infirm. loquitur de consensu resignantis.*
4 *Casus omissus relinquitur dispositioni iuris.*
5 *Ad acceptandum beneficium non est præfixus terminus.*
6 *Consensus requiritur pro expeditione litterarum.*
7 *Litteræ an debeant expediri, viuente resignatario.*
8 *Moriente resignante intra viginti dies, beneficium vacat per obitum, etiam si resignatarius ceperit possessionem, & publicauerit.*
9 *Moriente resignante intra viginti dies, beneficium vacat per obitum, quamuis resignatarius non expedierit Bullas.*

QVAESTIO XII.

DVodecimo quæro, an si quis resignans in fauorem N. reseruata sibi pensione præstitit consensum, & postea moriatur post 20. dies a die per ipsum præstiti consensus, ante vero 20. dies postquā resignatarius præstitit cōsensum, beneficium vacet per obitum? Quidam tenuerunt affirmatiuam, quia in conditionalibus resignationibus
1 † requiritur consensus resignatarij, & in illis ius non
* censetur abdicatum, nisi reseruatio valida fiat, iuxta * communes conclusiones supra sæpius probatas, ante igitur dictum consensum res dicitur integra, Sar. hac reg. q. 31. cum ergo resignans decesserit ante 20. dies, postquam resignatarius præstitit consensum, videtur esse locum huic regulę, nam alias posset cōmitti fraus resignatarius enim differret præstare cōsensum quousque resignans esset morti proximus.

2 His tamen † non obstantibus, contraria opinio est
* * communis, & vera, quam tenuit Rot. in facti cōtingentia in vna * Ferrar. de Formigniano, teste Card. Paleot. decis. 250 alias 385. de anno 1561. namque † regula loquitur de consensu resignantis, dum dat 20.
3 dies connumerandos post præstitum consensum, vt si infra illud tempus moriatur, vacet per obitum, nō autem de consensu resignatarij, vnde casus potest di
4 ci omissus a regula, & relictus † dispositioni iuris communis, l. commodissime, ff. de lib. & posth. & per consequens etiam si moriatur infra 20. dies post præstitū consensum per resignatarium beneficium vacabit p resignationem.

5 Accedit, quia nullus præfixus est terminus ad acceptandum, c. si tibi absenti, de præb. lib. 6. vbi Gemi. num. 3. Franc. num. 5. & seq.

Non obstant contraria, quia ad primum argumen
6 tum respondetur, quod requiritur † consensus ad expeditionem litterarum, Cassad. decis. 1. & 2. de renunc.

Non obstat secundum argumētum, quia negatur hæc fraus, cum debeat acceptare tempore congruo infra quod si acceptauerit, fraus cessat.

Concludendum igitur est regulam hanc loqui de consensu resignantis, & non resignatarij.

7 An vero litteræ debeant † expediri, viuente resignatario, Nicol. V. statuit quod sic, vt refert Sarn. in præfat. huius reg. contrarium tenet Crescent. decis. 70. li. 1. in manuscrip.

8 An autem † hoc beneficium censeatur vacare per obitum, etiam si resignatarius ceperit possessionem, & publicauerit, hac reg. Rebuff. de infir. reg. glos. 14. num. 17. & quid si bullas, non expediuerit, Rebuff. glos. 8. in fin.

SVMMARIVM.

1 *Regula de infirm. dum annullat collationem per resignationem, comprehendit omnes.*
2 *Cardinales habentes facultatem conferendi comprehenduntur sub regula de infirm.*
3 *Regula de infirm. comprehendit collationem factam per legatum.*
4 *Quod nullum est, nullum producit effectum.*
5 *Nulla non præstant impedimentum.*
6 *Habens beneficium per resignationem, si vacauit per obitum, per regulam de infirm. non est tutus absq; noua prouisione.*

QVAESTIO XIII.

DEcimotertio, Quia inquit tex. huius regulæ, quod quauis auctoritate conferatur beneficium per resignationem, collatio est nulla. Quæro de † quo loquatur? Communis * Doctorum sententia
1 * est, vt comprehendat oēs, vt tradunt Sarn. Mandos. & Rebuff. in interpretatione huius regulæ in pluribus locis.

Ex quo infertur etiam loqui de collatione facta p Capitulum, Rebuff. glos. 12. num. 3.

Secundo infertur loqui de Episcopo, & alio quocumque inferiore Rebuff. tract. de nomin. q. 17. idem Rebuff. d. gl. 12. num. 3. Sar. in pluribus locis.

2 Tertio infertur † loqui etiam de collatione facta p Cardinalem, nam vt dixi vbi agitur de obuianda fraude comprehenduntur etiā Cardinales, vt est commu
* nis * opinio vt supra scripsi. Et etiam de collatione fa
3 cta † per legatum Rebuff. cons. 72. num. 8.

Et sic collatio facta per resignationem est nulla, Greg. Sintag. iur. lib. 17. c. 18. num. 7. & est * communis
4 opinio, & quod nullum est, nullum producit † effectū, c. ad dissoluendum, de dispens. impub. l. eius qui in p uincia, ff. si cer. pet. Card. Paris. cons. 109. num. 1. vo.
5 Nulla enim nullum præstant impedimentum, regula non præstat, de reg. iur. in 6. c. illud, de iur. patr. l. 4. §. condemnatus, ff. de re iud.

Ex quo cōtigit dubitari, an hæc collatio facta ei q̄
hēt. duo bñficia faciat ea vacare p Clem. si plures de pb. vera snīa est negatiua, quā tenet Rebuff. glos. 13. ex reg. citata quia nulla nullū pstant impedimentum.

Et cum

Et cum hæc collatio sit nulla per istum tex. nō po
6 test haberi rata, sed oportet quod de nouo per mortem conferatur, vt sit tutus in foro fori, & in foro po
* li. Rebuff. d. gl. 13. in fi. & est communis * opinio, vt de beat habere nouam prouisionem.

SVMMARIVM.

1 *In permutationibus derogatur Reg. de infir.*
2 *In resignationibus an derogetur reg. de infir.*
3 *Actus legitimi infirmis non prohibentur.*
4 *Derogatio reg. de infir. quare excogitata.*
5 *Derogatio regulæ de infir. quando censeatur insolita.*
6 *Priuilegijs Auditorum Rotę non videtur derogatum nisi expresse dicatur.*
7 *Per clausulas generales non derogatur regulæ de infirm.*
8 *Legatus de latere non potest regulæ de infirm. derogare.*
9 *Inferior non potest tollere decreta Papæ.*
10 *Legatus cum facultate derogandi regulis, non potest regulæ de infir. derogare, contra num. 13.*
11 *Clausula generalis non extenditur ad verisimilia.*
12 *Gratia intelligitur facta sine præiudicio tertij.*
14 *Prohibito genere venit quælibet species.*
15 *Genus continet sub se species.*
16 *Clausula, ac si de verbo, &c. operatur ac si in indiuiduo omnia expressa essent.*
17 *Legatus a latere locum Papæ tenet.*
18 *Indefinita æquipollent vniuersali.*
19 *In claris non est opus coniecturis.*
20 *Contrarietas est tollenda.*
21 *Quilibet inferior habens auctoritatem a Papa potest derogare regulæ de infir.*
22 *Inferior potest tollere statutum superioris illo permittente.*
23 *Clausula quouis modo obtenta a resignatario, non capit vacationem inductam per regulam de infirm.*
24 *Omnis modus vacandi venit expressa vacatione.*
25 *Clausula quouis modo capit vacationem de præsenti.*
26 *Vacatio tempore data verificari debet.*
27 *Beneficia non sunt conferenda antequam vacent.*
28 *Annullato actu populi, annullantur omnes clausulę.*
29 *Derogatio dummodo moriatur ex illa infirmitate, resignante moriente ex alia non prodest.*
30 *Derogatio est stricti iuris.*
31 *Quæ de nouo emergunt, nouo indigent auxilio.*
32 *Contractus non extenditur ad ea quæ nesciuntur tempore ipsius.*
33 *Qualitas superueniens alterat subiectum.*
34 *Prima resignatio non sanatur per derogationem regulæ de infir. in secunda.*
35 *Quod vacat ex vna persona non potest rursus vacare.*
36 *Habita derogatione regulæ de infir. moriente Resignante non intrat regressus.*
37 *Derogatio regulæ de infir. concessa ab vno Papa, an prosit tempore alterius.*
38 *Lex superueniens tollit omnia.*
39 *Papa potest derogare regulæ de infirm. etiam in beneficijs, quæ ceduntur ad nominationem.*

QVAESTIO XIIII.

VLTIMO quæro, an derogetur huic regulę?
1 In permutationibus plerumque consueuit derogari, vt tradit Rebuff. super concordā. rub. de colla. §. voluimus, in vers. permutationem, quę refert, & sequitur Mand. in prax. sign. grat. tit. derogationes regularum, col. 3. vers. regulæ prædictæ.

2 In resignationibus aliquando † fuit sæpius derogatum, vt tempore Leonis X. aliquando non, nisi cum maximis fauoribus, vt tempore Pauli III. refert Sarn.
* hic quæst. 39. & alias * ex stylo derogabatur passim huic regulæ, quando resignans erat ablens, vt tradit Cassad. decis. 32. num. 13. super reg. & attestatur etiā Mandos. dict. prax. signat. tit. derogat. regularum, colum. 3. vers. reg. de infirm. Put. decis. 148. num. 3. lib. 2. Sarn. autem dict. quæst. 39. dicit, quod extra Italiam solet communiter pro ablentibus derogari: in Italia vero solet aliquando derogari quando locus resignationis distat a Curia, & beneficia, quæ resignantur nō sunt reseruata, si Romæ, vel prope Vrbem sit resignatio, non derogatur, quod etiam tradit Mandos. loco citato dicens derogationem non videri grauem, cum
3 actus legitimi non solum infirmis, † sed etiam morti vicinis prohibiti non reperiantur, l. senium, Cod. qui testam. facer. poss. Et secundum Sarn. dict. quæst. 39. vers. & est considerandum, in resignationibus, quæ fiunt per procuratorem, vt quando aliquis constituit procuratorem ad resignandum in Curia, quia facile
4 † contingebat infirmum interim mori, Ideo excogitata fuit in supplicatione ista clausula, ita quod si N. resignans extra Roman. Curiam, iam fuerit vita functus, litteræ per eius obitum, cum omnibus suis clausulis, & modis, omissa resignatione expediri possint. Hæc tamen clausula solet cassari, vt idem Sar. attestatur propter fraudes, excepto in materijs Alemaniæ, & Hiberniæ, & alijs locis longinquis, & sic vides, quod derogatur huic regulæ, Rebuff. hic gl. 2. num. 24. Cravet. cons. 88. num. 17.

Ex quibus poteris colligere, quando dicatur huiusmodi derogatio insolita, & alias in Rota, die 21. Ma-
5 * * ij, 1540. in vna * Salamantin. fuit resolutum † derogationem huius regulæ pro nobilibus, & notabilibus personis non esse insolitam, vt comprehendatur sub reuocatione facta per Clem. VII. de gratijs insolitis concessis in arce S. Angeli, teste Simonett. decis. 11. in manuscr. qui dicit, quod eo magis fuit ita resolutum,
6 quia Cassad. cui concessa fuit, erat Auditor Rotę, cuius priuilegijs non censetur reuocatum, nisi expresse dicatur Rom. cons. 496.

Aliqua tamen exoriuntur dubia pro complimento. Primo dubitatur, an derogatio debeat esse in spe-
* cie? communis * opinio est affirmatiua, nā inquit Sar.
hic q. 41. quod nunquam huic regulæ per clausulas
7 generales † derogatum cēsetur, nisi nominatim, & spe
* cifice dicatur, quòd esse de * stylo omnes sciunt, Mandos. q. 19. num. 17.

Secūdo dubitatur, an legatus de latere possit huic
8 * regulæ derogare? communis * opinio est † negatiua, quam tenent, Sarn. q. næst. 41. Mandos. quæst. 19. & ita
* * practicatur, nam legatus, & alius inferior non po-
9 test tollere Constitutiones, & † decreta Summi Pon
* tificis, cap. cum inferior de maior. & obed. Glos. * communiter approbata relata a Mandos. hic quæst. 19. num. 15.

Tertio dubitatur, an legatus cum facultate dero-
10 gandi regulis editis, & edendis huic derogare possit? Sarn. tenet negatiuam opinionem dict. q. 41. & refert
* ita fuisse decisum * in vna Gerundin. Canonicatus, & præben. corā D. Rainaldo Petruccio de anno 1539.
* Ita etiam fuit resolutum in vna * Cæsaraugustan. Cappellaniæ de Sancta Clara, 20. Iulii, 1544. teste Put. decis. 148. lib. 2.

Quæ opinio primo probatur, quia clausula genera
11 lis ad non veri∫imilia †non extenditur. c. vlt. de off. vic. lib. 6. Sed non est veri∫imile, quod sub tali generalitate Papa voluerit dare facultatem derogandi huic regulæ, ergo. Secundo quia gratia semper intelligitur fa
12 cta∫ine præiudicio tertij, cap. ∫uper eo, de off. deleg. c. cau∫am, quæ de re∫crip.

13 His tamen non obstantibus, †contraria opinio, vt stantibus his verbis valeat legatus, derogare huic regulæ mihi verior videtur, & ∫ustentabilior in puncto iuris, quam tenent Boer. in tract. de poteſt. leg. a latere a num. 57. vsque ad num. 107. Rebuff. ∫uper conco. de collat. §. præſatiq. ordinarij, Mando∫. hic q. 19. num. 7. vbi in fin. dicit hanc opinionem esse æquiorem, & rationabiliorem, ne infiniti decipiantur credentes tales derogationes esse legitimas, & iuridicas, & refert
* ita iudicasse Rot. *Fab. deci∫. 33. lib. 1. Prolom. deci∫. 293. in manu∫cr. nam concessa derogatione regularum in genere, debet censeri concessa derogatio cu-
14 iuslibet regulæ, sicuti prohibito †genere quælibet species illius prohibita esse videtur, Oldrad. con∫. 73. nu. 6. Cravet. con∫. 118. num. 13. nam †genus continet sub
15 se species omnes, l. semper in generalibus, ff. de reg. iu. l. ſi quid earum, §. interemptum, ff. de lega. 3. quod eo magis procedit, attento quod ſolet in indulto quando datur huiusmodi facultas apponi clausula, quorum omnium, & aliarum tenores etiam ſi de eis expreſſa mentio facienda esset, &c. ac ſi de verbo ad verbum,
16 quę operat, ac ſi in individuo omnia† expreſſa essent, & tollit clausulam derogatoriam ad futura. Butr. cõ∫il. 2, Ca∫∫ad. deci∫. 10. nume. 2. & deci∫. 28. & 38. super regu. Dec. con∫. 341. num. 1. Curt. iun. con∫. 10. in fin.
** Card. Pari∫. con∫. 1. num. 84. vol. 4. magis** communis opinio, teste Mando∫. d. q. 39. num. 13. nec videri dẽt
17 incongruum, cum legatus a latere in locis † sibi commi∫sis locum Papæ gerat, c. cum venerabilis, de con∫uet. cap. 1. & cap. volumus, de off. leg. c. ſi Abbatem, de elect. lib. 6.

Non obstat primum argumentum, quia negatur, quod hoc non conce∫si∫set Summus Pontifex, cum iã conce∫serit, Dec. con∫. 30. col. 4. nam indefinita æquipollet †vniuer∫ali, Curt. iun. con∫. 107. nu. 3. & 4.

19 Ad ſecundum respondetur, quod ſumus † in claris, vnde non est opus coniecturis, l. cõtinuus. §. cum ita, ff. de verb. obl. Nec obstant deciſiones Rotæ ſupra allegatæ, quia illæ habent diuer∫am rationem, vt ibi pa-
20 tet, & hæc responſio ſaltem ſu∫tinebitur† pro contrarietate tollenda, la∫. in l. 2. §. prius, num. 23. ff. de vulg. & pupill. Gome∫. in c. 1. num. 17. de reg. iur. lib. 6. Rimi nal. iunior. in §. 1. num. 55. Inſtit. per quas perſo. no. acqui. & in principio, inſtit. de donat. num. 189.

Amplia vt non ſolum legatus ſi habuerit hanc fa-
21 cultatem, ſed quilibet †alius inferior poterit derogare, Mando∫. q. 19. num. 16. nam quilibet inferior poterit
22 tollere ſtatum ſuperioris, quatenus† ſuperior permittit, Bal. in l. omnes populi, col. 3. in fi. ff. de iuſt. & iu. Abb. in c. a∫∫i clerici, §. adulterijs, num. 9. de iudic. Bertand.
* con∫. 236. num. 9. vol. 1. & est* communis opinio.

23 Quarto dubitatur, an per †clauſulas generales, videlicet quoũis modo vacet positas in ſupplicatione reſignationis mortui infra viginti dies comprehendatur iste modus vacationis per obitum ficte inductus per istam regulam, attento quod reſignatio prædicta annullatur? Sarn. hic q. 34. diſputat hunc articulum, tandem propter præſumptam fraudem reſignatarij tenet negatiuam opinionem, quam etiam ſequitur Mand. q. 17. ſub num. 8. & Rebuff. in prax. ſuper hac regula,
Gl. 14. nu. 13. & est* communis opinio.

24 Nãque licet †expreſſa vacatione ſimpliciter veniat omnis modus vacationis, Lap. allega. 6. nu. 5. Franc. in
* c. ſuſceptum, in 2. notab. de reſcr. lib. 6. & est* commu-
25 nis opinio: tamen hoc intelligitur ex eadem perſona, † & alia, ſi de præſenti contingit, Felin. in cap. in noſtra,
* coll. 37. de reſcr. Franc. & communiter* in d. c. ſuſceptum, Pari∫. con∫. 138. num. 11. vol. 4. melius in propoſito noſtro tradunt Sarn. de pub. q. 17. Ferret. conſilio 283. num. 18. & ſecundum hanc opinionem reſpõdit Bur∫at. con∫. 394. num. 16. verſ. primum, quia regulari-
26 ter vacatio tempore datæ verificari† debet, capi. cam, de reſcriptis. Oldrad. con∫. 168. & 228. Gem. con∫. 79.
27 in fin. & beneficia ante †quam vacent, non ſunt conferenda, c. 2. vbi Abb. cap. ex tenore, de conceſſ. prebendæ, Bellam. deciſ. 443. cum alijs multis, quæ adducit Bur∫at. d. con∫. 394. a num. 6. vſque ad finem.

Quod comprobatur, quia annullato actu principa-
28 li annullantur omnes† clauſulæ contentæ in eo, Gloſ. in l. ſi patronus, §. patronum, ff. ſi quid in fraud. patro. Glo. vlt. in cap. ſignificantibus, de offic. deleg. Roma. con∫. 246. & in terminis huius clauſulæ, quoũis modo &c. multa ſcribit Mando∫. d. q. 17. & Bur∫at. di. conſil. 394. ea vero, quæ in contrarium adducit Sarn. nõ procedunt in caſu noſtro, ſtante prædicto fundamento,
* & hæc concluſio* communiter tenetur, ac *practicatur ad tollendas fraudes.

Quinto dubitatur, an ſi infirmus leui infirmitate non lethali, vt est podagra, quartana, & ſimiles, renunciat beneficio, & Papa admittit renunciationem cum derogatione iſtius regulæ, per hæc verba, quatenus ex illa infirmitate moriatur, an ſi infirmus moriatur in-
29 fra viginti dies† ex ſuperuenienti graui infirmitate cẽ, ſeatur huic regulæ derogatum per dicta verba? Hic caſus cum esset propoſitus in Rota tempore Innocẽ-
* VIII.* fuit reſolutum negatiue, vt refert Sarn. hic qu.
27. in fin. qui tenet hanc opinionem, a qua puto non esse recedendum in iudicando, & conſulendo; nam de-
30 rogatio† est ſtricti iuris, & debet intelligi duntaxat in infirmitate expreſſa, arg. Clement. vlt. de reſcrip. ca. ad audientiam, de eccleſ. ædif. cap. quod vero, 32. q. 2. ergo derogatio conceſſa, ſi ex illa infirmitate decedat, non debet trahi ad aliam ſuperuenientem, atg. eorum quæ ſcribit Rom. con∫. 22. col. 2. Ia∫. in l. qui ſeruum,
31 ff. de verb. oblig. nam †quæ de nouo emergunt, nouo indigẽt auxilio, l. de ætate, §. cauſa, ff. de interrog. acti. Dec. con∫. 335. col. 3.

Hinc emptio, vel pactum non trahitur ad ea, quæ
32 non apparent, & neſciuntur† tempore contractus, leg. Rutilia, ff. de contrahend. emp. l. tres fratres, ff. de pac. cum alijs, vt per Gem. con∫. 69. col, penul.

Ampliat Sarn. d. q. 27. num. 3. vt ſi derogatio fuerit conceſſa, ſi ex quartana moriatur, ſi poſtea illa quartana alteretur, & redigatur in tertianam grauem, & pe-
33 riculoſam non extenditur derogatio ad hunc caſum, quia qualitas† ſuperueniens alterat ſubiectum, & repo-
nit in diuer∫am ſpeciem, l. quæſitum, §. illud, ff. de leg. 3. c. ſtatutum, de elect. lib. 6. l. 1. ff. de donat.

Sexto dubitatur, ſi quis primo reſignauit per procuratorem, ſecundo etiam renũciauit per procuratorem, & in hac ſecunda reſignatione Papa huic regulæ derogabit; nunquid ſi reſignans moriatur infra vigin-
ti dies, ſanetur prima reſignatio propter derogationẽ
* regulæ in ſecunda reſignatione factam? communis *
34 opinio† est negatiua: namque inficiari non potest primam reſignationem fuisse validam, & hic ius erat quæſitum per illam primo reſignatario in ſpe bona, & cõ-
ſiderabili

ſiderabili exiſtenti, & per conſequens ſecundam reſignationem esse nullius momenti, nam nemo potest dare, quod non habet, vnde quamuis poſtea illud ius primi reſignatarij euanuerit per mortem reſignantis infra viginti dies, ſecundus reſignatarius non poterit capere beneficiũ, tum, quia, vt dictũ est, nihil fuit tranſlatum, tum etiam quia in hac ſecunda ſua impetratione de illa ſpe mentionem non fecit quæ tunc boni initij erat, vnde ſubreptitie impetraſſe dicitur, & ita concludit Sar. hic. q. 40. dicens ita per ſolemnes viros concluſum fuiſſe.

Nec obſtat, quod reſoluta prima reſignatione per obitum, quod ſecunda capiet illum modum per obitũ reſultantem ex prima vigore clauſulæ generalis, vel alio quoũis modo, in ſecunda reſignatione apponi ſolitæ, quia reſpondetur hoc non procedere in caſu præſenti, quia cum tẽpore huius impetrationis viueret reſignans de iure primi Reſignatarij non adhuc reſoluto heri debebat mentio.

35 Accedit, quia quod ex perſona vnius vacat, non potest ex eadem perſona rurſus vacare, non ſuperueniente poſt primam vacationem nouo titulo, l. tã etſi ſub conditione, §. defectum, ff. de iniuſt. teſtam. l. non potest videri deſiiſſe, ff. de reg. iur. in terminis Roman. con∫. 342. n. 1. Boer. deciſ. 207. ad ſecundam, verſ. Am-
* bo etiam alleganres, & *est communis opinio in cap. ſuſceptum, de reſcript. lib. 6.

Septimo dubitatur, ſi fuit reſignatum in fauorem
36 cum derogatione huius regulæ, & reſignans † moriatur infra viginti dies, an intret regreſſus reſeruatus N. ex prima reſignatione, vel admittatur reſignatarius
* fuit* reſolutũ reſignationem valere, & non intrare regreſſum in vna Pampilonen. Archidiaconatus coram Capizucco teſte Achil. de Graſſ. deciſ. 2. ſub titulo de renunc. alias deciſ. 323. in manuſcripti.

Et ſic cum diſpenſatione poterit reſignatarius illud beneficium obtinere, Rebuff. in prax. ſuper hac reg. Gloſ. 14. in fin.

Octauo dubitatur de pulchro caſu. habens ab vno Pontifice priuilegium reſignandi etiam infirmus, cũ
37 derogatione† huius regulæ de infir. in manibus perſonæ per eum eligendæ in fauorem certæ perſonæ per eum nominandæ, reſignat tempore alterius Papę, & moritur infra viginti, An beneficium vacet per obitum, vel per reſignationem? Et quod vacet per obitum facit, quia ab vtroque Pontifice in initio Pontificatus conſiciuntur regulæ Cancellariæ, in
38 ter quas hęc vna est, vnde lex ſuperueniens† tollit omnia, per not. in l. iubemus C. de teſtament. c. vlt. de cõſt. In contrarium tamen est vera ſententia pro validitate reſignationis prout fuit reſolutum in Rota in vna Ciuitaten. portionis, teſte Arag. deciſ. 33. in manuſcri. in eo, qui habebat hoc priuilegium a Leone X. & reſignauit tempore Clementis. VII. & mortuus est infra 20. dies. Iam Rota tenuit non obſtare regulam, quia ex quo erat priuilegiatus, quod poſſet reſignare ſanus & infirmus, lex ſuperueniens non potuit tollere hoc priuilegium non facta de eo mentione, vt est communis, & recepta Doctorum ſententia, ex quo reſponde-
tur ad argumentum in contrarium adductum.

39 Nono dubitatur an Papa poſſit †derogare huic regulę etiam in beneficijs quæ dantur ad nominationẽ Regis? Rebuff. in concordan. in reg. ad præſentatur. nomin. §. 11. verſ. diſpendiole tenet, quod non. Contra ea tamen opinio est verior, quam tenet Gabriell cõſ. 193. num. 9. vol. 2. nam nihil præiudicatur Regi per derogationem, quia Papa tollit ſolum fictionem a ſe inductam, qua ſublata veritati locus est, & ſicuti Papa potest regulam illam non facere de quo Rex conqueri non poteſt, ita & derogare, &c.

Finis Libri Duodecimi.

FLAMINII PARISII IVRE CONSVLTI DE RESIGNATIONE BENE ICIORVM.

LIBER DECIMVSTERTIVS.

De Resignatione, Metu, Dolo, Fraude, Vi, & post spolium facta.

Hic liber quinque continet quæstiones.

1 AN resignatio metu facta sit nulla, & qui metus requiratur, & quomodo probetur, & hac sumpta occasione multi casus explicantur.
2 An Resignatio facta metu sit nulla ipso iure, vel sit rescindenda.
3 An Resignatio dolo facta sit nulla.
4 An Resignatio fraude facta sit nulla.
5 An Resignatio post Spolium sit valida, & quamplures casus complectentes totam fere materiam spolij in Beneficialibus explicantur.

SVMMARIVM.

1 Resignatio debet esse libera & voluntaria.
2 Resignatio non libera non tenet.
3 Resignatio Metu facta nulla.
4 Plura annullant renunciationem.
5 Quæ fiunt vi metuue sunt nulla.
6 Verba prætoris in l. ff. quod metus caus. sunt diuina
7 Metus contrariatur libere voluntati.
8 Renunciatio cuiuscumque dignitatis metu facta est nulla.
9 Renunciatio Episcopatus metu facta est nulla.
10 A quibus personis inferatur metus, renunciatio est nulla.
11 Resignans ob metum Episcopi nulliter resignat.
12 Resignatio ob metum sæcularium nulla.
13 Renunciatio ob metum Imperatoris, Regis & alterius Principis nulla & num. 15.
14 Renunciatio ob metum Cardinalis nulla.
15 Prælati & Ordinarij collatores inferentes metum vt clerici renuncient beneficia suspenduntur.
16 Iurans metu, renunciare, vel non repetere non firmat actum inualidum.
17 Iuramentum non validat renunciationem nullam ob metum.
18 Abiurare verbum renunciationem iuratam importat.
19 Iuramentum non operatur vires in actu meticuloso.
20 Iuramentum interpositum super actu nullo vires non operatur.
21 Iuramentum sequitur naturam actus super quo interponitur.
22 Iuramentum recipit tacitas conditiones, quas recipit actus
23 Iuramentum regulatur secundum naturam promissionis.
24 Renuncians electioni metu, potest eidem Ecclesiæ præfici non obstante renunciatione.
25 Iuramentum est seruandum cum potest sine interitu salutis æternæ.
26 Electio præstat ius ad rem.
27 Difficilius tollitur ius in re quam ad rem.
28 Iurans metu debet habere absolutionem, & ante non potest agere & num. 30. & nu. 35.
29 Resignans metu debet habere absolutionem vt possit redire ad beneficium.
31 Iuramentum non potest sperni auctoritate propria.
32 Iuramentum ob enormem læsionem non est seruandum.
33 Absolutio requiritur in iuramento ob enormem læsionem.
34 Actus meticulosi nulli.
36 Iurans soluere vsuras debet petere absolutionem.
37 In absolutione a iuramento ad effectum vt ille possit agere non requiritur partis citatio.
38 In absolutione a iuramento interposito super actu metu celebrato pars est citanda.
39 Ab olutio potest peti non obstante iuramento de illa non petendo.
40 Iuramentum de non petendo absolutionem illicitum.
41 Votum de dispensatione voti non petenda non valet.
42 In resignationibus quæ fiunt in Curia præstatur iuramentum, quod non interuenit dolus, metus, fraus, &c.
43 Resignans potest docere de metu etiam in resignationibus, quæ fiunt in Curia.
44 Iuramentum stricte interpretatur, vt minus obliget, &c.
45 Pensionis renunciatio ob metum nulla.

46 Resi-

46 Resignans potest agere de metu, etiam si collatio sit alteri facta.
47 Constitutio procuratoris ad cedendum facta per metū est nulla.
48 In reuocatione procuratoris constituti metu non requiritur intimatio.
49 Procurator constitutus metu potest clam reuocari.
50 Cessio litis facta metu est nulla.
51 Cedens litem ob metum potest prosequi ius suum non obstante cessione.
52 Metus vt annullet actum, debet esse talis qui cedat in constantem virum.
53 Metus iustus duntaxat rescindit gesta.
54 Metus iustus qui dicatur, & num. 56.
55 Positiuum resoluitur in comparatiuum.
57 Metus qui cadit in constantem sufficit sit quis possit agere.
58 Homines aliqui constantes, alij constantissimi quidā timidi.
59 Arbitrio iudicis remittitur qui metus cadat in constātem virum.
60 Iudex arbitrabitur iustum metum iuxta qualitatem personarum.
61 Minor metus cadit in fœminam quam in virum.
62 Minor metus cadit in puerum quam in virum.
63 Minor metus vbi adest Princeps, quā vbi est absens.
64 Timor mortis vel Cruciatus omnibus personis inducit iustum metum & nu. 112.
65 Non requiritur vt actualiter vis inferatur, vt timor mortis vel cruciatus sit iustus.
66 Timor iustus quoties imminet periculum filijs.
67 Magnus est amor parentum erga filios.
68 Pater & filius vna tantum persona censentur.
69 Iustus metus timor mortis affinium.
70 Iustus metus timor amissionis bonorum.
71 Metus non præsumitur nisi probetur.
72 Delictum non præsumitur.
73 Metus arguit delictum. (probandi.
74 Alleganti renunciationem meticulosam incūbit onus
75 Metus reputatur difficilis probationis.
76 Metus solet clam inferri.
77 Metus consistit in mente.
78 Metus quid sit.
79 Metus dicitur quasi mentem tenens.
80 Metus probatur per testes.
81 Metus probatur per litteras.
82 In testibus super metu examinatis habetur respectus ad dignitatem, opinionem & numerum.
83 Testes super metu renunciationis non debent interrogari negatiue, & ponitur praxis.
84 Deponentes pro metu renunciationis habent præsumptionem pro se.
85 Magis creditur duobus testibus deponentibus super metu, quam pluribus deponentibus de spontanea voluntate.
86 Deponentes de spontanea voluntate deponun de actu visibili.
87 Minæ sensu corporis percipiuntur.
88 Credendum testibus deponentibus de actibus ex quibus verisimiliter metus inferri solet.
89 Testibus de spontanea voluntate creditur si adsunt pīsumptiones & coniecturæ.
90 Ex circunstantijs probari potest actum fuisse liberæ voluntatis.
91 Resignatio præsumitur spontanea.
92 Resignatio post spolium præsumitur coacta & nu. 94.
93 Nemo præsumitur iactare suum.
95 Resignans post carcerationem, videtur coacte resignare.
96 Contra præsumptionem coactæ renunciationis, an admittantur testes.
97 Metus, oculis bene non potest probari.
98 Metus illatus publice, potest oculis, & per aspectum probari.
99 Metus probatur coniecturis, & indicijs.
100 Metus continet in se dolum.
101 Dolus probatur coniecturalis.
102 Coniecturæ ex quibus probantur metus, & dolus, debent exacte probari.
103 Coniecturæ, quæ sint sufficientes iudicis arbitrio remittitur.
104 Negotium præsumptiuum residet in arbitrio iudicis.
105 Coniecturæ plures sufficientes ad probandum metū.
106 Testes debent speciem, & qualitatem metus dicere.
107 Qualitas metus debet probari per actum proximum.
108 Vanus metus non est in consideratione.
109 Testes deponentes de metu, an debeant reddere causam.
110 Testes debent deponere de metu in specie.
111 Resignatio ob metum mortis, & cruciatum corporis nulla.
113 Minæ illius, qui est solitus illas exequi, sunt in consideratione.
114 Metus mortis dicitur cadere in constantem virum.
115 Minæ, vt inducant iustum metum, tria sunt considerāda.
116 Resignatio beneficij facta a carcerato non tenet.
117 Carcer præbet iustum metum.
118 Probans fuisse carceribus mancipatum, videtur probare iustum metum.
119 Contractus imitti in carceribus nulli.
120 Carcer tunc annullat contractum, cum contrahitur cum persona, quæ fuit causa carcerationis.
121 Resignatio facta ab eo, qui exiuit carceres, valet.
122 Cessante metu actus valet.
123 Metus durare videtur, cum viget causa metus.
124 Extractus a carceribus vt renunciet, nisi, &c. dicitur metu facere.
125 Passus metum sua culpa, non dicitur habere iustum metum.
226 Renunciatio facta ab eo qui detinetur domi, præsumitur meticulosa.
127 Fragror armorum facit præsumere metum.
128 Carcer largo sumpto vocabulo, quomodo accipiatur.
129 Renuncians ob timorem excommunicationis, potest dicere illam renunciationem metu factam.
130 Qualitas vbi requiritur verificanda.
131 In contrahendo requiritur voluntas libera.
132 Voluntas libera requiritur in dissoluendo.
133 Quæ sunt principia generandi, sunt principia dissoluendi.
134 Excommunicationis timor inducit iustum metum.
135 Excommunicationis iniusta sententia quo ad Deum non ligat.
136 Iniusta excommunicatio nocet quo ad participanda sacramenta Ecclesiæ.
137 Iniuste excommunicatus parere debet.
138 Excommunicatio continet corporis, & animæ detrimentum.
139 Per excommunicationem quis moritur.
140 Excommunicationis timor grauis.
141 Metus excommunicationis est metus, qui cadit in constantem virum.
142 Excommunicatio quando sit medicina.

143 Re-

143 *Renunciatio beneficij facta ob metum amissionis bonorum nulla.*
144 *Periculum amissionis bonorum inducit iustum metum.*
145 *Metus amissionis bonorũ æquiparatur metui mortis.*
146 *Ob defensionem personæ, licet hominem occidere.*
147 *Ob defensionem rerum, licet hominem perimere.*
148 *Bona sunt hominum substantia, & vita.*
149 *Pecunia est anima miseris mortalibus.*
150 *Familia sine diuitijs sordescit.*
151 *Familiarum decus per diuitias conseruatur.*
152 *Pecunia est sideiussor futuræ necessitatis.*
153 *Pecunia secundus sanguis hominum.*
154 *Pecunia vita hominis.*
155 *Timor amissionis maioris partis bonorum inducit iustum metum.*
156 *Omnia bona, & maior pars etiam in odiosis æquiparantur.*
157 *Renunciãs beneficium ob metum amissionis patrimonij, restituitur.*
158 *Renunciatio beneficij facta ob carcerem fratris, vel aliud periculum imminens nulla.*
159 *Metus fratris, iustus reputatur.*
160 *Quid probandum, vt metus fratris sit iustus.*
161 *Carcer, vt præbeat iustum metum, debet esse iniustus.*
162 *Reus criminis læsæ maiestatis, põt priuari beneficijs.*
163 *Iudex iuste procedens metum non inducit.*
164 *Iuris executio non infert iniuriam.*
165 *Carcer iustus non inducit metum.*
166 *Renuncians beneficium ob metum reuerentialem Episcopi, vel Cardinalis, an renunciatio sit nulla, & 72.*
167 *Papa cum sit summum ius, non dicitur metũ inferre.*
168 *Papa potest compellere partes ad concordandum.*
169 *Iudices hortantur ad compositionem, non autem compellunt.*
170 *Causa reuerentiæ sufficiens est, vt rescindatur contractus.*
171 *Metus paternus interueniens in professione, illam rescindit.*
174 *Matrimonium contractum metu reuerentiali patris, an sit nullum.*
175 *Minæ quando constituant iustum metum.*
175 *Arbitrio iudicis quando minæ sufficiant.* 1
176 *Quid probandum sit, vt minæ Episcopi constituant iustum metum.*
177 *Preces Episcopi non inducunt metum.* 2
178 *Preces superiorum sunt mandata.*
179 *Rogamina non consistunt in atrocitate facti.*
180 *Preces soliti sæuire contra non obedientes inducunt iustum metum.*
181 *Probatio metus debet esse legitima.* 3
182 *Emolumentum inferentis metum est in consideratione.*
183 *Præceptum comminatorium Regis inducit iustum metum, ex quo potest annullari resignatio facta.*
184 *Præceptum Regis inducit iustum metum, &* nu. 187.
185 *Præceptum Ducis inducit iustum metum.*
186 *Ex præcepto Ciuitatis arguitur iustus metus.*
188 *Metus probatur ex litteris.*
189 *Epistola subscripta manu propria, & cum sigillo plene probat.*
190 *Protestatio non est necessaria ad effectum annullandi resignationem metu factam.*
191 *Protestatio adiuuat probationem metus.*
192 *Protestatio non suffragatur absque alia probatione metus.*
193 *Protestatio etiam clandestina adiuuat probationem.*
194 *Protestatio clandestina multum prodest, cum quis ob timorem non potest publice protestari.*
195 *Protestatio nihil operatur cum alteri collatum est beneficium.*
196 *Protestatio patroni quando non noceat præsentato.*
197 *Protestatio non operatur in actu, qui pendet à voluntate duorum.*
198 *Protestatio clandestina nocet tertio, quando fuit causa metus.*
199 *Protestatio clandestina nocet ei, qui intulit metum.*
200 *Qui causam damni dat, damnum ipsum dare videtur.*
201 *Resignans metu, an possit post longum tempus agere, & num.* 203.
202 *Metus ex interuallo temporis purgatur.*
204 *Metus in contractu purgatur ex solutione.*
205 *Metus in matrimonio per cohabitationem, & concubitum purgatur.*
206 *Metus nunquam purgatur vigente eadem causa.*
207 *Solutio facta à libero à carceribus, an præsumatur facta metu.*
208 *Traditio rei venditæ quãdo dicatur facta per metum.*
209 *Quando vxor verberata dicatur consentire instrumento, metu mariti.*
210 *Intrans monasterium metu, an possit dicere contra professionem.*
211 *Actus demonstrans liberam voluntatem non purgat metum vigente eadem causa.*
212 *Iuramentum non purgat metum.*
213 *De metu potest agi, quamuis in actu resignationis dicatur, quod sponte, & libere, &c.*
214 *Contra assertionem Papæ contrarium probatur.*
215 *Renunciatio facta mandante iudice tenet non obstante metu allegato.*
216 *Iudex contra ius procedens inducit iustum metum.*
217 *Circunstantiæ, ex quib. metus iudicis reputatur iustus.*

QVAESTIO I.

PRIMO quero, an renunciatio metu facta sit nulla. Communis* opinio est affirmatiua, nam inter alia requisita bonæ, & validæ resignationis, illud obtinet principalem locum † vt debeat esse libera, & volũtaria, vt est communis* opinio omnium doctorum, alias† nõ tenet Host. in sum. tit. de renunc. §. qualiter, Geminian. in c. ordinarij, §. in conferendis, num 3. de off. ord. lib. 6. Rot. decis. 5. num. 2. de renunc. in nou. Perr. Greg. Sintag. iur. lib. 17. c. 18. num. 2. Coras. de benef. p. 1. c. 8. nu. 11. Et ideo communis schola canonistarum, & legistarum concludit renunciationem † factam metu esse nullam Ant. de Butr. Card. Zabarel. Abb. Imol. & * communiter alij in c. 2. 3. & c. ad audiẽtiam de his, quæ vi met. cau. idẽ Ant. de Butr. in c. sup hoc, nu. 6. & nu. 33. de renũn. vbi Imol. nu. 21. Abbas, nu. 9. Idem Abb. in c. ad aures, nu. 3. 7. & 8. & in c. Abbas, nu. 19 de his quæ vi met. cãu. Io. Crot. in c. ex ratione, n. 16. de appell. Soc. sen. in l. 1. nu. 3. ff. de his, qui pẽn. nom. & in l. mulieri, & filio. nu. 8. ff. de cond. & demonst. cum aliis, vt per Card. Paris. cons. 66. nu. 1. vol. 4. & cons. 135. num. 4. eod. vol. Port. Imol. cons. 5. nu. 1. Roffiniac. de benef. c. 19. nu. 1. 5. 10. & 11. Io. Brunor. de sponsal. & matr. concl. 19. nu. 12. Staphil. de grat. expect. tit. de var. mod. vacat. nu. 23. cum seq. Coras. de benef. p. 1. c. 8. n. 10. & 11. Barbat. cons. 30. lib. 3. Rubin. cons. 121. li. 4. Dec. cons. 209. Rebuff. in prax. tit. de resig. metu

fig. metu facta Moedan. decis. 32. in manuscri. vbi refert ita fuisse in Rota, resolutum de mense Apri. 1538. in vna Tarraconen. Canonicatus, & præben. ac pluries etiam, ita fuit pronuntiatum.

Idq. primo ꝓbatur ex c. ad audientiam, de his, quæ vi met. cau. vbi Inn. III. hæc verba scribit Decano, & Subdiacono Linconen. *Ad audientiam nostram magistro G. de Chenel significante peruenit, quod cum Ecclesiam de Chenel canonice fuisset adeptus, & aliquã diu pacifice possedisset, grauissimo tandem Regis metu quod eam resignaret iurare coactus, eam in eorum, ad quos pertinebat manibus resignauit, quia vero, quæ vi metusve causa fiunt carere debent robore firmitatis mandamus, quatenus si eundem ad resignationem cõfiteri vobis per talem metum fuisse coactum, qui potuerit, & debuerit cadere in virum constantem, nõ obstante iuramento prædicto, quo non ad repetẽdum, sed ad resignandum solummodo tenebatur præfatam ecclesiam ei restitui faciatis*

Secundo, in c. Abbas. 2. eod. tit. de his, quæ vi metu cau. vbi Alex. III. scribit Episcopo Virgornien. his verbis. *Abbas S. Cadmondi, a quo R. præsentium lator patrimonium suum tenere dignoscitur milites, & Burgẽses ad domum eius (sicuti accepimus) destinauit, qui eum a domo, & vniuersa possessione expellerent nisi ecclesiam suam penitus abiuraret, quod cum idem R. tali modo coactus fecisset, Abbas alio concessit supra dictam ecclesiam. Vnde, quia, quæ metu, & vi fiunt, de iure debent in irritum reuocari mandamus quatenus prædicto R. cum integritate restituas vniuersa.*

Tertio, in c. 3. eo. tit. vbi Clemens III. hæc verba refert, *Ad aures nostras, te significante peruenit, quod electus quidam in plebanum cuiusdam ecclesiæ ad terrorem laicorum renunciauit. Lectionũque de ipso fuerat a clericis vno excepto vnanimiter celebrata, & infra. Tuæ igitur discretioni præsentibus innotescat quod renũciatio facta ob terrorem laicorum (nisi forte iuramento, vel fide interposita sit confirmata) non impedit quo minus, is qui renunciauit ecclesiæ ad cuius regimen prius erat electus, præficiatur eidem.*

Quarto, in c. accepta, de rest. spol. ibi, *Mandamus quatenus si vobis constiterit, quod præfatus P. nullo metu, vel vi coactus, sed spontanee præfatam ecclesiam taliter abiurauerit, ei super hoc perpetuum silentium imponatis.* Et Doctores omnes in his iurib. notant* communiter.

Quinto hoc colligit Abb. ex c. super hoc, in 3. not. de renuncia dum colligit plura infirmare renunciationem, scilicet uis, metus, violentia, promissio, & datio.

Et ratio huius cõclusionis colligitur ex tribus text. superioribus, quia quę fiunt vi metus ve causa debẽt carere robore firmitatis, vt etiam dicitur in toto tit. ff. & Cod. de his, quæ vi met. cau. Inquit enim prætor quod metus causa gestum est, ratum non habebo. l. 1. ff. quod met. cau. Menoch. cons. 1. num. 271. lib. Burl. cons. 72. num. 30. lib. 1. quæ verba esse diuina scribit. Menoch. quo. arb. iud. cas. 135. nu. 1. nam, vt post Bal. & alios scribit Neuiz. cons. 52. nu. 46. Spiritus Sanctus posuit hæc verba in ore Prætoris.

Ratio rationis, quia metus contrariatur liberæ voluntati, Card. Paris. cons. 2. nu. 29. & cons. 53. num. 49. vol. 4. & vt supra ex communi scripti, renunciatio debet fieri spontanea voluntate.

Amplia hanc conclusionem procedere siue metus interuenerit in renunciatione beneficij, siue dignitatis, nam vtroque casu est nulla resignatio, † etiam si dignitas sit quantumuis maxima, Cald. cons. 1. de renun. & Doct. omnes supra alleg. Dec. cons. 209. Ruin. cons. 121. lib. 4. vbi loquitur in renunciatione Episcopatus † facta metu, namque ratio militat in vtroque casu, vn de idem ius. l. illud. ff. ad leg. Aquil.

Secundo, amplia procedere † siue metus inferatur a personis Ecclesiasticis, But. cons. 2. n. 7. de renun. Dec. in c. ex parte, nu. 24. de rescr. puta ab Episcopo vel alia alia simili persona, Barb. cons. 30. lib. 3. & communiter Doct. supra citati, siue inferatur a ꝑsonis sæcularibus † nam etiam hoc casu est nulla renunciatio, Host. in d. c. 3. nu. 1. Anch. n. 1. Imo. & communiter Doct. de his quæ vi met. cau. Abb. & alij communiter in d. c. ad audientiam, eo. tit. quod probatur, tum in d. c. 3. ibi, *Tuæ igitur discretioni innotescat, quod renunciatio facta ob terrorem laicorum non impedit quominus, &* c. ũ etiam, in d. c. ad audientiam, ibi, *Tandem † Regis metu & c.* & ratio est, quia viget eadem ratio timoris tam in ecclesiasticis, quam sæcularibus personis,

Et hæc ampliatio procedit siue metus inferatur a † Cardinalibus siue ab Episcopis, siue a Vicarijs, & alijs ordinarijs, ac alijs personis, vt ex Doctoribus supra allegatis colligitur, siue etiam inferatur ab † Imperatore, Rege, Principe, Duce, Marchione, & alijs officialibus seu personis, nam in Rege loquitur tex. in d. c. ad audientiam, & ibi* communiter Doct. Butr. in c. quod in dubijs, num. 3. de renun. Dec. d. cons. 209. Ruin. d. cons. 121. vol. 4.

Et procedit etiam in ordinarijs collatoribus. Rebuff. in prax. tit. de resign. metu extor. nu. 2. vers. idem, & ideo in clem. multorum de pæn. ſ. ꝑpenduntur † Prælati inferentes metum, vt clerici renuncient, & ibi Doctor. multa notabilia afferunt.

Tertio amplia, vt sit nulla renũciatio metu facta & si fuerit iũramento † vallata, vt quia iurauit propter metum renunciare beneficium vel in renũciatione iurauit non repetere, Anto. de Butr. in d. c. ad audientiam nu. 1. quod met. cau. Anch. in d. c. ad aures, nu. 2. co. tit. Rot. decis. 7. versi. item si renunciatio, de renun. in nouis. Nauarr. in c. accepta, de restit. spol. Ruin. cons. 121 num. 3. vol. 4. & * communiter Doct. de communi Gargiareus patroci. 2. nume. 9. cum seq. Hipp. Bonacoss. tract. com opi. & ita sæpius audiui fuisse consultum, & decisum.

Et hæc conclusio probatur in d. cap. accepta, de restit. spoliat. ibi. *Mandamus quatenus si vobis constiterit, quod præfatus P. nullo metu, vel vi coactus, sed spõte nec prælibatã ecclesiam taliter abiurauerit, ei super hoc perpetuum silentium imponatis.* Ergo a contrario si huiusmodi † renunciatio iurata, metu esset facta, nulla esset, namque non imponeret perpetuum silentium. Quod autem d. tex. loquatur de renunciatione iurata probatur. quia text. vtitur verbo abiurare, quod † renunciationem † iuratam in hac materia secundum, peritos significat, teste Nauarro in d. cap. accepta, oppos. 6. in fin. vbi ad hoc esse casum optimum dicit, probans etiam, ex cap. si vero de iure iuran. & ex cap. 2. illo titulo, & alij sequuntur.

Et ratio est, quia metus ita operatur ad rescissionẽ actus, vt iuramentum super eo præstitum vires non habeat, vt probatur in auth. sacramenta puberum. C. si aduer. vend. vbi communiter Doct. Soc. Iun. cons. 77. nu. 129. vol. 1. Menoch. cons. 1. nu. 323. vol. 1. & regulare est, vt iuramentum † interpositum super actu nullo vires quoque non habeat, Sal. in d. Auth. sacramenta puberum, in 4. q. Abb. in c. ad nostrã, col. 1. de iureiur. Rip. lib. 1. respon. c. 23. nu. 24. late Tiraquell. in l. si vnquam in præf. nu. 92. C. de reuoc. don. Aret. c. nihilo 96. Corn.

96.Corn.conſ.124 li.3.& conſ.258.colũ.4.li.4. Dec. conſ.45.in princ.& cõſ.170.in 1.dub.Raphael.Cuma.
* conſ.180.Barb.conſ.25.col.4.vol.1.ac* communiter
* Doct.Et etiam communiter*traditum eſt a Doct.vt
21 iuramentum†æquatur naturam actus ſuper quo interponitur,& ſecundum illam reguletur,l.vlt.C.de non
* numer.pec.vbi*communiter Docto.Curt.Iun.in l.ſi quis maior,num.30.C.de tranſact.Fulg.conſ.193.co. 2.verſ.intelligenda eſt igitur,Ia.in l.ſed & ſi quis.§.ſi-ſitum,num.42.ff.ſi quis cãut.late Couar.in c. quãuis, p.1 §.4.num.1.& 2.de pact.li.6.Alciat.reſponſ.157.n. 5.Alb.conſ.1.nume.6.Crauett.conſ.95.nu.4.Gozad.
22 conſ.27.num.19.& recipit tacitas conditiones,† quas recipit actus,Dec.conſ.206.num. 6.& habet tacitam
23 conditionem,†quã habet promiſſio cui adhæret,Dec. conſ.408.num.9.

Huic tamen communi concluſioni obſtat text. in d.c.ad aures,quod met.cauſ.ibi.*Tuæ igitur diſcretioni præſentibus innoteſcat,quod renunciatio facta ad terrorem laicorum(niſi forte iuramento,vel fide interpoſita ſit confirmata)non impedit quominus ii, qui renunciauit eccleſiæ,ad cuius regimen prius erat electus*
24 *præficiatur eidem*. Et ſic renunciarit electioni metu poteſt eidem eccleſiæ præfici non obſtante renunciatione,niſi forte renunciatio huiuſmodi fuiſſet confirmata iuramento, aut fide;ergo iuramentum impedit repetitionem,quod videtur habere rationem,quia iu-
25 ramentum ſemper eſt ſeruandum cum poteſt ſine interitu†ſalutis æternæ,c.cum dilectus,quod met. cauſ. c.ſi aliquid,22.q.3.c.ſi vero,de iureiur. & communi-
* ter*Doct.volunt.

Pro ſolutione plures dantur reſponſiones, per Gl. Abb.& Doct.quas omnes retulit Nauar.in c.accepta, in 6.oppoſ.mihi vero vna videtur ſuſtentabilis, & altera vera,ſuſtentabilis,vt dicamus,d. cap.loqui, de re-
26 nunciatione iuris ad rem,nam loquitur de renuncian te†electioni,Rot.deciſ.6.de elect.in nou.& communi
* ter*Doct.nos vero de renunciante ius in re, ratio ra-
27 tionis,quia difficilius†tollitur ius in rem,quam ad rẽ, arg.l.ſeruus.C.de pact.iuncta l.vlt.C.de acq.poſſ.Vera
28 autem,ſi dicamus,hunc tex.procedere ante†abſolutionem a iuramento obtentam, namque niſi habeat abſolutionem non poteſt eccleſiæ præfici, ſiue iuramentum fuit factum metu ad renunciandum, & poſtea ſecuta fuit renunciatio, ſiue fuit facta renunciatio ob metum,& poſtea interpoſitum iuramentum nolle repetere,& ita reſpondit huic tex.Nauar.dicto cap.accepta,in 6.oppoſit.num.6,illum concordando, cum di. cap.accepta.

Firma igitur remanet concluſio reſignationem & iuratam metu factam eſſe nullam.

Requiritur tamen abſolutio a iuramento ad effe-
29 ctum,vt poſſit agere,&†petere,ac redire ad ſuum beneficium metu renunciatum cum iuramento,ita Inn.
* in c.ad audientiam,quod metus cauſa,& ibi*communiter Doct.Nauar.d.c.accepta.opp.6.num.6.
* Namque*communis concluſio†eſt requiri abſolu-
30 tionem,cum vi,& metu iuratum ſit,vt decidit Afflic.
31 deciſ.322.num.6.quia iuramentum non†poteſt ſperni auctoritate propria,Menoch.conſ.24.nu.25.vol.1.
32 Hinc licet iuramentum† ob enormem læſionem, non ſit obſeruandum, Ant.de Butr.in c.cum contingat,num.13.de iureiur.Comen.conſ.180.Ia.conſilio 133.in fin.lib.4.Dec.conſ.180. nume.6.& conſ. 349. num.3.& conſ.379.col.vlt.Soc.Iun.conſ.48. nume.9. li.1.Alba.conſ.81.nu.54.Rolan.a Vall.conſ.59.nume
10 27.li.1.Curt.Sen.conſ.43.num.25.attamen intelli-
33 gitur†petita prius abſolutione,vt tradunt pene infinl ti Doct.relati a Neuizan.conſ.22.& conſ.23.num.2. & 3.Crauett.conſ.19.num.5.& 6.& conſ.192. nu.11. Rubeus,conſ.12.col.1.& 2. late Couar.in c.quamuis, p.3.§.3.num.3.de pact.lib.6.Menoch.conſ.24.nume.
34 24.& licet actus meticuloſus iuramento vallatus ſit nullus,vt dicunt Doct.ſupra allegati,& Oldr.conſ.35 nu.1.Port.Imol.conſ.5.nu.9.& conſ.101.n.6. Rolan. a Vall.conſ.95.num.28.& 29.li.1.Cach.deciſ. Pedem. 179.n.16.Boer.deciſ.100.n.14.Cef.cõſ.19.vol.1.Alc. conſ.162.n.9.tñ prius requirit abſolutio,namque tale iuramentum licet metu extortum obligat mero iure,
35 & ideo†requirit abſolutionem magis communis opinio,teſte Mich.Graſſ.com.opin.lib.1.cap.7.num.11. de magis communi canoniſtarum,& legiſtarum atte-
36 ſtatur Burlat.conſ.72.nu.25.vol.1.Hinc etiam†iurans ſoluere vſuras debet prius petere abſolution.Io.And. in addit.ad Specul.ſuper rubr. de iure iurand. Imol.in c.debitores,cod.tit.Felin.in cap.1.num.25.eo.tit.Et q̃
37 uis in petenda abſolutione†a iuramento ſuper actu in terpoſito,ad hoc vt ſaltim agere poſſit, partis citatio non ſit neceſſaria, cum immo ea inuita concedatur, Afflict.deciſ.220.num.10. cum alijs multis allegatis per Michael.Graſſ.d.lib.1.com.opi.cap.7.q.15. vbi at
38 teſtatur,de communi:tamen in huiuſmodi abſolutione a iuramento præſtito ſuper actu metu celebrato requiritur partis citatio,Ioan.de Amic.conſ.34.nu.7.& 8.Burſat.d.conſ.72.nume.25.volu.1.Innoc.in cap.ad aures,de eo quod met.cauſ.Guid.Pap.q.140. Dec.in in cap.qua fronte,num.7.de appellat.Curt.Sen. conſ. 65.col.vlt.Ioan.de Selu.de iure iuran. qu. vlt.Couarr. lib.1.ver.reſolut.c.4.cum alijs,vt per Menoch.cõſ.24. num.11.vol.1.
39 Et huiuſmodi abſolutionem†poterit petere etiam ſi iurauerit illam non petere, quia tale iuramentum
40 †illicitum reputatur, Fel.in cap.conſtitutus,nu.9. de reſcr.& in cap.1.num.4.de iure iurand.& in cap.propterea,1.n.19.de ſponſal.egregie Nauarr. d.c.accepta
41 opp.6.nu.9.ſicuti non valet votum†de diſpenſatione voti non petenda,Richard.in 4.diſtinct.38.argum.9. q.3.Et hęc procedunt etiam in reſignationibus, quæ
* ſiunt in curia,in quibus præſtatur de*ſtylo vulgari,&
42 notorio iuramentum quod non†interuenit metus dolus,fraus,&c.Caccialup.de penſ.q.19.n.6. namque po
43 terit†reſignans metu agere,vt fuit*reſolutum in Rota die 1.Februarij,& 9.Martij coram Accorambono in vna Vrbinaten.Monaſterio,vt habetur lib. diuerſ. dec.67.in qua fuit concluſum,quod Archiepiſcopus, qui in ceſſione Monaſterij iuranerat,quod non interuenerat metus,dolus,fraus,nec aliqua ſimonia poterat audiri ſuper metu illato,non obſtante iuramento,qa tale iuramentum reſpicit dumtaxat ipſum actum reſi
44 gnationis,vt tradit Pur. deciſ.269.li.1.& ſtrictè†interpretatur vt minus obligет quam ſit poſſibile, Abb.in c.cum in fraudem,de verb. ſign. & communiter* Doct.ideo non videtur iuraſſe nõ conuenire,& agere
45 Quarto,amplia procedere †in renunciatione pẽſionis,Card.Pariſ.conſ.5.nu.161.vol.4.nam viget eadem ratio.
46 Quinto,amplia procederetetiam ſi collatio ſit alteri facta,Dec.d.conſ.209.Ruin.d. cõſ.121.vol.4.& eſt communis opinio.
47 Sexto,amplia vt conſtitutio†procuratoris ad reſignandum aut cedendum facta per metum ſit nulla ipſo iure,Hoſtien.in capitulo Abbas, quod metus cau. & ibi ſequit Abb.col.penul.verſ.decimus caſus.Imol. col.vlt.verſ.item fallit,& ita in terminis reſpõdit.Dec. d.conſ.

d.conſ.209.nu.5.verſ.tertio queritur,Ruin.conſ.121. nu.20.vol.4.nec in hac reuocatione dicti procurato-
48 ris†requiritur intimatio facienda ipſi procuratori,vel reſignatario,vt reſpondit.Ruin.d.conſ.num.21.limitans hoc modo clem.1.de renunc.vt quando procu
49 rator fuit conſtitutus metu,poſſit etiam†clam reuocari,& num.27.verſ nec,dicit quod iuramentum appoſitum in mandato,quod conſtituens habebat omnia, & ſingula rata,&c.non obligat ad obſeruantiam eius quod ille geſſit.
50 Septimo,amplia vt ceſſio litis†facta propter metum
51 ſit nulla,quo ceſſante cedens poteſt†proſequi ius ſuũ, ita reſolutum in Rota,in vna Tarraconem. canonicatus,& p̃bendę coram Moedan.de Menſe April.1538 teſte eo deciſ.32.in manuſcr.tit.de renunc.eo magis, quia ibi facta fuerat proteſtatio,&c.
52 Declaratur huiuſmodi†concluſio procedere,ſi metus eſt talis,qui cadat in conſtantem virum, Cald.cõſ. 1.de renunc.Ant.de But.in d.c.ad audientiam,num.1. quod met.cau.& ibi cõmuniter*omnes, Card. Pariſ. conſ.66.nu.3.vol.4.Rebuff.in prax.benef.ti. de reſig. met.extor.nu.8.Pet.Gregor.Sintag.iur.lib.17.cap.18. num.2.Barbat.conſ.30 col.2.lib.3.Dec.d.conſil.209. Ruin.conſ.121.li.4.& eſt communis,*& recepta omnium Doct.ſententia.
53 Namque non†omnis metus geſta reſcindit,ſed dũtaxat,qui iuſtus eſt,l.metum.ff.quod met.cau.l.vani ti
54 moris,ff.de reg.iur.c.vlt.de appell.& dicitur†iuſtus metus ex ſnĩa Caij.I.C.in d.l.metũ,qui in conſtãtiſſimũ virũ cadit,& ex ſententia Summi Pontificis,in c.cum dilectus,& in c.veniẽs,& c.conſultationi,q̃ met.cauq cadit in cõſtãtẽ virum,quod idem eſt ſi in conſtantiſſimum caderet,Menoch.de arb.iud. caſ.135. nu.2.
55 nam politiuum†reſoluitur in comparatiuum,&c.contra,Dec.in l.in cõbus cauſis pro facto,nu.2.verſ.& generaliter.ff.de reg.iur.Idem Dec. in cap. vlt. in princ. de appel.laſ.in §.in quadrupli.n.55.de act.Burſ.conſ.
56 72.n.30.vol.1.Iuſtus igitur metus†dr ſi cadat ſ cõſtãtẽ,Car.Pari.cõl.10.n.56.vol.1.& cõl.67.n.40.vol.3.& cõſ.5.nu.17.& conſ.54.nu.2.vol.4. cõis *regula teſte
57 Mandoſin capit.1.n.24.de off.de leg.& ſufficit,Corne conſ.41.nu.7.vol.2.Gelf.Hug.conſ.14.n.5.& 6.& conſ.105.num.9.Bero.conſ.35.nu.20.vol.1.Rebuff. lib.2.de reſciſſ.contract.Gl.12.art.1.in princ.n.2.& 3.

Et quia non omnes homines eiuſdem cõditiones
58 ſunt,nam†aliqui ſunt conſtantes,aliqui conſtantiſſimi alij vero timidi,Menoch.de arb.iud. in dict. caſ; 135. nu.2.Ideo communiter*Doctores voluerunt relia
59 qui arbitrio iudicis†qui metus cadat in cõſtantem virum,Glo.ſin l.interpoſitas,verb.cruciatum.C.de tranſact.vbi Bald.Glo.in cap.penult.quod met.cau.Abb. in cap.cum virum,num.8.de regul.Card.Pariſ.conſ. 53.num.60.& conſ.60.num.17.& conſ.193.nu.10.& 12.& conſ.170.num.19.vol.4.Socin.Iun.conſ.77.nu. 45.vol.1.Neuizan.conſ.46.num.17.Alciat.reſponſ.5. num.5.cum alijs,vt per Menoch.loco citat. de communi Conar.de ſponſal.2.par.cap.3.§.4.nu.8.Suarez, com.opin.verb.metus,num.147.Ber.conſ.51.num.2. &3.lib.1.& conſ.69.num.3.Ceſalus.conſ.295.nu.19 Riminald.Iun.conſ.15.nu.7.in prin.lib.1.Bellen.cõſ. 18.nu.15.Brun.conſ.82.nu.6.qui iudex arbitrabitur
60 iuxta qualitatem perſonarum Inn.in d.c.cũ dilectus quod met.cau.Aret.cõl.24.Dec.in l.in omnibus cauſis.ff.de reg.iu.nam minor metus cadit in fœminam,q̃
61 in virum,Glo.in eandẽ locum,de ſponſ.Card. Pariſ. conſ.26.nu.64.vol.3.Dec.in c.penul.nu.1.de appel.cũ alijs,vt per Tiraq.de leg.connub.p.9.n.160.Port.cõſ.
62 101.n.8.& minor†in puerum,quam in virum, Menoch.de arb.d.caſ.135.nu.5.& minor vbi adeſt,princeps,quam vbi†non adeſt,iuxta ea quæ ſcribit de curia. Rom.Card.Pariſ.conſ.66.n.4.vol.4.Oldr.conſ. 251. col.1.Ias.conſ.72.col.1.in fi.lib.1.Crauet.conſ.253.n.
64 4.Barb.conſ.30.col.2.li.3.Et omnibus†plonis timor mortis,vel cruciatus inducit iſtum metum Alex.conſ.
65 99.n.3.vol.3.Pariſ.conſ.60.n.12.vol.4.etiam ſi factus liter vis non inferatur Pariſ.conſ.53.n.58. 59. cũ.ſeq. vol.4.vbi,n.57.dicit nõ teneri expectare vulnus & qñ timinet piculũ filijs,l.illi qdẽ,qđ met. cau.Aret.cõ.
66 ſi.14.nu.15.Soc.ſen.conſ.77.num.38.vol.1.Roland. conſ.2.num.66.& 68.vol.1.Pariſ.conſ.67.nu. 39.vol.
67 3.ob magnum amorem patrum†erga filios,vt licet videre ex adductis per Tiraq.in l.ſi vnquam,in præſ.nu.
68 78.C.de reuocand.don.nam pater,& filius,vnaſ & eadem perſona cenſentur,l.vlt.C.de impube.& alijs, ſubſti.§.ei qui,inſt.de inutil.ſtip.Card.Pariſ.conſ.84.nu. 48.vol.1.Port.Imol.conſ.92.Grammat.deciſ.27.nu. 8.& deciſ.48.num.15.Martian.conſ.5.num.66. Ita ẽt
69 iuſtus metus eſt timor†mortis aſſinium,Bar.in leg.de pupillo,§.ſi quis ipſi,num.19.ff.de oper.nou.nuncia.
70 Grammat.conſ.13.num.18.& metus amiſſionis†omnium bonorum,Bart.in l.ſi ob turpem.nume.6. ff.de
* cond.ob turp.cau.Dec.conſ.690.num.8.& eſt* communis opinio omnium Doctorum,vt latius dicam in fra.

Dubium eſt autem quomodo probetur metus, & quidem in primis ſcire oportet†metum non præſumi niſi probetur Bal.conſil.63.q.1.li.1.Alciat.conſ.504. num.8.Card.Pariſ.conſ.5.num.168.vol.4.& conſ.60. num.20.cod.vol.Alba.conſ.4.n.36.Crauet.conſ.115. num.13.Cacherin.deciſ.142.num.7.Viu.com.opini. verſ.metus,cum alijs,vt per Maſcard.de prob.concluſ.
72 1051.& eſt ratio,quia†delictum non præſumitur,leg.
73 merito,ff.pro Socin.& ſi præſumeretur† metus,præſumeretur delictum.Alciat.de præſumpt.reg.3.præſum. 7.num.1.Gabriel.ſuis concluſionib.tit.de maleficijs,
74 li.7.concl.2.& ideo alleganti † renunciaſſe ob metum incumbit onus probandi illum metum Bald. Aret. & cæteri,in l.interpoſitas.C.de tranſact.Alciat.conſ.97. num.34.Port.Imol.conſ.101.num.8.Rebuff.tract.de reſciſ.contract.glo.12.art.vni.num.2.Plot.in l.ſi quando,num.77.C.vnde vi Maſcard.de prob.concl.1052. num.1.Card.Pariſ.conſ.26.num.66.vol.3. Caputaqu.
75 deciſ.221.num.1.p.2.& a noſtratibus difficilis†,probationis reputatur Card.Pariſ.cõl.83.num. 61.& conſ. 60.num.2.1.vol.3.Menoch.de arb.iud.caſ.216. num. 17.nam metus†ſolet clam inferri,glo.in l.ſi cum exce
76 ptione.§.in hac actione,verbor.ignorantiam. ff.quod met.cau.vbi Ang.Alex.conſ.24.num.8.li.2. & conſil. 156.num.1.li.5.Corn.conſ.41.col.3. vol.2. & conſil. 124.num.4.vol.3.Alba conſ.77.num.9.

77 Et quia metus†conſiſtit in mente, nam eſt inſtan-
78 tis periculi,vel futuri cauſa mentis trepidatio,l.2.ff.qp met.cau.Anch.conſ.299.Burſat. conſ.72.num.10.& 79 metus,dicitur qualis†mentem tenens Card.in clemen.
80 cauſam.§.verum,de elect.& per teſtes † probari metũ
* ſcripſere*communiter Docto.poſt Abb.in ca.ſuper hoc,de renunc.& in ca.2.de reſtit.ſpol. & per litteras,
81 vt per Ruin.conſ.121.vol.4.& teſtes probabunt habi-
82 to*reſpectu ad dignitatem,opinionem,ac numerum, Abb.in d.c.ſuper hoc,nume.14.23. 24.28. & 51.& hi
83 teſtes†non debent interrogari negatiue, videlicet qđ non vi metu renunciauit,&c.Sed affirmatiue hoc modo qua cauſa N.renunciauit,&c.& hanc eſſe proxim.
* formandi articulos,& interrogandi teſtes tradit Ioã. Andr.

Addr. quem refert, & sequitur Abb. in d.c. super hoc,
84 num. 28. & qui deponunt super metu † habent præsumptionem pro ipsis, nam dicit Clemens III. in d.c. super hoc, & de renunc. *Tuæ experientię respondemus, quod nulla ratio hoc verisimile reddit, vt quisquam beneficium multis forte expensis, & laboribus acquisitum, quo substentari debet facile sine magna causa sua spe* ✱ *te* resignet. Hinc* cõiter scribunt Doct. magis credi †
85 duobus testibus deponẽtibus de metu, quam decem, & mille deponentibus de spontanea voluntate, Inno. in d.c. super hoc Angel. in l. non est verisimile, ff. quod met. cau. Alex. cons. 156. num. 3. vol. 5. & cons. 99. col. 3. & cons. 100. col. 2. lib. 3. Barb. cons. 54. col. 1. lib. 1. & cons. 66. col. 4. eo. li. 1. Fel. in c. in nostra, col. 2. de testibus. Dec. cons. 209. col. 1. & vlt. cum alijs congestis per Card. Paris. cons. 53. num. 62. vol. 4. Alciat. de præsum. reg. 3. præsump. 7. num. 5. Goradin. cons. 9. col. 2. in fi. Grat. cons. 38. col. 4. lib. 2. Boer. decis. 100. num. 3. Gra mat. cons. ciuil. 51. & cons. 91. col. 2. cum infinitis alijs cumulatis per Mascard. de prob. concl. 1053. num. 1. de communi Dec. in c. vlt. col. vlt. de app. Suarez li. cõmuni opin. lit. M. num. 157. Bursat. cons. 72. nume. 48.
86 vol. 1. nam deponentes de spontanea † voluntate depo nunt de actu mentali, & inuisibili, qui soli Deo notus est, & deponunt in genere, deponentes vero de metu
* spolium in fauorem tertij,quã opinionem tenuit Rota,in vna* Barchinonen.coram Card.S.Crucis,de mẽ
* se Nouembris,1546.vt patet in recollect. manuscri. per ipsum decis.173.& fuit etiam resolutum in vna Abulen.coram Illustriss.Card.Aldobrandino bon.memo. 29.Decemb.1557.vt habetur in lib.diuers.decis.209.
* quod quoque fuit firmatum in vna* Imol. Canonicatus,& præben.coram Pelegrino,teste Caputaq.decis. 241.li.1.in manuscr.Idem Pelegrin.decis.257.lib.2.in recollect.manusc.

Ratio est,quia licet cesserit ius,dominiũ & posses-
70 sionem,non tamen actionem†spolij,quæ post cessio-
* nem etiam spõtaneam durat,& viget,& de stylo* Rotæ nunquam censetur cessa actio spolij, nisi expresse dicatur,vt attestatur Cott.decis.319. ex qua patet responsio ad argumentum in contrarium adductum, nam licet abdicetur ius, remanet tamen actio spolij, & per

& per consequens licet cesset ratio,dicti cap. sollicite,quia non est verisimile sponte, &c. militat tamen hæc,quia non videtur renunciatum actioni spolij.

Nec obstat,quod non habet detentationem, nam
71 respondetur,quod habet actionem, quam qui habet† rem habere dicitur,& ea quæ dicit Cassad.communiter a Doctoribus,& Rota reprobantur,Caputaq.decis.241.lib.1.

Hanc tamen conclusionem limita primo non procedere quoties resignans post spolium in fauorẽ ter-
72 tij†cederet etiam actionem spolij, nam hoc casu non poterit agere actione spolij,ita scriptum reliquit Caput.decis.241.lib. 1. vbi attestatur ita dictum fuisse in
* dicta* Imol.Canonicatus,& præben.coram Pelegrino,vt ipse etiam Pelegrin decis.275.li. 2. in recollect. manuscr.testatur.

Limita secundo, non procedere quoties constaret
73 renũciasse ex aliqua† causa,nam tunc non debet resti-
* tui,vt fuit resolutum,teste* Achil.de Grass.doc.328. alias,11.de restit.spoliat.in manusc.vbi spoliatus,renũciauit in fauorem tertij asserendo se esse senem,& nõ posse litigare.

Limita tertio nõ procedere quoties†spoliatus fuis-
74 set subrogatus in locum resignatarij,etiã quo ad possessionem:nam hoc casu non posset agere,vt fuit pro
* nunciatum* in Rota die 5. Nouembris, 1548. coram Fabio,in vna Præstimoniorũ,teste Achille de Grass. decis.329. alias,12.tit.de restit.spoliat.in manuscri. ex traditis per Bellam.decis.351.Bonif.de Vital.in clem. 1.col.6.vers.5.concl.vt lit.pend.& de hac decisione attestatur etiam Put.decis.175.libro.3.& ratio est,quia iste subrogatus,qui eum spoliauit non potest dici sim
pliciter tertius,cum sit†subrogatus in locum resigna-
tarij,& quemadmodum non poterat agere contra il-
75 lum,†ita neque contra subrogatum,§.fuerat,in Instit. de actio.Marian.Socin.Iun.in cons.33.num.4.& 17. vol.3.Dec.cons.433.num.20.Bertand.cons. 73.nu.3. lib.4.Port.cons.97.num.11.& cons.167.nu.104.Ioã. Crot.cons.77.num.13.Roland.cons.68.nu.45. lib.1. cætera vide per Put.d.decis.175.li.3.

Sed hic contigit dubitari,si iste tertius in cuius fauorem facta est resignatio post spolium,sit subroga-
tus etiam quo ad possessionem,An nihilominus pos-
sit agere spolio,Bellam.decis.351.sub rubr.de præbẽ.
76 tenuit,quod subrogatus,quo ad possessionem† consecatur subrogatus ad interdictum competens predecessori,& sic quo ad actionem spolij,de qua decisio. late Sarn.de subrog.q.9.Hinc subrogatus gratiose capiẽs
77 possessionem lite†pendente non videtur attentare,ut
* fuit resolutum,in vna* Cæsar augustan.parochialis coram Illustrissimo Cardinali Aldobrandino. bon.memo. 10.Decemb.1557.teste Illust.Card.Paleot.deci. 102. & in alia Perusi.sanctæ Crucis.19.Octobris,1558.& & 24.Decemb.eiusdem anni,teste,eod.Paleot.decisi.
* 119.& ita fuit sententiatum, & * seruatum in multis causis,teste Moedan.decis.327. fuit resolutum in recoll.manuscr.

78 His tamen † non obstantibus contraria opinio est verior,quod subrogatus etiam quo ad possessionem non uideatur subrogatus quo ad actionem spolij,nisi
79 expresse de spolio fiat mentio in†subrogatione,quam sententiam tenuit Sarn.in reg.de trieun.qu.1.col. 9.n.
* 13.vbi attestatur hũc esse stylum * hodiernum, & ita
* fuit decisum in d.Imo.* Canonicatus; & præbendæ coram Pelegrino,teste Caputaq.deci.241.li.1.& dec. 391.eodem lib.1.& decis.391.eod.lib.attestatur etiam ipse Peleg.decis.275.lib.2.

80 Ratio est,quia actio competẽs†spoliato est personalis,& ideo non transit in subrogatum, qui nec est læsus,nec spoliatus,vt tenuit Cot.in vna Pampilonen. Prioratus sancti Crucifixi coram Moedan.11. Maij,
81 1555.Ius enim defuncti extinguitur, & creatur nouum†in personam successoris,Ioan.Andr.in cap.2.vt lit.pend.lib.6.in nou.& in c.si tibi absenti,de præben. eod.lib.specu.in tit.de sent.§.nunc de effectu,in fin. Rot.decis.13.de procur.in fi.& decis.1.circa fin.de locat.in nou.cum alijs adductis per Sarn.de trien.q.13. vbi latissime.

Non obstat decisio Bellam.351.nam respondetur, quod illa decisio non tenetur quo ad spolium de sty-
lo,& male loquitur,quo ad subrogation simplicis pos
sessionis,Rot.decis.4.vt lit.pend. in nou.vt attestatur Sarn.dic.nu.11. de trienn.& idem.Sarn.de subrog.q.9.

Idemque erit si in resignatione in fauorem certæ p
sonæ fuit facta mentio de lite super beneficio in eũ-
tum,in quem esset litigiosum cum gratiosa subroga-
tione,nã nihilominus resignatarius non poterit ꝓsequi iudiciũ spolij,quia non fuit facta mẽtio de lite super
82 spolio,vt requiritur,ita fuit* resolutum in Rota in d. Imolen.canonicatus,& præbendæ coram Pelegrino, teste eod.decis.275.lib.2.in manusc.

Limita tamen non procedere,quoties mortuo spo
liato,Papa conferat,& gratiose subroget, nam hoc ca
su subrogatus gratiose potest agere†spolio,Caputaq. decis.10.lib.2.in manusc.

Ex his notanda est conclusio communiter per
84 Doctores recepta,quod actio spolij competens super aliquo beneficio potest cedi in fauorem alicuius, So
cin.sen.in l.rem quæ nobis,ff.de acquir.possess.Rip.in cap.sæpe,de restit.spoli.Bal.cons.309.super quo puncto,lib.3.Sarn.in regul.de trien.q.11.col.antepen.vers. secundus casus,Cott.decis.319.& 320.Caputaquen. decis.10.lib.2.in manuscrip.Idem Caputaq.decis.241. eod.lib.1.Card.S.Crucis,decis.173.& communiter * Doctores,& ita fuit dictum in vna * Abulen. coram bon.mem.Aldobrandino,& in alia Militen.coram de Rubeis,& in alia Brachan.coram Card.S.Cruc.vt col ligitur ex supra adductis.Et ideo quis potest promit-
85 tere per†pactum se non acturum spolio,Glos. in cap. ex insinuatione,de procur.Rot.decis.3.& 4.eod.tit. in antiq.Alexan.cons.93.lib.5.num.5.Carn.Paris.cõs. 1.nu.151.vol.1.communis* vt late resoluit Iacob.Menoch.tract.recuperan.possess.1.remed.nu.281.

Septimo dubitatur,Quid teneatur probare spolia-
tus beneficio?recepta est Doctorum sententia debere
86 in primis probare†possedisse cum spoliaretur, Inn. in cap.sæpe,col.2.sub num.2.vers.immo plus, de restit. spoliat.Lap.alleg.51.nu.6.Ancha. cons.42.nu.2.Alex. cons.6.col.3.num.5.lib.3.vbi attestatur de communi & cons.91.num.3.lib.6.Corn.cons.35.num. 5. vol.1. de communi etiam Dec.cons.252.sub num.1.Socin. Iun.in cons.128.nu.28.vol.2.Rolan.cons.6.nu. 36.li. 2.Natt.cons.101.num.3.lib.1.Rot.decis.5.de rest.spo
87 liat.in antiq.Nam spoliatus†suo beneficio dicitur ille, qui semel illud possedit,vt colligitur ex responso Vlpiani in l.1.§.obiicitur,ff.de vi & vi arm.& habetur in cap.vlt.§.obiicitur, verbo non enim probatur,3.q.1. Bald.in cap.Ecclesia Sutrina,col. 4. vers. 5. item nota
88 de caus.poss.& propriet.& qui non†possedit, non potest dici spoliatus,Corn.cons.8.lib.1.num.2.& cons. 117.num.7.lib.4. Iacob. Nouell. in prax. Crimin. tit. spoliatus de facto incipit vulgaris regula,num.44.Me
89 noch.in prælu.recup.possess.num.1.cum priuatio†præ supponat habitum,l.decem.§.decem,ff.de verb.oblig.

sicut

neque etiam a simili dicitur spoliatus, qui possidet non potuit, puta cum clericus dicat se spoliatum ore, & petat restitui, & laicus dicat spoliatum se fuisse beneficio, cap. causam, de præscrip. Abb. in cap. ex parte, in fin. de restit. spoliat. Rip. in l. naturaliter, § nihil commune, nu. 81. ff. de acquir. possess. Cravett. cõs. 322. col. 5. Ob id per probationem possessionis antiquioris nouæ præsumitur clandestina, & vitiosa cap. licet causam, de probat. cum duo insolidum possidere non possint. l. 3. §. ex contrario, ff. de acquir. poss. Bart. in l. si duo, in princ. nu. 4. ff. vti possid. Ruin. cons. 12. num. 10. vol. 4. Afflic. decis. 327. num. 2. Rolan. a Vall. cons. 32. num. 10. li. 4. & spoliatio statis videtur ex hoc probata, Bald. cons. 217. col. 1. sub num. 1. lib. 2. & clarius in l. 3. col. penult. n. 20. C. si à non compet. iudic. Alexan. cons. 6. num. 3. lib. 3. sequitur Afflic. dict. 327. num. 2. Decian. respons. 37. nu. 56. vol. 3. Ber. cons. 58. nu. 2. vol. 3. Cesal. cons. 236. num. 10. Pont. de spol. li. 2. cap. 14. num. 80. quod quomodo procedat latissime declarat, & optime Mascard. de probat. conclus. 1322. nu. 5. 6. 7, vsque ad num. 35. Et sola probatio possessionis quamuis in profanis sufficiat, in quibus etiam prædo est restituendus ca. in literis, de restit. spoliat. in beneficialibus tamen non sufficit in quibus exactior probatio requiritur Rot. decis. 20. de restit. spoliat. in antiq. Inno. in cap. constitutus, de fil. presbyt. cum prohibeatur vitiosus ingressus, cap. 1. de eo, qui mitt. in possess. Gemin. cons. 147. col. 2. & propterea communiter est receptum in beneficialibus probationẽ solius possessionis non sufficere, quia etsi sufficiat præsumptũ titulum, cap. si a lede, de præben. in 6. non tamen ex sola probatione possessionis in beneficialibus oriretur effectus restitutionis in spolio, cum ad beneficium restitui nequeat carens canonica institutione, Quæ ex stylo saltem deducenda ex colore iusti ingressus, cap. 1. de regul. iur. in 6. capitulo ex frequentibus, de instit. Glos. in clement. 1. de caus. possess. & ppriet. Innoc. in cap. in litteris, de restit. spoliat. Oldrad. consilio 11. columna 3. Bellame. decis. 49. Castad. decis. 1. nume. octauo. & decis. 4. num. 7. vbi dicit hanc esse communem, & obseruatam in Palatio, de restit. spoliat. & decis. 4. de sequestr. possess. de communi etiam attestatur Abb. dict. cap. in litteris 3 num. 15. & 25. Pontan. de spol. cap. 15. num. 137. & hanc esse triuialem, & communem consuetudinem Rotæ dixit Sarn. de trienn. q. 24. col. 2. & recipi à stylo attestatur Butr. dict. cap. in litteris, col. 9. Imol. in clement. 1. col. 15. de caus. possess. & propriet. Put. decis. 137. libr. Dec. cons. 220. col. 2. Capic. dec. 6. num. 3. Ferret. cõs. 322. col. 2. & infinitos congerit, Menoch. 15. remed. recup. possess. num. 458. & sic in beneficialibus spoliatus debet possessionis suæ titulum iustificare, Glos. in clement. vnica, in fin. de caus. possess. & propriet. Rot. decis. 1. nu. 2. de restitut. spoliat. in nou. & decis. 2. eod. tit. & lib. & decis. 20. eod. tit. in antiq. Franc. in cap. ad decimas, num. 6. de restit. spoliat. in 6. Lap. alleg. 51 n. 9. Alexan. in l. naturaliter, §. nihil commune, num. 25. ff. de acquir. possess. D. meus Paris. cons. 12. num. 2. vol. 4. Sarn. de annal. possess. q. 57. num. 6. Gemin. cons. 147 sub num. 2. Guido Papa decis. 85. communis opinio, vt attestatur Bellamer. dec. 553. Alexan. loco cit. Abb. in q. 4. incip. Titius clericus. col. 8. in 2. dub. sub num. 10. Bened. Capr. in cap. litteris, de restit. spoliat. & ita practicari tradit Card. Alex. in c. 1. col. 9. 3. q. 1. & ita esse de stylo Rotæ attestantur. Castado. decis. 4. nu. 7. & decis. 8. num. 2. de restit. spoliat. Sarn. de annal. possess. q. 57. num. 6. vers. ramen contraria opinio hodie practicatur, & ita vsu esse receptum attestatur Mascard. de probat. conclus. 1322. num. 3. in fin. Verum non exigitur exacta probatio veri tituli, nam sufficit forma quædam extrinseca sui facie valida, & sic possessionem privatam ex aliquo colore iustificare, Inno. in cap. parte de restitut. spoliat. Butr. dic. c. in litteris, Lap. alleg. 30. vers. vlt. Bellam. decis. 455. Socin cons. 13. num. 25. lib. 4. Gemin. cons. 147. lib. 2. Castr. cons. 264. col. 2. Petr. Beninten. conclus. vigesimotertio. numero. quinto. & sexto. Bertan. consili. 2. numero 18. par. 1. Olasc. decis. 116. num. 7. & alij communiter, vt per Menoch. rem. 15. recup. possess. num. 463. Et probatur hic color ad effectum restitutionis super spolio in beneficialibus, Primo si fuerit deductum, & probatum spoliatum habuisse ab eo beneficium qui auctoritatem habebat instituendi, Innoc. in cap. in litteris, in Glos. circa finem, de restit. spoliat. vbi Butr. col. 4. Archid. in cap. 1. de eo qui mitt. in possess. caus. rei seruan. lib. 6. Ioan. And. in addic. ad Specul. in rub. de restit. spoliat, Rot. decis. 5. eod. tit. in antiq. vbi etiam attestatur hoc seruari in curia Romana, & decis. 12. eod. tit. in nou. & decis. 13. eo. tit. & lib. & communiter Doctor. & sufficiet spoliato probare, vel possessionem habuisse per traditionem clausium, iuxta decis. 21. de restit. spoliat in antiq. nec requiritur, vt spoliatus ostendat litteras: Castad. decis. 8. num. 1. de restit. spoliat. Caputaq. decis. 394. lib. 1. in manuscr. Sarn. de publ. q. 7. num. 5. immo ex sola supplicatione signata Sarn. de non iudican. q. 5. Castad. decis. 4. nu. 3. de caus. possess. & propriet. Put. deci. 226. li. 2. Moedan. decis. 306. licet de *stylo ex constitutione Iulij III. non seruetur.

Secundo probatur hic color ex confessione licet obiter facta per spoliantem, Rot. dec. 19. de restit. spoliat. in nou. Butr. dict. c. in litieris, col. 6. Abb. nu. 25. de rest. spolia. Felin. cap. olim num. 11. de rescr. Castad. decis. 1. num. 5. super reg. Cancell. & decis. 8. num. 6. de restit. spoliat. Bisignett. decis. 2. col. 2. de lit. contest. Bellam. decis. 96. Sarn. de trienn. q. 39. Pelegrin. decis. 180. in mãuscr. communis opinio, vt colligitur ex his, quæ scribit Pontan. dic. c. 15. de spol. num. 148.

Tertio deducitur huiusmodi color ex possessionis diuturnę, Butr. Abb. & alij omnes dic. ca. in litteris, Rom. cons. 565. Bellam. decis. 455 in fin. nã ex longa possessione beneficij oritur præsumptio canonici ingressus, Roman. cõs. 217. in fi. sicuti diutius persistens in quasi possessione prælaturæ præsumitur talis qualẽ p id tps se fecit, Ang. in l. q aliena. in princ. ff. de acquir. hæred. Federic. de Sen. cons. 103. Dec. in rubr. de fid. instrum. num. 17. & ad hoc sufficit possessio decem annorum, Felin. in cap. illud, num. 6. de præsumpt. & in cap. Albericus, num. 4. de testib. Anchar. cons 117. in fi. & eo magis si fuerit antiquior Alexan. cons. 6. num. 3. libro primo Dec. consilio. 85. numero 7. & consilio. 586. numero secundo. Card. Paris. cons. 25. numero. 62. volum. primo. Hinc si quis fuit longo tempore reputatus clericus, & existat in quasi possessione beneficij etiam curati, habet fundatam intentionem, licet non habeat litteras ordinium, quia præsumitur ordinatus, Host. Anton. de Butr. Abb. & communiter, in ca. illud de præsumption. Deci. in capitulo. primo numero. 48. de fid. instrum. Hostien. in capitulo. primo de cleri. pelegr. Barbat. in addit. ad Bal. in l. siue possidetis, in quarto. oppos. C. de probat. Cravet. de antiq. tempor. tertia parte. in fin. numero. 52. Ita qui possedit beneficium per triginta, & plus annos, licet non habeat litteras, præsumitur collatio, Dec. consilio. 118. numero. secundo Hostien. Abb. & alij

alij in dict. cap. illud, & ideo reputatur calumniosa petitio vilitatoris petentis litteras Gemin. in capit. si iudex, §. vlt. num. 4. de sent. excomm. li. 6. & alias cum hic casus contingeret in sacra congregatione Episcoporum, ita respondit congregatio in vna * Nolen. visitationis.

Accedit quia qui semel possedit præsumitur continuare, Archid. in c. Pontifices, num. 2. 7. q. 1. Roman. cons. 329. num. 12. Alex. cons. 33. nu. 3. vol. 1. communis * opinio, teste Mascard. de probat. cõclus. 1195. vbi illam exornat, & comprobat.

Quarto, elicitur hic coloratus titulus ex testimonio de auditu a spoliato, qui possidebat, Rot. decis. 8. de restit. spoliat. in nou. Felin. in c. Albericus, & in c. ex parte in princ. eod. tit. Bellam. dict. decis. 455. in fin. Pontan. dict. c. 15. nu. 115. & alii sequuntur.

Quinto elicitur hic coloratus titulus ad fauorem resignatarij agentis super spolio, ex narratiua suæ resignationis facta in litteris expeditis continentibus reseruationem certæ pensionis ad fauorem resignantis, vt fuit resolutum in Rota, teste Sarnen. de trienn. q. 39. in fi. Crescent. decis. 62. quod declara late, vt per Pontan. dict. c. 15. num. 144. cum sequen. vbi etiam po nit alios modos, Et sic leuis probatio ad hoc sufficit, Rot. decis. 10. vt lit. penden. in nou. Mascard. de probat. conclu. 1322. num. 1. & ideo etiam hic color. deducitur ex institutione etiam non consulto de præuia præsentatione, Rebuff. de pacif. possess. num. 32. & ex confirmatione electionis, Mil. in verb. electio, decis. Tholosan. 431. ac per expectatiuam, vt sæpius fuisse decisum * in Rot. testatur Sarn. de trienn. q. 24. num. 4. Pelegrin. decis. 75. Ioan. Paul. dec. 110. Achil. de Graf. decis. 4. & 6. de rest. spol. Accorambon. decis. 36. Moedan. dec. 134. oẽs in recoll. manuf. & quoties agitur de spolio possessiõis sufficit, si sola quasi possessio, ex qua dabitur restitutio ad eundem pristinum statum perceptionis, Castad. decis. 11. nu. 8. de rescr. Moedan. decis. 153. Gig. de pension. q. 47. num. 10. & seruatur in * *praxi.

Cum igitur ad dandam restitutionem in beneficiis spoliato requiratur probatio tituli eo modo, vt * deductum est a mple, sequitur conclusio * communiter a Doctoribus recepta non esse dandam restitutionem ei, qui beneficium possidere non potuit, neque potest, cum clare, & notorie constet de iure non petentis, Alex. in l. naturaliter, §. nihil commune, nu. 24. ff. de acquir. possess. vbi Rip. num. 81. Ant. de Matth. num. 42 Afflict. in commentar. ad Constit. Regni, li. 1. rubr. 24. de violentijs circa possessiones, num. 35. & 36. & est * communis opinio, vt patet ex his, quæ scribit Menoch. in 15. remed. recuper. possess. nu. 433. & ita seruari de stylo attestatur Rot. dec. 2. de restit. spoliat. in nou. & est ratio, quia frustra de possessione tractatur, cum ille possidere non potuit, neque potest, & non entis nullæ sunt qualitates, l. 3. ff. de vsufruct. l. eius qui in p uincia, ff. si cert. petat.

Quod poterit primo exemplificari in laico, qui dicat se spoliatũ beneficij, nã cum spũalia possidere nõ possit, c. cãm, de sic. c. 2. ubi oẽs, de iud. non venit restituendus, Ber. in c. in litteris, num. 87. vers. 7. fallit & num. 93. de restit. spoliat. Craue. cons. 322. col. 4. vers. 6exto principaliter, Olascus decis. 116. num. 2. communis, teste Menoch. dict. 15. remed. recuper. possess. nu. 435. in fin.

Secundo, in intruso, qui habuit possessionem bullis non confectis, vel absque auctoritate superioris, Gemin. cons. 106. col. 3. cum alijs, vt per Cravett. cõs. 322. col. 2. Intruso enim solet titulum & possessionẽ annullare, Rip. in l. naturaliter, §. nihil commune, nu. 7. Ferret. cons. 1. nu. 3.

Tertio in eo, qui non fuit promotus ad presbyteratum intra tempus præfixum in c. licet canon. de elect. cum haberet beneficium curatum, Cravett. cõs. 104. num. 3. & cons. 322. col. 4. Rebuff. de pacif. poss. num. 192. & in praxi de non promot. intra annum, num. 71.

Quarto in simoniaco, qui non venit restituendus, Fran. de March. q. 497. nu. 13. Rip. in d. naturaliter, §. nihil commune, num. 91. & ibi Anton. de Matth. nu. 44. cum priuetur ipso iure, Card. Paris. cons. 15. nu. 13. & cons. 29. num. 14. & cons. 30. num. 15. vol. 4. Sarn. de trienn. q. 12. & non habeat titulum, Felin. in c. nisi cum pridem, de pact. Dec. cons. 118. num. 1.

Quinto in hæretico, qui non debet restituti, Rip. dict. §. nihil commune, num. 88. Ber. in c. item cum qs num. 42. de restit. spoliat. cum non habeat titulum, c. 1. 2. & 3. 23. q. 1. Cappell. Tholosan. decis. 120. Rebuff. de pacif. possess. limit. 4.

Sexto in excommunicato qui nõ restituitur, Abb. in cap. cum quis, nu. 9. Boer. num. 40. de restit. spoliat. Bellam. in c. vlt. num. 15. de ord. cogn. Rip. dict. §. nihil commune, num. 86.

Septimo in eo, qui non intelligit idioma loci, vbi ẽ beneficium curatum ad quod petit restitui, Menoch. de recup. possess. remed. 15. num. 441. ex reg. Cancell. de idiom.

Octauo, in minore, Doctores* omnes in cap. cũ in cunctis, §. inferiora, de elect. Rebuff. in prax. tit. de dispens. ratione ætatis, Roland. a Vall. cons. 47. nume. 58. lib. 2.

Nono, in eo qui habet beneficium curatum, & petit restitui ad aliud, Doctores, in c. de multa, de pben. cap. 17. sess. 24. Conc. Trident. Rot. decis. 1. de restit. spol. in nou. Roman. cons. 499. col. 1. Cravet. cons. 58. num. 9. Ber. q. 80.

Decimo, in omnibus casibus in quibus constaret de notorio defectu proprietatis, nam his casibus restitutio ad beneficium, late Cravett. cons. 290. num. 8. & cons. 302. n. 6. Curt. Iun. cons. 127. n. 6. Nacet. cons. 474 num. 37. lib. 2. Menoch. dict. remed. 15. recuperan. possess. num. 438. latissime Mascard. de probat. conclus. 1326.

Vndecimo, in omnib. casibus in quib. obiiceretur alicui, quo qs ipso iure priuaretur dñio, & possessione, Abb. in c. item cum quis, nu. 9. & 10. de restit. spoliat. & ibi Ber. num. 42. & alij, Rip. in d. §. nihil cõc, n. 92. Fran. de Marc. q. 497. n. 11. & 12. Menoc. di. remed. n. 330. recup. poss. & remed. 1. n. 137. nam cũ ipso iure sit priuatus, non dicitur posse possidere aliqd Glos. in cap. quo iure, distinct. 8. Et ideo alia crimina, quæ non priuant ipso iure nec impediunt restitutionem, Abb. dict. cap. item cum quis, num. 3. Franc. de March. dic. q. 497. num. 1. siue per viam accusationis, vel inquisitionis obiiciantur * cõis opi. teste Rip. d. §. nihil commune, nu. 55. siue de iure ciuili, siue de iure canonico, Ias. in l. si te, in fin. C. de iur. delli. Matesil. not. 195. Afflict. decis. 119. nume. 6. quod limita in casu Rotæ, dec. 10. de restitut. spoliat. in nou.

Duodecimo potest hæc conclusio exemplificari in clerico spoliato beneficio post resignationem sponta neam factã de ipso beneficio, nam nõ esse restituendã scriptum refert Innoc. in c. super hoc, de renunc. nu. 1. & 2. vbi Ant. de Butr. num. 30. idem Innoc. in c. accepta, vbi Io. Andr. Abb. num. 4. & communiter Doctores, Lap. alleg. 23. Rot. decis. 6. numero. 1. de renunc. in

antiq.Præpos.in cap.quod restitutio,num.43.3.qu.1. Franc.in c.ad decimas,de rest.spol.in 6.Sarn. de trien. q.24.colum.2.Bero.in c.2.num.21.de restitut.spoliat. Bellam.decis.66.& decis.342.Roffiniac.de benef. ca. 26.num.2.Rebuff.in praxi de vi in resign.adhib.num. 6.Ferret.cons.7.num.1.& cons.10.num. 5. & cons.93. * num.2.Cassador.decis.4.de restit.spoliat.& est* communis opinio,de qua attestatur Menoch.qui alios citat,de recup.poss.1.remed.num.297.299.Nauar.in c. accepta,in 7.oppo.num.2.de restit.spol.& fuit pluries * decisum in Rota,& nouissime in vna*Abulen. Canonicatus,Veneris 16.Iunij,1589.coram R.P.D. Gipsi.

Et ratio est,quia ad restitutionem dandam in bene * ficialibus requiritur titulus,iuxta communem* opinionem supra positam, sed ille qui sponte renuncia-
142 uit,nullum habet†titulum,cum amiserit,ne dum proprietatem,sed etiam possessionem,iuxta l.si quis,§.dif- * ferentia,ff.de acquir.possess.Innoc.communiter*receptus in c.quod in dubijs,de renunc. ergo non poterit agere actione spolij,quam regulariter non habet,qui
143 sponte†possessionem amisit,Abb.in cap.in litteris,nu me.26.Ber.num.42.de restit.spol.Soci.Sen.in leg.rem quæ nobis,num.8.ff.de acquir.possess. & sic notorius
144 defectus†impedit restitutionem,c.constitutus,de filijs presbyt.cap.eum qui de eo qui mitt.in poss.c.ex transmissa,de restit.spol.Crauet.cons.299.num.8.Nat.cõs. 474.num.37.lib.2.Curt Iun.cons.127.nu.6. quod ob * seruatur*de stylo,vt habetur in decis.2.de restit. spoli. in nou.

* Hinc est,quod communiter* scriptere Doctores,
145 nũ esse dãdam †restitutionem cum ex actis iudicis de spoliatoris dominio constat,Inno. in c.cum Ecclesia Sutrina,de caus.poss.& propriet.Dec.cons.191.sub n. 9.Natt.cons.562.n.30 cum alijs,vt per Gabr.tit.de re * stit.spol.in communi,*6.opin.conclus.1.num.104.sub 11.limitatione,Mascard.de probat.conclus.1326.n.1.
146 Veltex confessione ipsius spoliati,Inn.in c.cõstitutus, de fil.presby.Rot.dec.16.n.1.&17.de rest.spo.in nou. Pau.de Cast.cons.203.col.vlt.n.4.in 3.dub.li.1.Ale.in l.naturaliter,§.nihil commune.n.27.ff. de acq.poss. Abb.in c.1.in 4.no.de restit.spol.& ibi Ber.n.27.quia
147 cõfessio fest probatio probata,l.vlt. C. de fideicomm. l.generaliter.C.de non numer.pecun.Grammat.decis. 36.numero 66.Crauett.cons.61.num.3.& cons. 171. numero quarto.Socin.Iunior.consil.39. numero 18.
148 volumine secũdo.& dicitur facere rem†notoriam,ca-
149 pit.vltim.de cohabit.cleric.& mulier.aut per† instrumentum publicum,quod habet executionem paratã, Rota.decisio.decimasexta.numero primo.de restitut. spoliat.in nou.Dec.consilio.302.sub numero vigesimo secundo.Socin.Sen.consilio.87.sub numero vigesimo tertio.volum.3.Capic.decisio.77.numero quarto.& quinto.& decis.121.numero vigesimo septimo.
150 cum instrumentum†faciat notorium,Bartol. in leg.1. numero octauo.ff.de oper.nou.nuncia.Dec. consilio
151 423.numero nono.& consilio.682. numero 3.aut † per testes,Oldrad.consilio.274.Crauett.consili. 299. num.8.& alias,vt late per Mascard.dict. concl. 1326. sed resignatio facit,& inducit confessionem resignatarij,& rem notoriam,ideo idem erit hoc casu.

Et hæc conclusio tenenda erit in iudicando,& cõsulendo,quamuis Doctor Nauarr.dict.capit.accepta. oppos.7.num.3.cum sequent.teneat contrarium, motus ex eo,quia renunciatio licet inducat defectum proprietatis, non tamen possessionis inducit; nam hoc non est verum,vt supra late ostendi,& etiam li.1.q.3.

Et propterea concludendum est,spoliato beneficio post resignationem spontaneam de dicto beneficio,non esse dandam restitutionem.

152 Ampliant quidam†hanc conclusionem procedere,etiam si illa renunciatio non fuit per superiorem admissa, quia si quis renunciauit coram Ordinario, vel Papa sponte,& libere,licet adhuc non sit admissa, &fuerit medio tempore spoliatus,non erit restituen- * dus,& ei obstabit renunciatio,quamuis non admissa, * ita*in Rota fuit decisum per omnes,vno dumtaxat vacillante,vt habetur decis.4.quæ incipit, si opponatur, de renunc.in nou.& mouentur ex eo, quia ex tali renunciatione amittitur possessio,& proprietas,& præiudicat renuncianti,non autem superiori,Gl.Inno.& Hostien.in cap.admonet,& c.quod in dubijs,& ca.lu per hoc.de renunc.

Sed hoc non obstante,contraria opinio est verior, quod resignans antequam sit admissa resignatio a superiore,si spolietur potest agere spolio, vt in terminis docte,& subtiliter defendit Nauarr.dict.cap.accepta, oppos.7.numero 26.versicul.quæ quamuis,cum sequ. vbi confutat dictam decis.& sequitur Menoch.in tracta.recuperã.possess.1.remed.numero 303.& uolunt * communiter* Doctores in cap.sollicite,de restit.spo.

Et ratio est,quia ad hoc,vt renunciatio suum con-
153 sequatur effectum,debet a superiore†acceptari, Cassado.decis.2.& 3.de renunc.& tunc incipit præiudicare,Put.decis.523.num.1.li.2.Cel.Hugo.cons.43.num. 2.& cons.78.num.2.Ideoque non secuta admissione,
154 petita a resignante beneficium non†perditur,Rot.de cis.4.de renunc.in antiquior.per Bisignet. & potest al * teri renunciare, Cassadorus attestans ita fuisse*,deci-
155 sum,decis. 2. de renunc.vel redire†ad illud pœnitendo,Goffred.communiter receptus in titul. de renunci- * ciat.& dixi late libro 1.quæst. 12.& * stylus docet licitam esse pœnitentiam, etiam post signatam supplicationem antequam sit extensus consensus in Camera, vel Cancellaria, Put. decisio. centesima sexta. libro 3. * Cardina.Paleott.decis.257.dicens ita fuisse*decisum die 21.Octobris,1558.Gabriell.consilio 198. numero 3.Burs at.cons.393.vol.4.ex quibus patet responsio ad rationem Rotæ,& ad ipsam decisionem respondit Nauarr.dict.7.oppos.num.31.& Cassad.decis.1.num. 6.de renunc.

Limita hanc conclusionem nõ procedere, cũ post factam renunciationem stetisset spoliatus in possessio-
156 ne,& deinde eiectus † fuisset, nã hoc casu posset agere spolio ad recuperandam possessionem, non obstante exceptione renunciationis,Inno. in cap.super hoc, de renunc.Calder.cons.4.eodem titulo, Abba.in cap. accepta,num.4.& in cap.sollicite,num 6.vbi Boer.nume.25.& communiter*alij de restit.spoliat.Anton.de Matth.in dict.§.nihil commune,num.37.Ferret.cons. 95.num.5.& cons.388.num.10.Rot.decis.4. de renũ. in nou.quam refert Sarn.de trienn.q.24.col.pen. vers. sed circa,Menoch.de recup.poss.remed.1.nume.299.
* ita fuit decisum coram Staphileo in vna Segobien.* Archidiaconatus,de anno 1516.teste Cassad.decis.4. de restit.spolia.& dec.2.de renunc. ita etiam fuit pronunciatum coram Fabio in vna Burgen. Præstimoniorum,die 15.Octobris,1548.teste Put.decis.58.li. 3.& in eadem causa 6.Octobris,1550.& ita obtinuisse*per tres sententias conformes retulit mihi quidam magnus practicus in vna Perusin.& Theatina Abbatiæ,& attestat Mand.de ann.q.26.n.2.Nau.d.c.accepta,in 7.opp.n.9.& 12.& est ratio, quia incumbendo
157 possessioni post renunciationem,videtur recuperare† naturalem,Cald.dict.cons.in fi.de renunc. Caputaqu.

decis.84.& 86.part.3.ex his quę scribit Alex.in le.1.in princip.numero 8.& in §.adipiscimur,numero 9.ff.de acquirend.possess.Glos.in capit.causam, de præscript. Quæ conclusio de plano procedit in resignatione in fauorem,vt fuit dictum in dicta Burgen. teste Achill. de Grass.decisio.10.de restitut.spoliat. in manuscrip. & vide Put.decisio.158.numer.3.versic.nec obstat,li.
158 3.&†non requiritur,vt huiusmodi possessio fuerit per quatuor annos,vt per Cassador.decisio.4. sub numer. 4.de restitutio.spoliat.vel per annum, vt fuit decisum die 18.Decembris,1536. in sdicta Burgen. Canonicatus,vt refert Sarnen.de ann.quæst. 57. sed sufficit etiã per menses,vt fuit obseruatum per multos annos, & * multoties * in Rota decisum, vt attestatur Achil.de Grass.dict.decisio.19.de restitu.spoliat.alias 317.Put.
159 decis.158.lib.3.non autem procedit in renunciatione, quæ fit simpliciter: nam illa abdicat statim ius,vt * fuit resolutum in dict.* Burgen.15.Octobris,1548. Put.decis.158.col.2.lib.3.Achil.decis.10.de restit.spoliat.in man.

Declara secundo non procedere, quoties resignãs spoliatur a resignatario: nam hoc casu non debet restitui,quamuis post renunciationem habuerit†possessionem illius beneficij resignati,vt fuit resolutum in * vna Albinganen.Canonicatus,de mense Ianuarij 1579. coram R.P.D.Lancellotto.tunc Auditore Rotæ doctissimo,nunc Cardinali Amplissimo,Anto.de Matt. dict.§.nihil commune ampliat 34.Menoch.de recup. possess.1 remed.num.304.vbi attestatur.13.num.143. Put.decis.158.& decis.175.lib.3.Pelegr.decis. 97. lib.
161 1.Burs at.cons.411.num.6.vol.4.& ratio est,quia spoliator potest dicere possessionem esse suam, & impedire restitutionem,Abb.in c.in litteris,num.7.& numero 33.de restitut.spoliat.Guid.Pap.sing.276.Rub. cons.vlim.num.6.Alexan.d.l.naturaliter,§.nihil commune,num.33.Rip.nume.79.Iaso.num.60.Mesing.in suis obseruat.cent.2.obseruat.1.Connan.libr.4.commentar.Iuris ciuil.cap.7.num.12.Hinc non fit restitu-
162 tio,quoties†ex actis constat de dominio spoliatoris, Natt.consil.563.num.30.lib.3.Dec.cons. 91. num.9.
163 Crauett.cons. 299. vel per sententiam Ferret. cons.11. num.21.Card.Zabarel.cons.10.colum.1.Rot.decis.3. de restit.spoliat.in nou.num.6.Card.Paris. cons.1.nu. 163.vol.1.Sarmient.lib.2.select.interpr.cap. 13.num. * 5.communis*opinio,teste Bologner.dict.§.nihil cõmune,nu.2.Coras.2.par.num.67.Ipse autem resignatarius punietur ex spolio,& violentia†cum propria au-
164 ctoritate spiritualia non possint occupari, capitu.causam,in fin.de præscr.Rip.in cap.sæpe,num.57. vers.3. dubitatur de restit.spoliat.Bellam.cons.3.dub.6.Men. de recupe.poss.remed.13.nume.74.& 75. Et spoliatus
165 consequetur damna,& expensas † factas ob spolium, Innoc.in cap.super hoc,de renunc.col.2.quem refert, & sequitur Ber.d.c.sollicite,num.24.Menoch. d.1.remed.num.305.& hac sumpta occasione,ne aliquid in tactum relinquatur,non omittas videre duas decisiones factas in vna Gerundin.beneficij S.Dominici,26. Iunij,1543.& in vna*Illerden. quas refert Put.decis. 27.li.2.Ex quibus satis colligitur in spiritualibus præ-
166 donem,& furem†non esse restituendum,ca.quoniam, & cap.constitutus,de fil.presbyt. Abb. & alij Ber. nu. 76.in cap.in litteris,de restitut.spoliat.Alciat.respons. 41.in fin.Bellame.cons.3.Oldrad.cons.1.colum.2.& * est*communis omnium DD.sententia.

Finis Libri Decimi tertij.

FLAMINII PARISII IVRE CONSVLTI DE RESIGNATIONE BENEFICIORVM. LIBER DECIMVSQVARTVS.

De Resignatione Simoniaca:

Iste Liber vltimus continet Præfationem,& decem quæstiones.

1 *AN resignatio facta cum interuentu simoniæ sit nulla.*
2 *An resignatio simoniaca sit nulla ipso iure.*
3 *Quæ dicatur resignatio simoniaca,ponuntur plura exempla.*
4 *An dicatur resignatio simoniaca,si detur aliquid spirituale.*
5 *An resignans in fauorem N.cum pacto,vt possit retinere fructus dum viuit,dicatur simoniace renunciare.*
6 *An resignatio dicatur simoniaca,si fuit facta ea mente,vt beneficium detur nepoti, aut alteri.*
7 *An sit simoniaca resignatio cum pacto,vt resignatarius soluat expensas iam factas in beneficio consequendo.Et si resignans habuit pecunias mutuo a resignatario.Et si resignatarius fecit impensas in expeditione litterarum.Et si cum pacto,vt cuicta lite, consentiat pensioni. Et si fuit facta ad preces.Et cum spe,quod resignatarius foret gratus.Et si fuit facta in fauorem consanguinei. Et cum pacto,vt reparet Ecclesiam,vel vt habeat aliquod beneficium.Et si fuit facta cum promissione iuris temporalis.Et si fuit facta in fauorem familiaris ob recompensam seruitiorum. Et si consanguinei promiserunt.Et si resignatarius promittat cedere illud beneficium, cui velit. Et cum pacto soluendi expensas in quibusdam massaritijs.Et quod detur securitas bancharia. Et cũ non alijs conditionibus,&c.*
8 *An sufficiant coniecturæ ad probandum simoniacam resignationem.*
9 *Resignatio simoniaca quomodo probetur.*
10 *An testes socij criminis probent resignationem simoniacam.*

SVMMARIVM.

1 *Renunciatio debet esse pura.*
2 *Renunciatio debet fieri absque pactione.*
3 *Omnino,dictio quid, significet.*
4 *Dictio,totaliter,quid significet.*

PRAEFATIO.

1 ET cum plura in resignatione beneficiorum requirantur,illud obtinet principalem locum,vt non committatur in ea simonia,namque renunciatio beneficij dẽt esse pura, Rot. decis.6.nu.2.de renũ.in antiqui.Io. Monach.in c.licet,n.5.de rer. pm. li.9.Cal.in c.mandatũ,n.4.de rescr.Imo.in c.cũ inter, nu.5.de elect.& in c.1.n.7.de rer.pm. Gig.de pens.q.
* 4.n.5.Doctores*oẽs in c.ex.par.de off.dele.Arnulph. Rux.de iur.rega.priuile.32.n.6.late Redoan. de simo.
2 p.2.c.10.Io.Petr.Bi.cons.29.n.2.hoc est absque†aliqua pactione,conditione,& modo,c.cũ quidẽ,de pac.Gl. in c.61 vniuersorũ,de rer.pm.Gl.in c.ex p.1.de off.de
3 le.vbi exponit verbũ,†oino,positum in illo text.s. sine aliqua conditione,Oldra.cons.324.sub n.5. Staphi.de lit.grat.tit.de var.mod.vacat.n.26.Gamm.in c.licet,n. 134.& n.151.de rer.perm.li.6.Gem.in c. Ordinarij,§. in conferendis,n.3.de off.ord.in 6.Card. Paris. in ca. venerabilis,n.45.de exc.Bonif.de Vital.in Clem. vni ca.n.1.de rer.perm.Card.Zaba.in c.cum dilecti,n.2.de præb.Roffiniac.tract.de benef.c.14.n.7.& 8.Iacob.de
4 Rim.cons.91.n.1.& totaliter†simpliciter,& absolute, Craue.cons.122.n.2.Redoan.de simo.p.2.c.10. n.16. Gamm.de auctor.le.a later.li.2.num.371.

SVMMARIVM.

1 *Resignatio simoniaca nulla.*
2 *Collatio in resignatione simoniaca nulla.*
3 *Collatio absque simonia nulla, si in renunciatione interuenit simonia.*
4 *Collatio non est simoniaca,cum collator non fuit particeps simoniæ.*
5 *Resignatio simoniæa non tenet,etiam si fuit facta cum iuramento.*
6 *Iuramentum regulatur secundum naturam actus.*
7 *Iuramẽtũ habet tacitam conditionem, si actus valet.*
8 *Iuramentum debet seruari, quando non vergit in dispendium.*
9 *Conuentiones turpes non validantur iuramento.*
10 *Iuramentum appositum in resignatione excludit resignantem.*
11 *Renunciatio simoniaca est nulla, etiam si resignans se obligauit in forma Cameræ.*
12 *Resignatio simoniaca est nulla,etiam quo ad præiudicium resignantis.*
13 *Ius remanet penes resignantes resignatione existente nulla ob simoniam.*
14 *Resignans simoniace debet priuari.*
15 *Resignans simoniace non potest repetere.*
16 *Exceptio simoniace renunciationis obstabit resignanti.*
17 *Delictum debet puniri.*
18 *Acceptilatio quem effectum,&c.*
19 *Resignatarius non potest retinere beneficium resignatum simoniace.*
20 *Per renunciationem simoniacam non transfertur ius.*

QVAESTIO I.

* 1 PRIMO quæro, an aliter facta resignatio beneficij sit nulla?Communis* omnium Doctorum †sententia est affirmatiua,quam tenent Bellam.in c.ordinationes.nu.4.1.q.1.& in c.ea quę a sanctis.n.13.1.q.3.An. de Butr.in c.super hoc,n.6.de renũ. Abb.in c.cum vniuersorum,n.5.& ibi Imol.& alij de rer.permut.Gemin.in c.dudum,n.12.de præben.li.6. Caccialup.de pens.q.19.nu.9.Rebuff.tract.de pacific. poss.verb.regula,n.241.& super reg.41.Cancel.Redo. de simo.par.4.c.11.Nauar.cons.6.num.4.de simon.& cons.14.n.3.eo.de cõi attestantur idẽ Rebuff.in prax. tit.de simon.renun.n.1.& Nauar.in Man.c.23.n.105. in fi.Et probatur in d.c.super hoc,de renunc.ibi, *Nec interuentu pecuniæ*,a contrario sensu,& in c.ordinationes,1.q.1.& sexcentis in locis, vt indiscursu materiæ dicetur,& secundum hanc opinionem fuit pluries resolutum*in Rota.

Amplia primo,vt non solum renunciatio sit nulla;
3 sed etiam collatio†inde secuta,Inn.in c.cum vniuersorum,de rer.permut.Archid.Bellam.præposit.in d.c.ordinationes,1.q.1.Bellam.in c.si quis,num.1.1.qu.3.&
* est*communis opinio,teste Rebuff.in prax.tit. de simon.resignat.n.1.& ita alias*fuit resolutum,& practicatum. Idque procedit etiam si tantum renunciatio
3 fuit facta simoniace collatio vero absque simonia, quæ non solum†renunciatio, sed etiam collatio est nulla, Bellam.in c.si quis obiecerit,1.q.3. Hoc tamen vendicat sibi locum, quoties collatio fuit facta illi,propter quem renunciatio simoniaca facta fuerat: nam tunc
4 non valet etiam collatio tanquam infecta vitio simoniæ in causa,seu radice suą;ita declarant Bellam. loco citato,Card.Ale.d.ca.ordinationes.n.35.1.q.3. Si autẽ collatio fuerit facta alteri,& sic non illi,propter quem fuerat commissa simonia,tunc valet collatio, si collator non fuit particeps†simoniæ, Gemin. cons. 125.in princip.Redoan.d.c.10.n.22.& p.4.cap.11.num.5.

Amplia secundo,vt non teneat talis renunciatio,et
5 si fuerit vallata†iuramento,ita in terminis Staph.super commiss.& lit.iust.verb.stylus,n.3.& est ratio,quia iu-
6 ramentum regulatur†secundum naturam actus,super quo interponitur,l.vlt.C.de numer.pecun.Abb.in ca. intellecto,de iureiurand.Imol.in cap.quemadmodum eodem tit.Corn.cons.96.lib.1.Cardi. Paris.cons.95.n.
7 13.vol.3.& habet tacitam conditionem†si actus valet, Corn.cons.101.li.1.& iuramentum interpositum super obseruatione peccati mortalis est nullus,quia de-
8 bet†seruari,si non vergit in dispendium salutis æternæ cap.quamuis de pact.lib.6.cap.licet.de iureiurand.eo. tit.ne sit vinculum iniquitatis,cap.quanto,de iureiur. cap.inter cætera,& cap.animaduertendum,22. quæst. 2.Curt.Sen.cons.43.colum.3.circa fin. Dec.cons.130. num.5.Socin.Sen.cons.65.lib.1.Card. Paris. cons.45.
9 num.14.vol.3.& regulare est,vt†conuentiones turpes & simoniacæ non validentur iuramento, le. generaliter,l.si plagij,ff.de verb.oblig.Bart.in l.si quis pro eo, ff.de fideiuss.vnde quamuis iuramentum appositũ in†
10 renunciatione excludat renunciantem,Paris.cons.26. nu.11.vol.3.hoc tamen procedit quando renunciatio non est simoniaca,vt patet ex prædictis.

11 Amplia tertio procedere† etiam si quis se obligauit
* in forma Cameræ,vt tradit Staphil.loco citato,& est *communis opinio omnium Doctorum.

Amplia quarto,vt resignatio simoniaca sit nulla,et
12 quo ad præiudicium†ipsius resignantis simoniace, Innoc.in cap.cum vniuersorum,de rer.permut.Archid. in c.dudum,in princ.de præbend.li.6.Glos.in c. super hoc,in verb.pecuniæ,de renunc.Rot.decis.7.de renũ. in antiq.Milius in verb.renunciatio,versic.4.Bertand. cons.133.num.30.par.2.Staphil.de liter.institit.verb.stylus,numero 3.Caccialup.de pens.quæstio.19.numero 19.Gemin.cons.125.colum.1.versic.an autem,Redo. dict.par.2.cap.10.num.20.& par.4.cap.11.nu.3.com-
* munis*opinio,teste Rebuff.de resign.simoniac. num.
13 1.nam quando resignatio†est simoniaca, ius remanet penes resignantem,& vacat per eius obitum,Pelegrin. decis.81.lib.1.in manuscr.Caputaq.decis.252.part.2. Moedan.decis.243.incip.de anno,Aragonia deci.12.
14 in manuscript.Verum priuari debet†ille,qui renuncia-
* uit per simoniam,vt communiter* Doctores infra citandi tradunt,Nauarr.in Summ.cap.23.nume.105.in fin.& medio tempore non poterit ille, qui renunciauit per simoniam repetere beneficium,& ad illud redire,Redoan.de simon.part.2.capitu.10. numero 36.
16 quia obstabit†exceptio simoniace renunciationis,Præposit.dict.cap.ordinationes,nume. 34.1.quæstio.3.&
17 alioquin†delictum non puniretur,Cardinal.Parisien. cons.135.in fin.volum.4.Angel.Aret.consil.59. num. 2 nam licet inutilis sit renunciatio,tamẽ obtinet vim
18 pacti taciti,vt non possit repetere,vt dicitur† de acceptilatione in l.si vnus,§.penult.ff.de pact.l.si accepto latum,ff.de acceptilat. Ancharan.cons.54.columna 5. versic.præterea,Innocent.& Abba.in cap. quod in du-
* bijs,de renunc.vbi alij*omnes,Tiraquell. de retractat. consangu.§.36.Glos.2.numero 10.Redoan. de simo. parte 4.capitul.11.numero 6.vbi addit rationem ne fa ueatur simoniacis,& postea potest Ordinarijs conferre,Gemin.dict.consilio 125.in principio.Bellamer. & Præposit.in dict.capitu.ordinationes:multo etiam mi
19 nus poterit illud†retinere resignatarius, Glos.& Do-
* ctores*in capitul.constitutus,de transact.Innocen.in dict.cap.cum vniuersorum,Guid. Pap.cons.172.cum alijs adductis per Rebuff.in prax.dict.titul. de simoni. resign.numero 2.& est communis opinio, secundum
* quam pluries*fuit iudicatum;nam per talem renũcia-
20 tionem non†transfertur ius in cum,in cuius fauorem fit illa,Rota decisio. septima.de renun.in antiq.Com-
* munis,*opinio,teste Nauarro consili. decimoquarto. num.3.de simon.

SVMMARIVM.

1 *Resignatio simoniaca venit annullanda.*
2 *Verbum futuri temporis importat sententiam.*
3 *Priuationis sententia non habet locum, nisi exprimat.*
4 *Priuatio in dubio intelligitur per sententiam.*
5 *Homicida non priuatur ipso iure.*
6 *Renunciatio simoniaca hodie nulla ipso iure.*
7 *Simoniaci hodie priuantur ipso iure.*
8 *Extrauag. Pauli II. contra simoniacos loquitur in simonia reali.*
9 *Concilium Constantien. contra simoniacos loquitur in conuentionali.*
10 *Simonia accedit hæresi.*
11 *Simoniacus in ordine amittit executionem ordinis.*
12 *Beneficium simoniaci potest impetrari a quocumque.*
13 *Impetrans certo modo tenetur præsentare bullas Ordinario.*
14 *Resignans simoniace est inhabilis ad quodcumque beneficium.*
15 *Constitutio Pij V. contra simoniacos, an habeat locũ in beneficijs obtentis antea.*
16 *Resignans simoniace, non potest repetere beneficium resignatum.*
17 *Resignans simoniace non potest impetrare.*
18 *Cum simoniaco potest dispensari.*
19 *Resignans simoniace, non est restituendus.*
20 *Simoniacus non dicitur habere titulum coloratum.*
21 *Simonia aufert titulum beneficij.*

QVAESTIO II.

1 SECVNDO quæro, an resignatio simoniaca sit ipso iure nulla, vel veniat tannullanda per sententiam? Esse nullam ipso iure tenuerunt Barbat. in c. cum vniuersorum, de rerum permut. & in cap. 2. de rescrip. Fel. in c. insinuatum, de simon. cum alijs allegatis per Boer. decis. 117. sub nu. 4. Esse vero annullandam per sententiam firmarunt Abb. in c. cum in nostris, de consuet. præb. Innoc. in c. per tuas, de simo. Doctores, *omnes in ca. 2. & in c. scitatus, de rescrip. Rossiniac. de benefic. cap. 18. num. 8. & 9. communis * opinio, teste Gamniar. super Extrauag. Iulij II. de simon. elect. Summ. Pontif. n. 147 Rebuff. in prax. tit. de simon. resign. num. 6. Et probatur in c. presbyter, ibi, *Priuetur*, 1. q. 1. ca. insinuatum, de simon. c. 2. de conf. verbum enim *futuri temporis
2 importat †sententiam ferendam, non latam, Glo. in ca. quicumque, de heretic. lib. 6. & pœna priuationis non
3 habet locum, nisi †exprimatur, Gloss. in cap. vlt. de iure patronat. Gloss. in Clem. 2. de vit. & honestat. cleric. &
4 in †dubio non intelligitur ipso iure, sed per sententiã, Bald. in l. 1. in fin. C. de legib. Ale. cons. 103. col. penul. li. 1. & ideo homicida † non priuatur ipso iure, sed venit
5 priuandus. Inn. & Abb. in c. cum nostris, de consuet. p
ben. Card. in Clem. Constitutionem, §. cæterum, in fi. de elect. communis *opinio, teste Anan. in c. inquisitionis, num. 3. de accus. vbi Felin. num. 2. Gomes. in ca. 1. nu. 7. de rescr. li. 6. Alciat. in c. cum non ab homine, n. 16. de iudic. Plax. lib. 1. delict. cap. 11. num. 2. Clar. li. 5. recept. senten. §. homicidium, vers. de iure autem.

Hodie autem attento iure nouissimo renunciatio
6 simoniace facta † est ipso iure nulla, Redoan. de simo. parte 2. cap. 10. num. 35. & part. 4. cap. 11. colum. 3. Rebuff. de simon. resign. num. 7. & conf. 143. num. 13. Nauar. in Manual. cap. 23. num. 105. in fin. & in c. si quando, except. 4. in fin. de rescrip. Ferrett. conf. 95. nu. 14.
* & communiter *Doctores. Nam † simoniacus hodie
7 priuat ipso iure, Fel. in c. fcisitatus co. 1. de rescri. Io.
* Selu. de benef. p. 3. q. 2. num. 13. & est *cõis opinio, pro qua plures allegat Boer. dec. 117. col. 3.

Quod primo probatur ex Extrauag. edita a Martino V. in Concil. Constan. incip. Multæ, ibi, *Volentes, collationes, & prouisiones per simoniam factas esse nullas, & prouisos ipso iure, & facto fore excommunicatos, &c.* q referũtur a Fel. in c. simoniace, in 3. cõclu. de sim. a Boer. d. deci. 117. in vl. co. & fuerat sanctũ a patrib. in illo Concilio Constant. per hęc verba, *Electiones autem, postulationes, confirmationes, & q uis prouisiones simoniacæ Ecclesiarum, Monasteriorum quorumcumque deinceps factæ, nullæ sint ipso iure, nullumque per illas ius cuiquã acquiratur, nec promoti, cõfirmati, prouisi faciant fructus suos, sed ad illorum restitutionẽ, tanquam in igne ablata, percipiẽtes teneantur. Statuentes insuper, quod dantes, & recipiẽtes, ipso facto, sniam excõicationis incurrant, & si Pontificali, aut Cardinalatus præfulgeãt dignitate, &c.* q verba referuntur a Redoan. d. c. 10. num. 33.

Idq; per eadẽ fere verba statuit Paulus II. in Extrauag. incip. cũ detestabile, de sim. in Extraug. cõm. ibi, *Per electiones vero, postulationes, cõfirmationes, prouisiones, seu quasuis alias dispositiones, quas simonia ea contigerit labe fieri, & quæ virib. oĩno careant in Ecclesijs, Monasterijs, dignitatibus, personatib. officijs Ecclesiasticis, & quibusuis beneficijs, aut aliquo eorũ vnquã ius nullatenus acquirãt, nec inde faciat aliqs fructus suos, sed ad illorum omnium, quæ percipit restitutionem, sub animæ suæ periculo sit astrictus, &c.* q̃uis ſm quosdã, vt p Casiad. dec. 5. de sim. loquatur in
8 sim. †reali, & Conciliũ Constan. †loquit de conuentio
9 nali, vt tradit Rebuff. loc. citat. n. 9. & 10. Redo. vbi sup. n. 40. Crelc. 163. & alias Extrauag. ad hoc allegat Summa Ang. in ver. simo. vers. 6. §. 9. Boe. d. dec. 117. in fin.

Nec erit mirũ, cũ crimẽ simoniæ sit tã detestabile:
10 nam † accedit ad hæresim, quinimmo hæresis dr. c. præsentiũ, 7. q. 1. Iaco. de concil. li. 4. art. 4. simlitudinarie tñ nõ proprie D. Th. in 4. di. 25. art. 2. Ideo simoniacus † in ordine siue beneficio amittit exequutionẽ sui
11 ordinis, D. Th. d. art. 2. & promoueri nõ põt; nã est ir regularis, c. si quis, de sim. c. statuimus, 1. q. 1. Spec. tit. de dispens. §. iuxta vers. itẽ Maiol. in tract. de irreg. li. 5. c. 45. Naua. in Manua. d. c. 23. & in proposito nr̃o Leo X. in Cõcilio Lateranẽsi in Cõstit. 13. incip. Supernæ, hoc annotauit cõtra simoniacos, ibi, *Et vt nefariæ labes, ac pestes, nõ solum a Romana Curia, sed ex omni et Christiana ditione in perpetuum eijciantur Constitutiones per Antecessores nostros, et in sacris Conciliis contra hmõi simoniacos æditas innouamus, easque in uiolabiliter obseruari præcipimus, ac pœnas in eis cõtentas pro expressis, & insertis haberi, & delinquentes etiam auctoritate nostra affici volumus, &c.* Et nouissime S. memor. Pius V. in Constitutione quinta, incip. *Cum primum anno primo*, ibi, *Et vt simoniacæ prauitates, & labes prorsus aboleãtur Constitutiones antecessorum nostrorum contra simoniacos æditas, & præsertim Pauli II. inuiolabiliter obseruari mãdamus, & delinquentes tam in sacrorum Ordinum recẽptione, quam in beneficiorum assequutione, statutis etiã inferius pœnis nostra auctoritate affici volumus. Quicumque igitur detestabile crimen simoniacæ prauitatis commisisse conuictus fuerit in consequendis ordinibus, eo ipso sit ab illorum exequutione per decennium, sine spe dispensationis suspensus, & per annũ carceribus

mancipetur. Qui dignitates Ecclesiasticas simoniace acquisierit, illis sit ipso iure priuatus, & in futurũ inhabilis ad eas, & quascũque alias obtinendas. Qui beneficium, aut officium Ecclesiasticum simoniace adeptus fuerit, illis similiter sit ipso iure priuatus, & ad fructum omnium, quos percepерit, restitutionẽ teneatur, & perpetuo sit inhabilis ad ea, quæcumque alia beneficia Ecclesiastica obtinenda. Si quis autem tale crimen pluries commisisse conuictus fuerit, præter supradictas pœnas, etiam corporaliter puniatur, & ab ordinibus Ecclesiasticis degradatus, a fidelium consortio eijciatur &c. Quę verba refert Nauarr. cõs.
| 34. num. 4. de simon.

Ex quibus iuribus nouissimis aperte colligitur simoniacos hodie esse ipso iure priuatos, & per consequens resignationem simoniace factam esse ipso iure nullam, & hęc opinio nullam habet difficultatem.

Ex qua conclusione primo deduco beneficium si-
12 moniace impetratum posse † impetrari a quocumque, cum, vacet ipso iure, nam quamuis dubitet Caccialup. de pens. q. 19. col. 1. & 2. hæc est cõmunis opinio, quã tenent Redoan. de simon. part. 2. dict. cap. 10. n. 37. Rebuff. in prax. titul. de resignat. simon. num. 11. Abb. in cap. cum vniuersorum, num. 5. de rerum permut. Cardin. Paris. cons. 135. vol. 4. & hæc impetratio in Curia
13 appellatur certo modo, nam impetrans tenetur † præsentare bullas Ordinario, & coram eo probare crimen, vt immittatur in possessionem, & fiat declaratio Boer. decis. 117.

Secundum effectum deduco, vt renuncians simo-
14 niace sit beneficio † renũciato, & quocumque alio obtinendo inhabilis, vt dicitur in dicta Constitutione
15 Pij V. Quæt Constitutio an habeat locum in alijs beneficijs, quæ habebat renuncians, dliputat Nauarr. d. cons. 54. de simon. tenens negatiuam opinionem, & dicens dictam Constitutionem ad hoc non esse vsurpeptam.

16 Tertium deduco effectum † vt renuncians simoniace, non possit repetere beneficium renunciatum Redoan. de simon. par. 4. cap. 2. num. 5. & 9. quod latis † batur in dict. Extrauag. Pii V. in verbis relatis.

Quartũ deduco effectum renunciantem beneficiũ
17 simoniace non posse † illud impetrare, Angel. cons. 59. nu. 2. nisi expresserit se esse simoniacum, & habue-
18 rit dispensationẽ, & ita practicatur *in Curia Rebuff. cons. 143. num. 18.

Quintum deduco effectum renunciantem benefi-
19 cium simoniace non † esse restituendum ad illud, ita
* *communiter Doctores teste Couarr. lib. 1. variar. resolut. cap. 5. sub num. 3. prope finem, cum non dicatur
20 habere † titulum coloratum Cassad. decis. 1. de simon.
* & ita fuit *resolutum in vna Vlisbonen. quartariæ coram Accorambono, Lunæ. 16. Maij, 1552. teste Capu
21 taq. decis. 243. par. 3. nam † per simoniam priuatur beneficio, Cardin. Paris. cons. 29. nu. 12. & cons. 30. n. 14. vol. 4. Moedan. decis. 224. in manuscript. & fuit resolu
* tum *coram Cardin. sanctæ †Crucis in vna Lucan. Canonicatus, vt habetur libro. diuers. decisio. 37. & 42. in manuscr.

SVMMARIVM.

1 *Resignatio simoniaca est, quæ fit cum pactione, & mo do.*
2 *Resignatio est simoniaca facta pro obtinendo aliquid temporale.*
3 *Simonia est voluntas studiosa, &c.*
4 *Simonia, quoties datur pecunia pro beneficio.*
5 *Renunciatio litis super beneficio, mediante pecunia, facit simoniam.*
6 *Ratio pro expensis in lite beneficij sapit simoniam.*
7 *Dans pro redimenda vexatione, non committit simoniam.*
8 *Recipiens a dante pro redimenda vexatione, an peccet.*
9 *Resignatio propter temporalia est simoniaca.*
10 *Auctoritas Papæ facit cessare simoniam, & num. 15.*
11 *In simonia prohibita potest Papa dispensare.*
12 *Resignatio facta coram Ordinario in fauorem, est simoniaca.*
13 *Natura resignationis est, vt sit libera.*
14 *Resignatio in fauorem facta in Curia, non sapit simoniam.*
16 *Resignatarius supplicat Papæ pro admissione resignationis.*
17 *Pactum est turpe in beneficialibus.*
18 *Mandatum datum ad resignandum coram Ordinario in fauorem, est simoniacum.*
19 *Mandatum cum clausula, non aliter, nec alio modo factum ad cedendum coram Ordinario in fauorem pure, interpretabitur simoniacum.*
20 *Clausula, non aliter, importat conditionem.*
21 *Post renunciationem liberam factam coram Ordinario potest peti, vt conferatur illi, &c.*
22 *Mandatum ad effectum, vt Episcopus conferat, non dicitur conditionatum.*

QVAESTIO III.

1 TERTIO quæro, quæ dicatur resignatio simoniaca Communis omnium responsio est, illam dici, quæ non fit pure, & libere, sed fit cum aliqua pactione, cõditione † & modo, Gloss. Holt. nu. 1. Abb. & alij omnes in cap. ex parte 1. per illum textum, de offic. deleg. Oldrad. cons. 324. sub n. 5. Redoan. de simon. par. 2. c. 10. in † princip. Coras. de benef. par. 1. c. 8. n. 13. cum alijs, vt per Crauett. cons. 122. nu. 2. Rebuff. cons. 143. n. 17. Couarr. lib. 1. variar. resolut. c. 5. n. 3. 4. & 5. & cõiter Doctores sequuntur Pro elucidatione tamen omnium casuum aliqua subiiciemus exempla.

Primum exemplum, renũciatio dicitur simoniaca,
2 quoties † fuit facta pro obtinendo aliqd temporale, vt scriptum reliquerunt Host. in c. ad audientiam, 2. n. 3. Bald. n. 6. Ancharan. n. 1. de rescript. Card. Alex. in c. 1. n. 5. 6. 7. 1. q. 1. Redoa. de simon. par. 2. c. 10. n. 9. Coras. de benef. par. 1. c. 8. n. 12. & est communis omniũ Do
3 ctorum sententia, & ratio est, quia simonia est voluntas studiosa emendi, vel vendendi spirituale, vel spirituali annexum, communis diffinitio, teste Nauarr. in Manual. cap. 23. nu. 100. vbi declarat verba

Ex qua communi conclusione primo infertur, qđ
4 data pecunia pro † resignatione committitur simonia, ita Abb. in cap. cum pridem, n. 2. & 9. de pact. Glos. in cap. super hoc, in verb. pecunię, de renunciat. Anan. in cap. 2. in fin. de simon. Angel. Aret. cons. 59. n. 3. Sarn. de triennal. q. 12. col. 2. Diuus Thom. 2. 2. q. 100. ar. 5. Couarr. li. 1. variarum resolut. c. 5. sub. n. 4. vers. sed si qs
* & communiter *Doctores sequuntur, quod satis probatur in dict. cap. cum pridem, ibi, *Nos eam non duximus admittendam, pro eo, quod videbatur prauam illicitæ pactionis speciem constituere, &c.* &

ille tex.ita ſummatur,non valet pactum,per quod beneficium Eccleſiaſticum debet pecunia reſignari. Im
5 mo nec etiam eſt licita renunciatio litis ſuper beneficio pro pecunia,aut alio temporali, etiam ſi illud reci
6 piatur nomine expenſarum, vt probatur in di. c.cum quidem,de pact.ibi,*Quod eidem P. pro expenſis, quas fecerat tres marchæ argenti ſoluerentur, & eidem P. liti cederet, & a monachorum infeſtatione ceſſaret, &c.* & hoc ob turpitudinem, & fraudem, quæ poſſet committi, niſi daret pro redimenda vexatione; nam
7 hoc caſu dans,non committit ſimoniam,Glo.in d.c.
* cum pridem,verb.illicite Abb.nu.9.& communiter* alij,Bald.in c.ad audientiam,2.de reſcr.Imo. in c. ſup eo,de tranſact.quod probat tex.in c.dilectus, 2. de ſimon.quem* ſingularem ad hoc dicit Nauarrus in Manual.c.23.n.101.quod procedit,ſi iſte dans ob redimẽ
* dam vexationem non erat certus de iure ſuo, puta quod erat dubium,ita declarat optime Abbas communiter
* *receptus d.c.cum pridem,nu.9. de* communi atteſtatur Nauar.d.c.23.ſub nu.101.verſ.8.D.Thom. 2.2. q.100.art.2.ad 5.Piſan.in verb.ſimonia,Maiol.de irregul.li.5.c.45.nu.4.Rebuff.de ſimon.reſignat. in prax.
8 n.20.& 21.An vero recipiens peccet, vide Angel.in verb.ſimonia,2.n.10.& ſeq.Rebuff.loc.cit.

9 Secũdo infertur,†quod dato fundo, aut quid aliud immobile,vel mobile pro reſignatione, ſimonia eſt,
* ita colligitur ex Doctoribus ſupra citatis, & eſt* communis opinio Doctorum,Ideo reſpondit Nauar.conſ.69.de ſimo.commiſſam ſimoniam, ſi fuit datum ,p ceſſione iuris beneficij litigioſi ex rationibus per eum adductis.

Limita niſi detur renunciãti beneficium aliquod
10 temporale auctoritate†Papæ:nam hoc caſu non diceretur ſimoniaca renunciatio Diuus Anto.in 2. pa.ſuæ Summ.tit.4.c.5.verſ.de renunciatione ſequitur Felin.
* communiter*receptus in c.ad audientiam,2.nu.3.de
11 reſcr.nam in ſimonia prohibita, vt hæc Papa † poteſt diſpenſare,Card.Pariſ.conſ.30.nu.3.4.& 5.vol.4. Redoan.de ſimon.par.2.cap.12.

Secundum exemplum, vt renunciatio facta coram
12 Ordinario in fauorem†alicuius,nõ aliter,nec alio modo,dicatur ſimonra,vt omnes fere Doctores ſcribũt in c.ex parte,1.de offic.deleg.Archid.Præpoſit. & alij
& in c.ordinationes,& cap.quicumque,1.quæſtio.1.Felin.in cap.ad audientiam,colum.5.de reſcrip.quos refert,& ſequitur Ferrett.conſ.95.num.13. Caſſado.deciſ.7.de ſimon.& deciſ.3.de renuncia.Sarn.de trienn.
* queſt.16.verſic.pottremo,& quæſt.19. uerſ.quid Redoan.de ſimon.p.2.cap.22.nu.14.cõ ſeq. vbi reſpon-
F det argumentis,quæ poſſent in contrarium adduci,& cap.21.Caccialup.de penſ.quæſt.19.nu.15.Caputaqu. deciſ.192.par.2.Gammar.de auctor.legat. 2 later. lib. 6.num.125.& lib.2.num.29.& 37.& 40.Nauar.in Manual.cap.23.num.107.verſ.ad decimum,Gloſ.in capit. Apoſtolica,8.q.1.Gloſ.in lilla inſtitutio,ff. de hæred. inſtit.Boer.de poteſtat.legat.a later.num.112.Petr.de Baiſ.in direct.elect.par.3.cap.1.num.4.Roffiniac. de benef.cap.27.num.8.& 9.Arnulph.Rux.de iur. regal. quæſtio.32. per totam,vbi dicit * ita deciſum,& hęc opinio eſt vera,quicquid voluerit Couarr.lib.1.varia. reſolut.cap.5.num.5.

Et ratio eſt,quia hoc caſu non eſt libera reſignatio,
13 prout eius†natura requirit, cap.quam pio,2. quæſtio. 1.cap.pactiones,de pact.& ſic renunciatio in fauorem eſt contra naturam renunciationis,cum†aſtringat collatorem ad conferendum certæ perſonæ,& regulariter collatio depẽdeat a mera voluntate collatoris,quæ ratio concludit etiam in reſignatione, quæ fit in Cu-
14 ria,in qua tamen†non committitur ſimonia ob inueteratum vſum, & ſcientiam Papæ, vt tradunt Nauarr.in Manual.capitul.vigeſimotertio.numero centeſimoſeptimo.verſicul.ad decimum, Boer.de auctori. legat.a latere,columna antepenultim. Caſſador. deciſio.ſecunda.numero tertio.de ſimon. Staphil.de liter. grat.de var.mod.uacat.numero vigeſimooctauo.cum ſequent.Redoan.de ſimon.part.ſecunda.in capitulo. ſecundo.numero decimo octauo.namque in ſimonia
15 inducta de iure poſitiuo,vt eſt hæc,auctoritas,†& ſciẽtia Papæ excuſant a vitio,Hoſtienſi.in capitul.primo. ne prælat.vice.ſuas,Ioann. Andr.in capitul.primo. de ſimon.vbi Cardinal.& Anton.de Butr.Abba.in capit. ad quæſtiones,de rerum permutat.Felin.in capitul. de cætero,colum.vltim.de iudic. Dec.conſil.141.Caſſad. dict.deciſ.2. dans rationem, & videtur diſpenſatum, Caccialup.de penſio.quæſtio. decimanona. numero. 17.& numero 18.Redoan.de ſimon.par.1.cap.25.nu. 27.& part.2.capit.12.numer.19.& quia reſignatarius
16 †ſupplicat in eadem ſupplicatione,Nauarr.loc.cita.ad cuius preces dicitur moueri Summus Pontifex,vt late
17 dixi libro 8.dummodo in renunciationis † actu non fuerit deductum in pactum,quod conferatur illi, Anton.de Butr.in capitul.dilecto,numero 2.de præben. vbi Imol.numero primo.Archidiaco.Bellame. Præpoſit.in capitul.quicumque,& cap.ordinationes,1. quæſtio.1.cum aliis,vel per Ferret.conſ.208.in principio. Boer.de poteſt.legat.a latere,quæſtio.11.numer.15.& 127.cum aliis,vt per Staphil.loco citato. Vnde regulariter renunciatio tantum facta coram Ordinario in fauorem dicitur ſimoniaca, tanquam facta cum modo,& conditione.Ideo Pius V.in Conſtitutione prohibuit ita poſſe fieri renunciationes coram Ordinariis.Coram Papa autem poſſunt fieri, etiam hodie in
* fauorem,& factæ non cenſentur ſimoniacæ,prout * communiter tota die practicatur,quicquid voluerint aliqui Doctores ſupra relati; nam eorum dictum debet intelligi in renunciatione facta coram Ordinarijs.

Amplia,vt non ſolum renunciatio facta coram Or
* dinario in fauorem dicatur ſimoniaca,vt omnes* con-
18 cludunt, ſed etiam † mandatum datum ad renunciandum coram Ordinario in fauorem dicatur ſimoniacum,vt ex rationibus allegatis colligitur, &
* fuit reſolutum in vna Firmana * beneficiorum,teſte Pelegrin. deciſio. centeſimaſeptuageſimaoctaua. in mand. immo ſi fuerit conſtitutus procurator ad renunciandum in manibus Ordinarii in fauorem Titij,pure,& ſimpliciter,quamuis hoc mandatum poſ-
19 ſit interpretari ſimoniacum, & non ſimoniacum;†tamen interpretatur,& fraudulentum,vt fuit * deciſum
* in Rota in vna Vicentina Præceptorię coram Decano,die Mercurij,nono Martij, 1552. teſte Caputaquen.deciſio.192.libro 2.quod procedit, ſi fuit dictũ
20 in mandato,non aliter,nec alio modo,cum hæc clauſula inducat conditionem, & per conſequens ſimoniam,Roffiniac.de benefic.capitul.decimoquarto numero 15.Bald.in capitul.ad audientiam, de ſimo.alias ſecus ſi fuit datum mandatum liberum ad renuncian-
21 dum,& poſt renunciationem liberam† ad petendum,
* vt conferatur N.prout fuit ſententiatum*per Rotam teſte Caſſador.deciſio.ſecunda.de ſimon.ſequitur Nauarr.in Manual.dict.cap.23.ſub num.107.& ideo fuit
* deciſum in vna*Salamantin.Canonicatus,quod†man-
22 datum in manibus Epiſcopi ad effectum, vt Epiſcopus prouideat,non dicatur conditionatum, & tenet reſignatio,

reſignatio,coram Cotta die 13.Ianuarij,1567.ad qđ vide pulchrum caſum poſitum per Ferrettum conſil. 208.Pelegrin.deciſ.146.Cardin.Pariſ.conſ.15.nu.12. cum ſequ.vol.4.

Alia vero exempla renunciationis ſimoniacæ colligentur ex ſequentibus quæſtionibus negatiuis,vel affirmatiuis.

SVMMARIVM.

1 *Simonia committitur ob dationem rei ſpiritualis.*
2 *Diffinitio vbi competit, nullum exſtat dubium.*
3 *Renunciatio ſimoniaca,quoties quis promiſit renunciare aliud beneficium.*
4 *Renunciatio eſt licita compoſitionis gratia, vt aliud habeatur.*
5 *Renunciatio ſimoniace, vt ille ſuffragetur in electione.*
6 *Pretium pro ſpirituali prohibetur.*
7 *Simoniace renunciare, vt aliquis det notitiam de vacatione alicuius benef.*
8 *Nunciantibus vacationes beneficiorum nihil dandum.*
9 *Renunciatio in executionem promiſſionis factæ ſimoniace.*
10 *Renũciatio ſimoniaca cum pacto, vt retineat reſignãs beneficium dum viuit.*
11 *Renunciatio ſimoniaca facta cum pacto, vt reſignans ſoluat penſionem.*

QVAESTIO III.

VARTO quæro,An dicatur renũciatio ſimoniaca ſi fuit datum aliquid ſpirituale?communis* cõcluſio eſt affirmatiua,vt non ſolũ ob
* 1 aliquod temporale committatur ſimonia, ſed etiam ob ſpirituale, Io.Caraf.de ſimon,ment.num.65.
2 & ſatis colligitur ex diffinitione; vnde nullum † cadit dubium, Dec.& Cagnol.in l.omnis diffinitio,ff.de regul.iur.

Ex quo primo infertur,quod renuncians in fauorẽ
3 alicuius,vt ille,vel alius renunciet illud beneficium†in fauorem ipſius,vel alterius,puta nepotis, vel amici dicitur ſimoniace renunciare, vt ſcriptum reliquerunt Innoc.Ioan.Andr. & alij allegati a Bonifacio de Vit. in clem.vnica,num.43.de rerum permutat. Nauarr.in Manual.cap.23.ſub num.100.verſ.poſterioris generis Ioan Caraf.dict.tract.de ſimon.ment.num.65.& in facti contingentia reſpondit,Nauarr.conſ.14. nume.2. de ſimon.

4 Limita tamen,vt†compoſitionis gratia ſit licita renunciatio,vt renuncians aliud beneficium conſequatur,egregie Ant.de Butr.in cap.ad audientiam, 2.nu. 3.de reſcript.

Limita ſecundo,non procedere quoties id fuit ex-
* preſſum in ſupplicatione, vt communiter* practicatur.

Secundo infertur,vt renuncians beneficium, vt ille ſuffragetur ſibi,aut N.in electione, aut præſentatione,aut†ob quid aliud ſimile,ſimoniace renunciet, vt
5 ſcriptum reliquit Nauarr.in Manual.dict.cap. 23. nu-
* me.100.verſ. poſterioris, & eſt communis * opinio
6 cum fiat pro pretio†rei ſpiritualis,quod prohibetur,c. ſicut,3.&c.non ſatis,de ſimon.cap.quam pio, 1.q.2.c. vlt.de pact.

Tertio infertur ſimoniace renunciare, qui renun-
7 ciauit N.vt ei†det notitiã de alicuius beneficij occurrente vacatione in ſua prouincia,ita colligitur ex Nauarr.in Manual.cap.23.num.107.verſic.ad ſeptimum, & verſic.ad nonum, quia nihil dandum nunciantibus
8 vacationes†beneficiorum ſtatuit Gregorius XI.in cõſtitutione quarta poſita,in prima parte Bullarij.Et ob id etiam ſimoniaca renunciatio eſt quoties quis renũ-
9 ciaret,quia†promiſiſſet id facere tempore impetrationis,cum habuiſſet ab eo notitiam vacationis, & eſſet vterque excommunicatus ipſo iure,ac incurrerent pẽnam priuationis omnium beneficiorũ,vt ſtatuit Pau. IIII.in conſtitutione 33.incipien.inter cæteris, ſo.mihi 615.

Quarto infertur,quod renuncians cum pacto,vt re
10 tineat ſibi beneficium†dum uiuit,ſimoniace renũciat Redoan.de ſimo.p.2.cap.10.nu.10.

Quinto infertur ſimoniace renũciare illum,qui ,p
11 miſit,quod ſi beneficium reperiatur penſione grauatum,quod ipſe ſoluet penſionem, vt in terminis conſuluit Nauar.conſ.4.tit.de ſimon.

SVMMARIVM.

1 *Simoniaca renunciatio cum pacto, vt poſſit retinere fructus dum viuit.*
2 *Simoniaca quando datur temporale pro ſpirituali.*
3 *Renunciatio, vt renuncians recipiat fructus, ſimoniaca.*
4 *Renunciatio cum reſeruatione penſionis à Papa non eſt ſimonia.*
5 *Habens intentionem prauam non committit ſimoniã.*
6 *Fructuum, aut penſionis reſeruatio non pendet à voluntate partium.*
7 *Pactio firma prohibetur.*
8 *Tractare quid ſit.*
9 *Tractatus inter reſignantem, & reſignatarium permiſſi.*
10 *Clauſula ſi Sanctiſſimo Domino noſtro placuerit, excuſat.*
11 *Reſeruatio pro reſignante fauorabilis.*
12 *Epiſcopus poteſt opponere in collatione onus alimentandi.*

QVAESTIO V.

VINTO quæro, An renuncians in
1 fauorẽ N.cũ pacto,vt poſſit†retinere fructus dũ viuit,aut aliq̃ pẽſionẽ,dicat ſimoniace renunciare? Cõis*opinio eſt affirmatiua, Old.
* conſ.224.n.2.Abb.in c.nõ ſatis,n. 7.& 8.de ſimo.vbi Anã.Mar. Soc. Sen.& alij cõiter Cald.conſ.1.de ſimon.Dec.in c.exp. 1.n.15.de off.dele.Gig.conſ.120.n.4.Card. Pariſ. cõſ. 143.n.12.vol.4.Craue.cõſ.122.in prin.Redoan.de ſimo.p.2.c.14.in prin.Nau.cõſ.8.de ſim.& conſ.37.coti.& cõſ.48.n.1.c.tit.Summiſtę oẽs in verb.ſimonia,& rõ eſt,qa renũciatio nõ eſt libera,vt dẽt eſſe,arg.l.1.ff.
2 de don.c.licet in ſua,de rer.perm.li.6.& datur† temporale pro ſpirituali,Ange.in verb.ſimonia, 3.

Amplia procedere ẽt ſi fuerit factũ pactũ,vt renũ-
3 cians recipiat fructus beneſitij reſignati vſque ad†talẽ diẽ,& fuerit dictũ ſaluo beneplacito ſedis Apoſtolicæ,nã ſi poſtea fuerit facta renũciatio coră ordina-
* rio ſimoniaca iudicaẽ, vt fuit*reſolutũ in vna Cochẽ. 29.Octobris, 1539.teſte Moedan.dec.165.

Limita non procedere quoties fuisset facta renunciatio in curia in manibus Papæ, obtinendo ab ipso Papa reseruationem omnium, vel medietatis fructuum, aut annuam pensionem soluendam super fructibus illius beneficij, aut alterius, nam non esset simoniaca, et si renuncians prius tractasset cū resignatario, vel amico de dictis fructibus aut pensione, gerendo in animo, quod ille debeat sibi succedere in beneficio, & ei soluere fructus reseruatos, aut pensionem, & qđ alias non renunciasset si secus credidisset, vt scribit egregie Felin. in dict. cap. ad audientiam, 2. num. 3. de simo. cō suluit Card. Paris. cons. 30. num. 3. cum seq. volu. 4. vbi late, Boer. de auct. legat. a later. num. 120. & num. 123. Caccialup. de pens. quæs. 19. num. 1. Redoan. de simo. par. 2. cap. 12. num. 3. & communiter * Doctores alias a me citati præcedentibus libris, & præcipue lib. 6. nā que fructuum, aut pensionis reseruatio non pendet a voluntate partium, sed a Papa Cassad. deci. 4. loc. Gig. de pens. q. 1. & q. 83. num. 9. qui ex officio reseruat fructus, aut pensionem pro renunciante, & ob id renunciatio dicitur fieri libere, hoc non obstante Abb. in c. non satis, num. 8. vers. sed cautela, de simon. Dec. in di. c. ex parte, 1. num. 15. de off. deleg. dantes hanc cautelam ad vitandam simoniam.

Ex quibus colligitur quod pactio sumæ est illa, q̄ prohibetur, cap. cum vniuersorum, de rerum permut. Doctores in cap. ex parte, 1. de offic. delega. tractatus autem non includunt aliquam firmam conuentionē, cum tractare nihil aliud sit, quam in medio ponere, l. cum hic status, §. ambo, & ibi Glos. in verb. tractare, ff. de donat. inter. vi. & vxor. l. naturalis, §. sed si facio, ff. de præsc. verb. Ideo ex hoc de stylo * recepto in curia tractatus inter resignantem, & resignatarium, ante admissam renunciationem de reseruatione fructuum aut pensione non inducunt simoniam, cum possint licite fieri, ut post Glos. Abb. & Caccialup. quos citat, scribit Redoan. de simon. part. prima. capitul. 11. sub numero duodecimo, cum sequent. Collectan. in capit. cum olim, in vltima. quæstio. de rerum permutat. Federic. de Sen. in tractat. permutat. quæstio. 38. Barbat. in viat. iur. tit. de permutat. columna tertia. Boer. decisio. 295. numero primo late Cardinal. Parisius consilio, trigesimo volumine quarto. Put. decisio. trigesima nona. libro secūdo. & * communiter Doctores, etiam si promissio transit in obligationem decisio. Tholosan. 261. dummodo fuerit apposita illa clausula, cum consensu Sanctissimi D.N. aut si Sanctissimo D.N. placuerit, Sarnen. de trienn. quæstio. duodecima. columna. tertia. Redoan. de simon. part. 2. cap. 15. numero 32. & 43. vbi dicit, quod tota die * renunciationes ita fiūt reseruatio enim quæ fit pro † resignante, videtur fauorabilis, cum fiat ex causa onerosa, & ne nimium dispēdium ex renunciatione patiatur, Gig. de pens. quæstione. secunda. & communiter * Doctores, vt dixi, libro. 6. & ob id scriptum reliquerunt plures Doctores, Episcopum † posse apponere in collatione onus alimentandi pro renunciante, Ancharan. consilio. 280. Quæstio. Anton. de Butr. in capitul. secundo. de arbitr. Dec. in dict. capitul. ex parte, prima. numero decimosexto. de offic. delegat. & consilio. 141. Oldrad. consi. 226. cum alijs, vt late per Felin. in cap. ad audientiam, colum. 1. & 2. de rescrip.

Limita tamen conclusionem principalem, si pactū de consequendis fructibus fuit completum, & habuit effectum, Nauarr. cons. 48. num. 3. de simon.

SVMMARIVM.

1 *Spiritualia possunt dari sub conditione, quę de iure in est.*
2 *Conditio aliter quam de iure insit, inducit simoniam.*
3 *Renunciatio facta coram Ordinario ea intentione, vt detur beneficium N. simoniaca.*
4 *Simonia quid sit.*
5 *Intentio temporalis pro spirituali non inducit simoniam.*
6 *Mandatum ad renunciandum coram ordinario cum clausula, vt aliqui amici rogarent, non est simoniacum.*
7 *Constitutio Pij V. simoniaca intelligenda de intentione concepta.*
8 *Renuncians, vt detur N. & non alteri simoniace.*
9 *Simoniaca mentalis ex intentione.*
10 *Conferens indigno peccat.*
11 *Resignatio simoniaca si intentio prauа fuerit deducta in pactum.*
12 *Inferior à Papa non potest facere, vt conuentio simoniaca non sit simoniaca.*
13 *Simoniacus mentalis tenetur ad cordis satisfactionē.*

QVAESTIO VI.

SEXTO quæro, An renunciatio dicatur simoniaca, si renuncians coram Ordinario renunciauit ea mente, vt detur N. nepoti cōsanguineo, aut extraneo? Pro affirmatiua facit, qa quāuis spiritualia possint dari, aut dimitti sub conditione quæ de iure inest, ca. significasti, de electione Felin. in c. ad audientiā 2. de rescr. & de iure insit conditio, vel modus, vt beneficium ab vno renūciatum, alteri conferatur, non tamen iure inest, quod cōferat illi, aut illi, & hic certæ personæ, & tamē omnis conditio uel modus, qui exprimuntur aliter, quam iure insunt, inducunt † simoniam, c. cum pridem, de pac. cap. vlt. eod.

Secundo facit, quia omnis studiosa voluntas simoniam inducit, cap. qui studet, & cap. sicut eunuchus, 1. quæst. 1.

Tertio, quia videtur ad hoc expressa constitutio Pij V. relata per Nauar. in Manual. cap. 23. nume. 110. & alia constitutio eiusdem Pij V. incip. Quanta, & hāc opinionem videtur firmare Host. in c. ex parte, nu. 2. & seq. de offic. deleg.

His tamen † non obstantibus contraria opinio est verior, & communiter * recepta a Doctoribus, ut renunciatio facta coram ordinario ea mente, vt beneficium renunciatum conferatur N. non dicatur simoniaca, quam opinionem teneat Glos. in cap. ordinationes, verb. pretio. 1. q. 1. vbi Card. Ale. numer. 33. Idem Card. Alex. in c. 1. num. 4. 1. q. 1. & in c. quicunque. 1. n. 3. post Archid. & Bellam. ead. cau. & q. Diu. Ant. 2. par. tit. 1. c. 5. §. 11. Card. Paris. cons. 135. n. 17. vol. 4. Dec. in c. ex parte, n. 17. de offi. dele. Burgas. de irrega. fol. 247. n. 56. Caccialup. de pens. q. 19. n. 6. 7. q. 16. & seq. Naua. in Manual. c. 23. sub num. 107. vers. quod renunciatio; attestans de communi, Idem Nauar. in facti contingentia respondit, cons. 38. de simon. & cons. 11. vers. ad secundum eod.

Et ratio est, quia huic casui non conuenit diffinitio simoniæ, quæ secundum Glo. in summa. 1. q. 1. est voluntas studiosa † emendi, vel vendendi spirituale, vel spirituali annexum, qualis non est voluntas sola resignandi,

signandi, sine pacto conferendi illud, ex quo cessat secundum argumentum in contrarium adductum, & ideo c. ordinationes, & c. qui studet, 1. q. 1. requirunt dationem, vel receptionem, aut pactum, conditionē, siue modum expressum dandi, & recipiendi, & ob id intentio accipiendi aliquid temporale pro spirituale † non effecit simoniam, vt probat Nauarr. in Manual. c. 23. num. 100. & ideo fuit decisum * in Rota non cōmittere simoniam eum, qui dedit mandatū ad renunciandum † cum clausula, vt post admissam renunciationem aliqui amici rogarent collatorem, vt conferet ei cui volebat renuncians, vt refert Cassad. decis. 2. de simon. & tamen ex huiusmodi mandato certa colligebatur intentio resignantis. Ex quo etiam patet respōsum ad primum argumentum in contrarium adductū, non obstat const. Pij V. quia respondet Nauarr. cōs. 38. num. 3. esse intelligendam de † intētione tacite, vel expresse in conuentionem deducta, de alia loquente de confidentia dicam late in tractatu de confidentia mox imprimendo.

Ampliatur primo, procedere etiam si ille, qui renūciauit ea mente, vt conferatur N. alias non renunciasset, communis * opinio, teste Nauarr. in Manual. d. ca. 23. sub num. 107. quamuis contrarium voluerit Caccialup. de pens. q. 19. num. 9. cum seq.

Ampliatur secundo, vt non committatur simonia, nec etiam mentalis a renunciante † hac intentione, vt beneficium detur N. si hoc non expressit, vt colligitur ex Glos. in d. c. ordinationes, verb. pretio. 2. quæst. 1. Diu. Ant. 2. part. tit. 1. c. 5. §. 11. communis * opinio, teste Nauarr. in Manual. d. cap. 23. sub. num. 107. vers. quod renunciatio, & hāc opinionem expresse firmat Card. Alex. in c. quicunque. 1. 1. q. 1. & hæc est communior ** sententia, quicquid voluerit Abb. in c. cum vniuersorum, de rer. permut. Dec. d. c. ex parte. 1. nu. 18. Card. Paris. cons. 135. num. 18. vol. 4. Redoan. de simon. p. 2. c. 10. num. 17. Ferrett. cons. 207. num. 20. Caraf. de simon. ment. num. 67. quia hic nulla adest voluntas emendi, vel vendendi spirituale, in quo consistit simonia mentalis, Diu. Thom. 1. 2. q. 20. & quæst. 72. art. 7. Maiol. n 4. dist. 25. ideo resignatarius poterit beneficium illud rētinere, c. dilecto, de præb. c. cū pridem, de pac. c. ordinationes, 1. q. 1. cap. cum in tua, vbi Innoc. de simon. Card. Paris. dict. cons. 135. num. 17. uolum. 4.

Declara primo, vt renuncians ea mente, vt confera tur tali, si ille, cui desiderat cōferendum est indignus eo beneficio peccet, Præpos. in d. c. quicunque, 1. nu. 3. 1. q. 1. & in d. c. ordinationes, num. 33. sequitur Dec. cons. 141. ad secundum, & colligitur ex his, quæ scribit Nauarr. in Manual. sub num. 107.

Declara secundo, vt si renūcians † tacite, vel expresse in conuentionem deducat illam suam mentem, vt id beneficium conferatur N. renunciatio dicatur simoniaca, ita Nauarr. cons. 38. num. 3. & cons. 43. nu. 1. de simon. & scientia ordinarij etiam si sit Cardinalis non prodest, vt respondit Nauarr. cons. 11. ad secū dam de simon. quia nullus inferior Papa † potest auctoritate sua efficere, vt conuentio simoniaca non sit talis, idem Nauarr. in Manual. c. 23. num. 107. Etsi simoniat est mentalis tenetur simoniacus ad cordis satisfactionem, cap. vlt. de simon. Diu. Thom. 2. 2. quæs. 100. art. 6. ab 6. vbi Caietan. communis * opinio, teste Nauarr. in Manual. dicto cap. 23. num. 102. quam pluribus rationibus comprobat, idem Nauarr. in cap. 1. 14. quæst. 3. Siluestr. in verb. simonia, quæst. 2. quam. is Maior in 4. dist. 25. quæst. 1. Adr. in quolibet. Sot. lib. sexto de iust. & iur. quæst. 8. numero 1. tenuerint contrarium.

SVMMARIVM.

1 *Renunciatio, cum pacto soluendi expensas, simoniaca.*
2 *Renunciatio ob pecunias mutuo habitas non est simoniaca.*
3 *Mutuum fit ad augendam amicitiam.*
4 *Verus contractus mutui excusat a simonia.*
5 *Confidentia in foro exteriori.*
6 *Pecunia mutuata ex interuallo excludit simoniam.*
7 *Pactum gratuitum inter resignantem, et resignatarium licitum.*
8 *Pactum inter resignantem, & resignatarium ante expeditionem litterarum redotet simoniam.*
9 *Resignatarius faciens totam impensam in expeditione committit simoniam.*
10 *Quis expendat in expeditione litterarum.*
11 *Renunciatio litigiosa, cum pacto vt consentiat pensioni euicta lite simoniaca.*
12 *Renunciatio ad preces non est simoniaca.*
13 *Debita causa excusat a simonia.*
14 *Simonia studiosa voluntas.*
15 *Peccat excludens dignum.*
16 *Collatio cum spe quod erit gratus non est simoniaca.*
17 *Debitum antidorale non habet vim precij.*
18 *Animus inducendi debitum antidorale. non inducit simoniam.*
19 *Renunciare beneficium consanguineis non est simonia.*
20 *Conferre beneficium consanguineis non est simonia.*
21 *Collatio facta consanguineis dignis non inducit peccatum.*
22 *Resignatio cum pacto, vt resignatarius soluat pensiones impositas, non est simoniaca.*
23 *Expressio eorum, quæ tacite insunt, non est simonia.*
24 *Expressio conditionis, ad quam quis non tenetur inducit simoniam.*
25 *Renuncians beneficium, vt habeat aliud non committit simoniam.*
26 *Litteras renunciatur absque auctoritate superioris.*
28 *Non potest quis renunciare litteris pro re temporali.*
29 *Per litteris consequitur ius præparatorium.*
30 *Præsentatio patroni est annexa spiritualitati.*
31 *Simoniacus, qui promittit sicuti qui dat.*
32 *Promissio, & datio æquiparantur.*
33 *Assassinium committitur data pecunia.*
34 *Assassinium committitur promissa pecunia.*
35 *Sola promissio de dando inducit simoniam.*
36 *Pactum pro seruitijs simoniacum.*
37 *Simonia committitur in renunciatione per dationem consanguineorum.*
38 *Simoniacus ignorans spoliatus non est restituendus.*
39 *Resignatione existente nulla non transfertur.*
40 *Simoniacus ignorans non perdit omnia beneficia.*
41 *Simoniaca renunciatio si resignatarius promittat cedere illud.*
42 *Pactum factum post breue tempus post resignationē simoniacum.*
43 *Ratio ex interuallo non inducit simoniam.*
44 *Correspectiuitas inducit simoniam.*
45 *Correspectiui actus dicuntur, qui fiunt eodem tempore.*

46 *Impensæ factæ in massarijs Ecclesiæ possunt a resignante repeti.*
47 *In dubio quis præsumitur fecisse impensas Ecclesię de bonis ipsius Ecclesiæ.*
48 *Bona clericorum præsumuntur acquisita de bonis Ecclesiæ.*
49 *Ecclesia habet fundatam intentionem super bonis possessis a prælato defuncto.*
50 *Possessio bonorum prælatorum continuatur in Ecclesia.*
51 *Constito bona esse patrimonialia, Ecclesia in illis non habet fundatam intentionem.*
52 *Renunciatio non est simoniaca si in mandato dicatur cum habeam intentionem, &c.*
53 *Resignatarius dans securitatem banchariam pro pensione resignantis non committit simoniam.*
54 *Obligatio in forma Cameræ fit ad faciliorem solutionem.*
55 *Excluditur delictum vbi alia interpretatio capi potest.*
56 *Semper interpretatio capienda vt delictum excludatur.*
57 *Contractus non præsumitur vsurarius.*
58 *Consilium præsumitur bonum.*
59 *Quisque præsumitur bonus.*
60 *Renunciatio simoniaca si quis promisit renunciare in eventum si prouideretur.*
61 *Ordinarius nō præsumitur prouidere vigore pacti inii cum parte.*
62 *Pacta de temporalibus inita inter resignantem, & resignatarium non inducunt simoniam.*
63 *Permutatio triangularis, vel quadrangularis simoniaca.*
64 *Pensio ex tribus resignationibus non est nulla.*
65 *Pactio apposita in resignatione de soluendis debitis Ecclesiæ non est simoniaca.*
66 *Quæ super abundant non solent vitiare scripturas.*
67 *Expressio eorum quæ tacite insunt, nihil operatur.*
68 *Promissio fructuum benef. pro dote sororis non est simoniaca.*
69 *Frater tenetur dotare sorores.*
70 *Retrocessio quando sit simoniaca.*
71 *Resignatio cum pacto de soluendis debitis resignantis est simoniaca.*
72 *Pactum simoniacum si non habeat effectum, nō nocet.*

QVAESTIO VII.

SEPTIMO quæro de aliquibus casibus particularibus. Quorum Primus erit, an simoniaca sit renunciatio facta a renunciāte, vt resignatarius soluat ei expensas factas in illo beneficio consequendo communis opinio ētaffirmatiua esse simoniacam, quam firmauit Rot. die 19. Octobris, 1543. in vna Canonicatus sancti Andreæ corā Put. teste eo. dec. 40. lib. 2. ex auctoritate, & ratione, auctoritate rex. in cap. cum pridem, de pact. vbi datur pecunia pro expensis, & quia dabatur correspectiue ad cōcessionem iuris, ideo Papa reputauit illam pactionem illicitam, & ibi Doctores hoc notant; ratione quia renunciatio debet esse libera, & hęc cū nō sit huiusmodi ergo &c.

1

Secundus casus, an sit simoniaca renunciatio, si renuncians habuit pecuniam mutuo a resignatario negatiuè videtur respondendum, vt tenet Nauarr. cons. 50. & 51. tit. de simon. quia potest quis mutuare pecuniam alicui principaliter ad contrahendam, vel augendam amicitiam † & subleuandam eius necessitatem, & non committit vsuram, & simoniam, licet secundario speret ab eo aliquod beneficium, etiam conferendum sibi iustè principaliter propter amicitiam, & realiter postea conferatur illud ei ab eo, Diu. Thom. 2.2.q.78. art. 2. ad 3. & in corpore q. vbi clarius Caieta. Dominic. Sot. de iust. & iure, lib. 9. q. 1. art. 2. Nauarr. in comment. de vsur. sup. cap. 1. 14. q. 3. nu. 22. & in Manual. c. 17. num. 229.

2

3

Amplia hanc cōclusionem procedere etiam si mutuauerit resignatarius resignāti pecunias post signatā supplicationem, & ante consensum extensum, in his. n. terminis consuluit Nauarr. dict. cons. 51. de simon. qa nulla interuenit simonia realis, cum nulla emptio formalis interuenerit, neque aliqua æquipollens, nam verus contractus † mutui interest ad not. in l. 2. §. mutui datio, ff. si cert. petat. & hæc conclusio procedit in foro interiori, non autem in exteriori † in quo videtur commissa confidentia, si hoc deduxit in pactum, & tenebitur ad restituendum beneficiū ex bulla Pij Quinti, de confidentijs, vt tradit Nauarr. dict. consi. 51. nu. 3. de simon. & dicemus late in tract. de Confident.

4

Limita tamen hanc ampliationem non procedere quoties post admissam renunciationem ex interuallo fuerit mutuata † pecunia, quia licita est datio, & ipsi fisco ex interuallo, Sarn. quem refert, & sequitur Redoan. de simon. par. 2. cap. 11. nu. 14. & 15. & habes rōnem per Bellam. decis. 12. sicuti licitum est inter † renunciantem, & resignatarium pactum gratuitum, Ant. de Butr. & Anan. in cap. ex parte, 1. de off. deleg. vbi Felin. col. 2. circa medium, vbi ita limitat illam Glos. idem Felin. in dict. cap. ad audientiam, de rescrip. Boer. de potest. legat. a later. n. 122. Redoan. de simon. p. 2. cap. 11. num. 11. & 12. & hoc intellige si pactum intercessit post etiam adeptam possessionem, quandoquidem pactum det re illicita post admissam renunciationem, & cōsensum † præstitum, ante vero adeptam possessionē inter renūciantem, & resignatarium redolet simoniā, ita Nauarr. cons. 49. de simon. quia possessio non pōt quæri per dationes, & remissiones, Abb. communiter receptus in dic. cap. dilectus, de simon.

5

6

7

8

Tertius casus, an simoniaca dicatur renunciatio, si resignatarius † fecit omnem expensam in admissione, & expeditione reseruationis fructuum, aut pensionis communis opinio est affirmatiua, quam tenet Nauar. cons. 5. de simon. & ambo iudicantur in foro exterio ri simoniaci, argu. ca. quā pio. 1. q. 2. & cap. vlt de pact. quia renunciatio non est libera, vt esse debet.

9

Et hæc conclusio procedit, quando resignatarius fecit huiusmodi expensas, vt fiat ei renunciatio, vt videtur declarare Nauar. loc. cit. & quando eas fecit pacto præcedente, & postea illas non retinuit: nam stylus satis vulgaris † est, vt resignatarius expendat in sua expeditione pro resignāte, retinet autē id quod impendit in primō termino solutionis pensionis, & ita practicatur absque vllo scrupulo.

10

Quartus casus, an simoniaca sit renunciatio beneficij litigiosi facta cum conuentione, vt euicta lite assignationi certę pēsionis resignatarius, † consentiret? affirmatiue est respondendum, vt in facti contingentia consuluit Nauarr. cons. 11. num. 1. vers. ad priorem quæstionem de simon. ex rationibus positis per eundem Nauarr. in Manual. cap. 23. nu. 100. & colliguntur ex superius traditis.

11

Quintus casus, an si renuncians motus fuerit ad p̄ces N. renunciatio sit simoniaca? negatiue † concludendum est

12

dum est, Nauarr. cons. 50. num. 2. de simon. quia regulariter preces, quibus rogatur collator beneficij non
13 inducunt simoniam, quando subest † debita causa, propter quam conferatur beneficium, Diu. Thom. 2.2.
14 q. 100. art. 5. ad 3. nam simoniа † est studiosa voluntas emendi, vel vendendi spirituale, vel ei annexum, Diu. Thom. dict. 2.2.q. 100. artic. 1. & in 4. dist. 21. & quod preces non inducunt simoniā prohibitam tenuit Fel.
* in cap. cum essent, de simon. & fuit bis * resolutum in Rota in vna Rossanen. subdiaconatus coram Mood. de mense Decembris, 1537. teste Sarn. de triennal. q. 12. col. 4. vers. solent. quid autem in precibus ea mente factis, vt excludatur † dignus, & admittatur notorie
15 indignus vide Doctores in c. cum M. de const. Sarn. d. q. 12. col. 4. Crauett. cons. 122. num. 9.

Sextus casus, an simoniaca dicatur renunciatio facta principaliter, vt beneficium resignatum conferatur idoneo, & † secundario cum spe, quod erit gratus,
16 & quod alioquin non renunciaret? negatiue respondit Nauarr. cons. 9. de simon. quia intentio renunciādi, & ponendi obligationem antidoralem non induxit simoniam: nam debitum, † quod non est legale, sed
17 tantum antidorale non habet vim pretij, vt colligitur ex Diu. Thom. 2.2. quæst. 78. art. 2. ad secundum, ergo neque intentio inducendi debitum † antidorale
18 inducet simoniam, & ex alijs rationibus, vt per Nauarr. loc. cit.

Septimus casus, an sit simonia, renunciare beneficia consanguineis? communis * opinio est † negatiua,
19 quam in terminis tenet Couar. lib. 1. variar. resol. cap. 5. num. 4. nam ius sanguinis nequaquam cōsideratur, vt precium spirituale, & conferre beneficium consan
20 guineis simoniæ † vitium non habet, D. Thom. 2.2.q. 100. artic. 5. licet contrarium voluerit Io. Maior in 4.
21 sent. dist. 25. q. 3. Immo neque peccatum † dummodo dignis fiat collatio, Siluest. in verb. simonia. q. 16. & in verbo renunciatio, q. 6. Florent. 2. p. tit. 1. cap 5. §. 11. Caccialup. de pens. q. 19.

Octauus casus, an sit simoniaca renunciatio facta
22 cum pacto, vt resignatarius † soluat pensiones impositas iure beneficio resignato, & reparet Ecclesiam, ministret sacramenta, aliaque faciat, ad quę ipse resignās
* de iure tenebatur? communis * opinio est negatiua, vt
23 expressio eorum, † & per pactum, quæ a iure requiruntur nō sit simonia, ita in terminis Nauarr. in Manual. c. 23. sub num. 100. vers. quæ tamen. vbi dicit ex hoc defendisse quandam collationem cuiusdam commēdę factę, vt solueret quadraginta aureos annuos, quos soluere tenebatur, qui eam haberet, Doctores post Glos. in c. significasti, de elec. de communi attestatur
* Io. Petr. Bim. cons. 15. & regulare est, ac * receptum a Doctoribus, vt exprimere quod inest, non inducat simoniam Glos. 2. in c. ad audientiam, de rescript. vbi Abb. & alij, Glos. 2. in c. olim, el primo, de rest. spoliat. Glos. 1. in cap. relatum, de præb. Archid. 8. quæst. 3. in summ. cum alijs adductis per Fel. in d. cap. ad audien-
24 tiam, num. 8. secus autem † si ad illam conditionem non teneretur, ideo si in renunciatione, aut collatione dicatur, quod fiant organa, & similia, ad quæ beneficiatus nō tenetur de iure, simonia esset prout est de mente Rotæ, teste Redoan. de simon. p. 2. c. 11. in fi.

Nonus casus, an renuncians litteris, ad beneficium vt habeat aliquod beneficium, vel pensionem dicatur
25 simoniace renunciare? negatiue † est respondendum prout respondent Card. Zabarell. But. Hostiens. Glo.
* Abb. Imol. num. 4. & communiter * Doctores in d. ca. ad audientiam, 3. de rescrip. Et probatur satis expresse in d. c. ad audiētiam, 2. de rescr. vbi Honorius, III. scribit Archidiacono Bituricen. Apostolicæ sedis legato his verbis, *Ad audientiam nostrā peruenit, quod quidam clerici obtentis a sede Apostolica litteris super prouisione sua in aliquibus Ecclesiis sibi subiectis recipientes, ab eis annuas pensiones, seu alia beneficia, ab eorum impetratione desistant renunciantes beneficio litterarum, & c.* ex quo notat Abb. in 3. not. qđ quis potest renūciare litteris Apostolicis pro alio beneficio Ecclesiastico, vel pro annua pensione auctо-
* ritate superioris, & ibi sequuntur * omnes, & ratio est quia nulla simonia potest in hoc intervenire, eo magis sēcūdum opinionem illorum, vt per litteras ad be-
26 neficia nullum ius † spirituale habeatur, Abb. in dict. c. ad audientiam, num. 6. vers. 3. post Glos. vbi etiam dicit hoc esse mirabile, Ideo licet, quis non possit renunciare beneficio sine auctoritate superioris, potest
27 tamen renunciare † litteris simpliciter absque auctо-
* ritate superioris, prout tradit Abb. * communiter receptus, in eod. cap. ad audientiam, num. 3. & late tradidi libro 7.

Limita, vt non possit quis renunciare litteris ad beneficium † pro re temporali, vt scripserunt Hostiens.
28 dict. c. ad audientiam, col. 1. Abb. sub nu. 6. quicquid voluerit Glos. ibi, nam per has litteras licet non consequatur ius in re, vel ad rem, consequitur quoddā ius
29 † præparatorium, quod est spirituale, vel spirituali annexum, sicut dicimus de præsentatione Patroni, quę
30 est annexa † spiritualitati, nam parat viam ad obtinendam institutionem, & ita tenet Redoan. de simon. p. 2. c. 15. num. 35.

Decimus casus, an renunciatio dicatur etiam simoniaca, in qua non fuit aliquod ius temporale, vel spirituale datum, sed tantum promissum? communis * opi
31 nio est affirmatiua, nam † simoniacus est, qui promittit, sicuti qui dat, vt dicit Bal. iudicatum * fuisse Florentiæ in c. 1. de testib. lib. 6. vbi hoc tenet Pet. de Anch. & Philip. Franc. col. 1. Dec. in c. veniens, glos. 1. de testib. Roman. reg. 327. & alij * omnes, quia promissio,
32 & datio parificantur non solum in materia spirituali prohibitiua, sed etiam in profana, vt probat text. in l. vlt. C. ad leg. Aquil. Soc. Sen. quem refert, & sequitur Sarn. de trienn. q. 12. col. 1. vers. sed hoc, & est tex. formalis, in c. nonnulli, 1. q. 1. & ob id Assassinium committitur non solum † si fuerit data pecunia, iuxta cap.
33 pro humani, de homicid. lib. 6. vbi Archid. col. 1. in fi. Gem. in §. cum igitur, in 1. not. Anch. in 6. not. Cor. cons. 249. col. 1. in fin. vol. 1. Dec. cons. 327. in princ. Grammat. voto 9. in princ. sed etiam ex sola † promis-
34 sione, Salic. in l. non ideo minus, in fi. C. de accusat. Curt. Sen. cons. 20. colum. 18. vers. omitto postremo, Grammat. d. vot. 9. col. 1. Gabriell. lib. commun. conclus. de maleficijs, concl. 1. Ideo quemadmodum ille, qui dedit aliquid, & consequutus fuit beneficiū, est simoniacus, & eo priuatur, ac in foro conscientiæ te-
* netur illud dimittere, vt est * communis opinio, ità &
35 qui consequutus fuit beneficium per solam † promissionem de dando, Glos. Abb. & Fel. in c. tua nos, de simon. Abb. in c. cum ad nostram, in 1. not. de ele. & ita
* fuit * tentum in Rot. die 11. Martij, 1538. coram R. P. D. Ioanne Paulo in vna Conchen. fructuum.

Vndecimus casus, an renuncians in fauorem familiaris ob recompensam seu remunerationem seruitio-
* rum committat simoniam? cōmunis * distinctio hęc
36 est, aut adest pactum, † & conditio, & tunc committitur simonia, aut non, & tunc secus, Abb. Anan. Soc. Fel. in c. cum essent de simon. Inn. in c. tua, de ætat. & qualit.

qualit. Ang. in l. sed etsi lege, §. consuluit, ff. de pet. hæred. Ias. in l. si non fortem, §. libertus, col. 4. vers. quintus effectus, ff. de condict. indeb. & in l. ex hoc iure, ff. de iust. & iur. cum alijs adductis per Boer. de potest. legat. a later. num. 125.

Duodecimus casus, an si quis renunciauerit in fauorem N. cuius consanguinei dederunt, vel promiserunt aliquid post receptionē resignationis, dicatur cō
37 missa simonia? communis * opinio est affirmatiua, vt
* etiam sit priuatus ipso iure, & teneatur cedere beneficio, habito per simoniam commissam ab alio Abb. in c. pen. 1. & 2. not. per illum tex. de elect. & in c. nobis, 1. not. de iur. patron. cum alijs adductis per Rocch. de iur. patron. in verb. est vtile, q. 3. quorum dicta approbauit, & sequuta est * Rota, in vna Messanen. Cappellaniæ de mense Maij, 1536. coram R. P. D. Petro
* Vortio, teste Sarn. de trien. q. 12. col. 4. vers. & ista, Maiol. de irregularit. lib. 5. c. 45. num. 2. & ideo alias Rot. in vna Firman. parochialium coram Aquē. die 20. No
38 uembris, 1538. pronunciauit resignatarium † simonia cum, etiam ignorantem, spoliatum non esse restituendum, teste Sarn. de triennal. d. q. 12. vlt. col. nam nihil
39 fuit translatum † existente nulla resignatione Rot. decis. 7. de renunc. in antiq. Innoc. in c. cum vniuersorū de rerum permut.

Verum simoniacus ignoranter perdit illud beneficium super quo commissa est simonia, non autē alia
40 obtenta cum nulla † adsit culpa sua, nec impeditur ordinis executione, nullamq; de hoc esse dubitationem scribit Ioan. Petr. Bim. conf. 28. num. 15.

Decimus tertius casus, An si resignatarius die præ
41 stiti consensus promittat † resignanti cedere illud beneficium sibi resignatum, cui voluerit, resignatio sit
* simoniaca? Communis * responsio est affirmatiua, vt
* fuit bis resolutum in Rota in vna * Legion. teste Moedan. decis. 243. de anno. Et ratio est clara, quia pactū
42 factum in ipsa resignatione, vel † post breue tempus inducit simoniam, Bellam. decis. 12. Moedan. d. decis. 243. in manuscr.

Declara tamen non procedere, quoties fuisset datum a resignatario resignanti ex interuallo, nam tūc
43 nulla † committitur simonia, Sarnen. quem refert, &
* sequitur Redoan. de simon. par. 2. c. 11. num. 14. & 15
* & est * communis opinio Doctorum, si ex interuallo
44 fuit datum, vel promissum, secus vero si in continenti, nam tunc renunciatio dicetur simoniaca ex† corre
45 spectiuitate, Caputaq. decis. 240. par. 3. Aragon. decis. 12. Moedan. decis. 222. in † manuscrip. & correspectiui
! * actus dicuntur, qui fiunt † eodem tempore, vt fuit resolutum in vna Gebenen. † coram * Camillo de anno 1534. teste Sarnen. decis. 4 lib. 1. in manuscrip. de quo dicetur infra.

Decimusquartus casus, an committat simoniam renuncians beneficio, ex eo, quia vult sibi solui expensas ab eo factas in certis massaritijs Ecclesiæ? Fel. consil. 11. num. 6. in terminis distinguit, quod aut impen
46 dit de bonis † proprijs, & potest absque labe simoniæ, licet in † hoc contrarium teneat Gammar. c. 1. nu. 137. vers. similiter, de rer. permu. lib. 6. aut de bonis Ecclesiæ, & non potest, aut de bonis vtriusque, & compensabitur pro rata. Si vero sumus in dubio, inquit Fel. notabiliter d. num. 6. vers. aut sumus, præsumi expensas
47 † fecisse de bonis Ecclesiæ, & per consequens nō posse illas repetere, Hug. Io. de Fan. & Archid. in c. 1. 12. q. 4. Inn. & Abb. in c. vlt. de pecul. cleric. omnia enim bona prælatorum, & clericorum, post adeptam dignitatem, & beneficia præsumuntur † esse de bonis Ecclesiæ, & de bonis Ecclesiæ acquisita, cui præficiebātur, nisi contrarium probetur, c. 1. vbi Doctores Abb. Couar. num. 7. de test. Inno. in c. cum in officijs, in 5. col. eod. tit. vbi etiam Glos. & Ioan. And. Bald. in l. si quis presbyter, in fi. C. de epis. & cleric. Barb. conf. 69. col. antepen. lib. 3. Boer. decis. 81. num. 6. Ferret. cōs. 118.
* in prin. * communis opinio, vt patet ex ample allegatis per R. P. D. Burs. conf. 376. num. 1. cum seq. vol. 4.
49 Ideo Ecclesia habebit fundatam † intentionem super omnibus bonis a Prælato defuncto possessis, Fel. in c. ex litteris, num. 3. de const. Bertach. de episc. p. 4. q. 3.
50 possessio enim bonorum prælatorum continuatur † in Ecclesia, Inno. in c. cum super, de cauſ. possess. & propriet. Guid. Pap. decis. 335. & decis. 629. Paul. de Cast. in l. si sorori, post medium C. de iur. delib. Quod limi
51 tatur non procedere quoties constat, vel cōstabit bona † esse patrimonialia, & ex redditibus patrimonij ac quisita, Rom. conf. 159. num. 4. vers. 1. casu, Capra cōsil. 20. in prin. Menoch. optime, & late de arbitr. iud. cas. 195. num. 4. latissime Burs. d. conf. 376. num. 17. vsque ad num. 22. vol. 4.

Decimus quintus casus, an sit simoniaca renuncia
52 tio si in mandato † fuit dictum cum habeam intentionem resignandi in fauorem N. constituo procuratorem Titium ad resignandum meo nomine libere in
* manibus Papæ, vel legati? fuit resolutum * negatiue coram Puteo in vna Concordien. Cappellanię 30. Octobris, 1547. teste Peleg. decis. 2. in manuſc. & decis. 79.

Decimus sextus casus, an si N. qui habebat beneficium ex resignatione Titij cum reseruatione pensionis annuæ in fauorem dicti Titij resignantis obliget ex interuallo bona sua ad soluendum pensionem, vel
53 * det fideiussores, aut securitatem bāchariam, commit tat simoniam, communis opinio * est negatiua, & ita fuit resolutum in vna Prænestin. pensionis corā Quiroga, vt habetur lib. diuers. decis. 106. in manuſc. Idq. iustificatur, tū quia obligatio sit ex interuallo, ex quo satis excluditur simonia, iuxta ea, quæ scribit, Bellam.
54 decis. 12. & supra dixi, tum etiam quia hmōi † obligatio fit ad faciliorem solutionem pensionis iam impositæ in actu resignationis, vnde excluditur omnis simoniæ coniectura, & præsumptio, nāque vbi alia in
55 terpretatio † capi potest, tūc excluditur delictum, l. me
56 rito, ff. pro Soc. & semper † capienda est interpretatio, vt delictum excludatur, late Marsil. cons. 2. col. 1. Cępoll. cons. crim. 21. n. 17. Barb. conf. 77. in prin. lib. 4. Alciat. de præsump. reg. 3. præsump. 1. & ob id cōtractus, qui pōt censeri licitus, & † vsurarius præsumitur
57 licitus, & non vsurarius, Bald. in l. rogasti, §. si tibi, col. vlt. ff. si cert. pet. Alex. cōs. 221. col. 2. lib. 2. & cōs. 200. col. 1. lib. 6. Soc. Iun. conſ. 83. col. 1. lib. 2. & consilium
58 quod potest † esse malum, & bonum ſsumitur bonū, & non malum, Bal. in l. seruum fugitiuum, col. 3. vers. nota, & ibi Ias. col. 5. vers. 3. multum nota, C. de seruo fugit. Alex. conſ. 125. col. 4. in fi. lib. 4. late similia adducens Gabr. commun. opin. de malef. concl. 2. col. 1. Iō cum possit interpretari huiusmodi obligationem fecisse bono, & malo animo, interpretandum, & præsumendum est resignatarium fecisse bono animo, tum
59 ex adductis, tūm etiam † quia quisque præsumitur bonus, c. vnico, de scrut. in ord. facien. c. vlt. de præsump. Soc. Iun. conſ. 82. col. 1. lib. 2. Bal. b. conſ. 77. in princ. lib. 4. Marsil. conſ. 2. num. 9.

Decimus septimus casus, an sit simoniaca renūcia
60 tio, si cum duo litigarent, vnus promisit resignare in
* fauorem N. cum quo litigabat in cuentū quod proui deretur de beneficio æqualis valoris? fuit resolutum *

in Rota

in Rota pro affirmatiua esse renunciationem simoniacam in vna Tholetana Thesaurariæ coram Pelegrino, teste eodem decis. 152. lib. 2. quia pactum est expſum iuxta cap. cum pridem, de pact. verum si sequatur
61 effectus, quia ordinarius prouidit, non videtur † motus vigore pacti præcedentis iuxta Glos. in clemen. 1. de rer. permut. & fuit decisum in Rota in eadem * causa Toletan. Thesaurariæ, teste Pelegrin. dict. decis. 152. in manuſcr.

Decimus octauus casus si inter resignantem, & resignatarium fuerint inita pacta de quibusdam tempora
62 libus † an renunciatio dicatur simoniaca? pro negatiua resoluit Rota, 25. Iunij, 1557. coram Card. sanctæ Crucis, in vna Lucan. canonicatus, quia potuit ex alia causa fieri huiusmodi tractatus, & pactum? vnde vt ex cludatur delictum, pronunciandum est pro non simonia, vt habetur lib. diuers. decis. 37. in manuſcr.

63 Decimus nonus casus, † an resignatio ex causa permutationis dicatur simoniaca si est triangularis, vel quadrangularis respondē affirmatiue, vt tenet Collecta. in c. 1. prope fin. de rer. permut. Imol. in clement. 1. eod. tit. num. 40. & Bonifac. de Vitall. ibi, num. 43. fuit resolutum in Rota in vna Cameracen. canonicatus, & præbendæ coram Guido Bon. decimo Aprilis, 1551. teste Caputaq. decis. 325. par. 2. vbi habes facti speciē, Card. S. Crucis decis. 128. in manuſcr.

64 Pensio tamen † non est nulla si fuit reseruata ex eo, quia N. significauit in fauorem M. & a M. in fauorem P. & a P. in fauorem G. quia cum renunciatio fiat libere coram Papa non censetur fieri actus prohibitus, vt pensio annullari possit, vt fuit resolutum in * Rota in vna Oxomen. Parochialis coram Guido Bono, 4. Decembris, 1551. teste Caputaq. decis. 314. p. 2.

Vigesimus casus, An si resignans erat grauatus debitis nomine Ecclesiæ. ita quod ad ea persoluenda Ecclesia erat efficaciter obligata, an si fuerit deductū in pactum sit simoniaca renunciatio, non valere istam pactionem tenuerunt. Io. Andr. in addit. ad Specul. de rer. permu. Feder. de Sen. de rer. pmu. q. 39. Gammar. in c. 1. nu. 136. vers. non recedas, de rer. permut. lib. 6.
65 quia renunciatio debet esse libera. Mihi † autem contraria opinio probatur, quia hoc pactum non est improbatum a iure, sed etiam si non exprimatur, incst, cap. ex præsentium, de solut. & quæ tacite insunt in spiritualibus, possunt deduci in pactum, ca. significatum, de præben. cap. significasti, de elect. Felin. in terminis, in cap. ad audientiam, de reſcr. ea enim, quæ superabū
66 dant, non † solent vitiare scripturas, l. testamentum. C.
67 de testament. & † expressio eorum, quę tacite insunt, nihil operatur, l. conditiones quæ, ff. de condict. & demonstr. limita tamen nisi adsit fraus, vel suspicio ex his, quę tradit Gammar. dict. cap. 1. nu. 136. & 137. de re. permut. lib. 6.

Vigesimus primus casus, an sint simonica pacta, q bus quis promittit tertiam † partem fructuum beneficiorum tum collatorum tum conferendorum pro dote sororis, & vt nepotes sustentari possint. Card. S. Crucis decis. 181. in manuſcrip. tenet non esse simoniaca, quia non solum id non est illicitum, sed tenemur ad alimentā dasi † & dotandas sorores, & nepotes, Abb. in cap. peruenit, de arbitr.

Vigesimus secundus casus, Quidam resignauit in fauorem Titij, & remansit in possionem, postea de-
dit certam quantitatem dicto Titio pro fructibus be
70 neficij resignati, a quo habuit † retrocessionem dicti beneficij, an hæc sint simonia? Rota distinxit, aut illa quantitas est æquiualens fructibus perceptis, & tunc nulla adest simonia, quia adest causa, propter quam datur huiusmodi quantitas, aut excedit, & tunc intrat coniectura simoniæ, ad not in c. cum pridem, de pact. & in cap. quæsitum, de rer. permut. attestatur, de hac decis. Card. sanctæ Crucis decis. 169. in manuscrip.

Vigesimus tertius casus, An renunciatio, facta cū
71 pacto, vt resignatarius † soluat debita resignantis sit simoniaca. Respondeo affirmatiue, vt in terminis consuluit Rebuff. conſ. 94. per tex. in ca. consulere, de simon. & ex notat. in c. cum pridem, de pact.

Vigesimus quartus, & vltimus particularis examinandus casus est, An renunciatio † dicatur simoniaca, si
72 resignans, vel resignatarius non peruenit ad faciendū id quod in pactum deductū est, vera est negatiua opinio, quam tenet Rebuff. conſ. 63. nu. 23. & hanc conclusionem not. quia sæpe occurrit, & secundum illam vidi iudicare.

SVMMARIVM.

1 *Coniecturæ, & præsumptiones probant simoniam.*
2 *Simonia inter grauiora crimina reputatur.*
3 *Crimina omnia pro nihilo ad comparationem simoniæ*
4 *Simonia comparatur homicidio.*
5 *Simonia comparatur idolatriæ.*
6 *Simonia comparatur crimini læsæ maiestatis.*
7 *In criminalibus requiruntur probationes clarissimæ.*
8 *Simonia accedit hæresi.*
9 *Hæresis † probatur coniecturis.*
10 *Simonia occulte solet patrari.*
11 *Præsumptiones sufficiunt in his, quæ sunt difficilis probationis.*
12 *Dolus, & fraus probatur coniecturis.*
13 *Malitia probatur præsumptionibus.*
14 *Coniecturæ in simonia debent esse violentæ.*
15 *Coniecturæ, in simonia debent plene probari.*

QVAESTIO VIII.

CTAVO quæro, An sufficiant coniecturæ, & præsumptiones ad probandā renunciationem simoniacam? communis * opinio
1 est sufficere † coniecturas & præsumptiones, Inn. & Abb. in c. sicut simoniaca in 2. not. nu. 3. de simon. idem Abb. in cap. in sinuatum, sub. num. 3. eod. tit. Anan. in ca. cum contumacia, de hæretic. lib. 6. Anan. in c. nobis, in 3. not. nu. 4. de simon. vbi etiam Abb. nu. 4. Felin. num. 1. in. 2. not. Corn. conſ. 341. col. vlt. sub. n. 6. vol. 1. Card. Pariſ. conſ. 143. n. 12. & 13. 16. & 20. vol. 4. Petr. Grego. Syntag. iur. lib. 3. cap. 13. n. 39. Cravett. conſ. 122. n. 8. Rol. a Vall. cōs. 31. n. 16. vol. 3. cū alijs vt per Iul. Clar. lib. 5. † recept. sent. §. fin. ad fi. vers. ité scias Mascard. de probat. conclus. 1304, col. 1. 2. & 3. Menoch. conſ. 67. nu. 7. vol. 1. & probatur, in dicto cap. sicut, vbi omnes Doctores, de simon.

2 Et ratio est, quia simonię vitium † inter grauiora crimina reputatur, vt tradit Innoc. III. in cap. vlt. ad fin. de purg. can. cap. vlt. 1. q. 7. nam alia crimina ad compa
3 tionem simoniæ, & hæresis † pro nihilo reputantur, c. per tuas, el primo, de simon. & in ca. inquisitionis, pau lo post princip. de accusat. ideo Inn. III. ante dictus si
4 moniæ vitium grauissimo † homicidij scelerī cōparat

actetiam

5 ac †etiam comparatur Idolatriæ,cap.cito,& ca.eos,1.
6 q.1.¶& æquiparari crimine læsæ maiestatis tradit Bal.
in l.si quemqam,in 1.not.C.de episc. & cleric. Diaz.
pract.crimin.canon.cap.85.in princ.Hinc dicit Abb.
in d.cap.sicut,in princ.de simon. quod magnitudine
omnes alios morbos superat:ideo non mirum si con
iecturæ,& præsumptiones sufficiunt,quamuis in alijs
criminibus requirantur probationes luce meridiana
7 †clariores,l.vlt.C.de prob.
8 Accedit,quia †crimen simoniæ dicitur hæresis,ca.
quoties,de simon.vel saltem æquiparatur ipsi hære-
sis sceleri,not.Glos.vlt.in c.1.de testib.in 6. Rebuff.
in prax.benef.tit.de simon.in resign.num.12.Sarn.de
trienn.q.12.num.13.Menoch.cons.67.num.3.vol.1.
9 sed in hæresi †sufficiunt præsumptiones * communis
opinio,teste Mascard.conclus.861. Comprobatur,
10 quia simonia est de his,quæ † occulte patrari solent,
Diaz.d.c.85.Redoan.de simon.p.4.c.6.num.20.&ta
men in his,quæ sunt difficilis probationis sufficiunt
11 † præsumptiones,Sarn.de triennal.q.18.Menoch. de
arbit.iud.lib.2.cas.116.num.12.& in ea solet commit
12 ti dolus,& fraus, & hæc per probabiles coniecturas †
13 probantur.c.2.de renunc.in 6.l.dolum.C. de dol.& †
malitia probatur ex præsumptionibus,c.suscitata,de
in integ.rest.

Declara,vt præsumptiones, & coniecturæ debeãt
14 esse euidentes,†& reum de ipso crimine committen
* tes,Glos.vlt.in c.insinuatum,de simon. * communis
opinio,teste Alex.de Neu.cons.64.nu.2.& seq. Clar.
in §.simonia,in fi.cum alijs,vt per Mascard.de pro-
15 bat.conclus.1304.num.27.& 28.cum seq.act debeãt
plene probari,Ioan.Anan.in dict.cap.sicut simonia-
ca,sub num.1.vers.oportet tamen, de simon. Innoc.
in cap.litteras,de præsumpt.Ioan.And.in cap.vt of-
ficium,§.1.de hæretic.in sexto cum aliis, vt per Ma-
scard.de probat.conclus.861.numero 7.& communi
* ter* Doctores.

SVMMARIVM.

1 *Simonia probatur eodem modo quo alia crimina.*
2 *Delicta probantur notorietate.*
3 *Delictum probatur rei euidentia.*
4 *Delictum probatur partis confessione.*
5 *Confessio oris proprij maior probatio.*
6 *Confessio in iudicio criminali probat simoniam.*
7 *Simonia probatur fama.*
8 *Simonia probatur instrumento.*
9 *Simonia probatur correspectiuitate.*
10 *Simonia ex mandatis datis eadem die,coram,eodem notario.*
11 *Correspectiuitas ex quibus colligatur.*
12 *Correspectiui actus,qui.*
13 *Actus incontinenti facti correspectiui.*
14 *Mandata eodem tempore inducunt correspectiuitatem.*
15 *Simoniacus regressus ex diuersis mandatis.*
16 *Actus reciproci in beneficialibus simoniaci.*
17 *Reseruatio beneplaciti Papæ non obtenti non excusat a simonia.*
18 *Annullato vno actu correspectiuo annullantur cæteri.*
19 *Probatio oriens ex correspectiuitate præsumptiua.*
20 *Notarius rogatus de instrumento simoniaco non potest opponere,de simonia.*
21 *Resignatio facta absenti tollit suspitionem simoniæ.*

QVAESTIO IX.

NOno quero,Quomodo probetur simoniaca renũciatio? respondeprobari simoniã eisdem modis, q
1 bus etiam probatur quod libet factum & †aliud crimen Redoã.de simon. p.4.c.6.n.1.Mascar.de ꝓb. concluſ.1305.num.1.
2 Et primo probatur †Notorietate,cum est ita notorium in resignatione interuenisse simoniam,vt nulla possit tergiuersatione celari,c.de manifesta,cum duobus seq.2.q.1.

Secundo rei †euidentia,cum quis in crimine com-
3 prehenditur,c.si quis diaconus,dist.50.c.si quis cle
ricus,dist.81.c.presbyter,dist.53.

Tertio ex partis †confessione,c.presbyter 15.q.5.
4 c.de hoc,vbi omnes de simon.Red.late de simon. p.
4.c.7.Rol.a Vall.cons.31.num.1.vol.3.nulla enim est
5 maior,probatio quam † oris proprij confessio.l.gene-
raliter,C.de non num.pecun.late Mascard.de proba.
concl.350.& vide casum Put.decis.381.lib.1.

Amplia procederetetiam si illa confessio fuerit fa
6 * cta in iudicio criminali,vt fuit*resolutũ in vna Vlix-
bonen.Quartariæ coram Accorambono, Lunæ die
16.Maij 1552.teste Caputaq.decil.242.p.3. nam ibi
quidam confessus fuit ante resignationem conueniſ-
se cum resignante de dando illi pensionem,& postea
fuit beneficium renunciatum in manibus Nuntij.

7 Quarto per famam†late Redoan.de simon.p.4.ca.
6.nu.3.Mascard.de prob.d.concl.1305.num.10.

8 Quinto,per instrumentũ,c.placuit.16.q.3.in quo
adest promissio,vel pactum,Dec.cons.118.nu.1.vers.
& de promissione,& in l.si quis obligatione.nu.1. ff.
de reg.iur.Alciat.cons.2.num.10.lib.1.Menoch. cõs.
* 67.num.8.vol.1.&*communiter alij omnes.

* 9 Sexto per†correspectiuitatem,vt fuit* pluries reso
lutum in Rota,& est cõmunis opinio omnium Do-
ctorum.Put.decis.460.lib.2.Caputaq.decis.240. p.3.
Aragon.decis.12.manuscr.exemplum, vt quia adsunt
10 mandata ad†cedendum,& retrocedendum: nam Ro
* ta iudicauit*simoniacam renũciationem in vna Iller-
den.prioratus,& in alia Gerunden.teste Moed.decis.
222.in manuscr.& alias in vna Calagurit. integre por
tionis 28.Ianuarij 1547.coram Pelegr. in qua fuit da
tum mandatum ad cedendum in fauorem N. qui N.
coram eodem Notario,& testibus dedit mandatũ ad
retrocedendum reseruato regressu fuit resolutum re
signationem esse simoniacam propter correspectiui
tatem,teste eodem Peleg.decil.81.in manus.& in vna
Veron.Monasterij coram Card.S.Cruc.20.Octobr.
1551.teste Caputaq.decis.4.lib.2.& in vna Osceñ.Ca
nonicatus,& præbendæ 7.Februarij 1547. coram eo
dem.nam ex dictis Instrumentis confectis corã eodẽ
11 Notario,†& testibus colligi correspectiuitatem fuit
resolutum die 5.& 7.Februarij 1547.corã eodẽ Pele-
grino,vt ipse attestatur.decis.82.lib.1.in manus.secus
vero si hmõi mandata fuissent confecta diuersis die-
bus,& sic diuerso tempore,vt fuit sententiatũ,*in d.
* causa Calagurit.teste eodem Peleg.decis.288.lib.3.in
12 manuscr.nam correspectiui † actus dicuntur illi quan
do vnus propter alium fit,& propterea de illis iudica
tur,vt de vno,quia in simul fiunt,Soc.cons.66.col.vl.
13 lib.3.Caput.decis.35.p.1.actus.n.in continenti facti †
correspectiui iudicant,Rip.in l.neutri.§.vl.ff.de priui
leg.cred.

leg.cred.Curt.Sen.cons.54.num.4. vt quia fiunt vno
eodem tempore coram eisdem Notario,& testibus.
Dec.in l.certi cõditio, §.si numutos.num.13.ff si cer.
pet.Fel.in cap.pastoralis,col.penult.de rescr.fuit reso
lutum in Rota, in vna Gebbennen. coram Camillo
de anno 1534.teste Sarn.decis.4. lib.1. in manuscr. &
14 alias fuit resolutum,quod si N.constituat † procurato
rem ad renũciandum in fauorem M.& M.coram eo
dem Notario,& testibus constituat eundem procura-
torem ad consentiendum pensioni,mandata esse cor
respectiua in vna Virdunen.Monasterij.6.Martij.1539
coram Card.Paleott.teste eod.decis.101.alias 150. ita
etiam fuit tentum in similibus causis coram Cardina
li S.Cruc.in vna Veronen.Monasterij, & in vna Au-
gustan.Preposituræ,Crescent.decis.78.Moedan. dec.
124.Sarn.decis.4.lib.1.Pelegrin.decis.81.& 82.omnes
in manuscr.Quod est intelligendum existentibus etiã
coniecturis de fraude,& dolo.

Hinc alias fuit resolutum ex tribus mandatis confe
ctis eadem die coram eodem Notario,& testibus col
ligi simoniacam esse resignationem in vna Lucan.die
prima Februarij.1557.& habes per Moed.deci.337.li.
1.& facit quod fuit in vna Hippogerien.22.Octobris
1584.& 4.Febr.1585.resolutum.

Et alias ob hanc causam fuisse tentum regressum
15 esse simoniacum †atte stat ur Cresc.dec.78.lib.1. in vna
Gerunden.Custodiæ Aragon.decis.17.Put.dec.528.
16 lib1.actus †enim reciproci in beneficialibus inducunt
simoniam,Caputaq.decis.240.p.3.

* Hinc etiam fuit resolutum in vna*Bononien. Ve-
neris 23.Ianuarij.1773.cessionem prioratuum,& resi
gnationem monasteriorum,& reseruationem pensio
17 nis esse correspectiuas,vt vna † annullata omnes cor-
ruant,nam licet diuersæ fuerint datæ, & diuersæ mis-
sæ supplicationum resignationes,tamẽ vnico contex-
tu fuerunt præstiti consensus coram eodem Notario
& testibus super vtraque supplicatione,potest tamen
probari contrarium,quia probatio oriens ex præsta-
tione consensuum vnico contextu est præsumptiua,
vt fuit decisum in alia Bononien.Lunæ 19.Iunij.1578
coram Illustrissimo Cardinali Aldobrandino, tunc
Auditore Rotæ doctissimo,& nunc Sum.Pont.Max.
& Opt.

Hinc etiam aliàs fuit resolutum mandata non dici
correspectiua si vnum fiat hodie ad renunciandum,
& aliud cras ad retrocedendum in vna Pampilonen.
Prioratus cora Guidobono.20.Ianuarij. 1552. teste
Caputaq.decis.197.p.2.& si actus fuerunt correspecti
19 ui,& fuit dictum cum beneplacito Sedis Apostolicæ,
si postea huiusmodi beneplacitum non obtineatur re
nunciatio adhuc est simoniaca, vt fuit resolutum *in
vna Oscenen.coram Cardinali S.Crucis teste Achille
de Grass,decis.45.in manuscr.Ant.August.dec.625.
lib.3.& decis.652.eod.lib.3.

20 Et non omittam,quod Notarius de instrũ simoni
co rogatus non possit opponere de simonia vigore il
lius instrumenti simoniaci per eum confecti ad effe
ctum canonizationis gratiæ si neutri,vt Rota resol-
uit in vna*Toletana parochialis coram Card.S.Cru-
cis,20. Nouembris. 1547. vt attestatur ipse Card.S.
Crucis decisio.94.& Pelear.decisio.13.libro secun-
do in manuscr.& Put.decisio.330.libro.2. quia dete-
geret suam turpitudinem ad not.in cap.in litteris, de
transact.

21 Et renunciatio † facta absenti tollit suspicionem si-
moniæ.Card.Paril.dons.135.nu.19.vol.4.

SVMMARIVM.

1 *Socius criminis non probat pro socio,nec contra socium.*
2 *In crimine furti socius non probat.*
3 *In crimine falsi socius non probat.*
4 *Socius probat in crimine adulterij.*
5 *Socius an probet quoad inquisitionem formandam,& torturam.*
6 *Dictum socij quando sufficiat ad inquisitionem.*
7 *Socij plures non probant contra socium.*
8 *Socius in causa ciuili non potest esse testis,cum agitur de re communi,.*
9 *Socius criminis simoniæ probat contra socium.*
10 *Simoniæ crimen atrox.*
11 *Alia ad comparationem simoniæ pro nihilo reputantur.*
12 *In crimine læsæ maiestatis admittitur socius.*
13 *Simoniacus æquiparatur crimini læsæ maiestatis.*
14 *In crimine hæresis socius admittitur.*
15 *In crimine sacrilegij socius probat.*
16 *Conspiratio contra Papam probatur per socium.*
17 *In crimine assassini socius probat.*
18 *Socius probat in crimine falsæ monetæ.*
19 *Socius probat in causa maleficij.*
20 *Socius probat in crimine latrocinij.*
21 *Crimina atrocissima quæ.*
22 *Socius probat in crimine raptus.*
23 *Simonia solet occulte committi.*
24 *Socius probat contra socium in criminalibus.*
25 *Testes alias parum habiles admittuntur propter enormitatem criminis.*
26 *Iura transgrediuntur ob atrocitatem criminis.*
27 *Lex vbi est expressa,non cadit dubium.*
28 *Socius criminis,& muneris non probat simoniam.*
29 *Mediator propter participationem suspectus.*
30 *Malus semel semper præsumitur malus.*
31 *Mediator propter participationem dicitur committere delictum.*
32 *Proxeneta dicitur vsurarius percipiens emolumentum.*
33 *Socius muneris qui dicatur,& num.39.*
34 *Salarium proxeneticum quod.*
35 *Socius in crimine simoniæ habens promissionem salarij non probat.*
36 *Qualitas requisita in lege debet verificari.*
37 *Remissio est donatio.*
38 *Aduocatus potest esse testis in causa,si non recipit salarium.*
40 *Promissio quando habeat vim receptionis.*
41 *Promissio continet vtilitatem.*
42 *Assassinium committitur ex sola promissione.*
43 *Socius in crimine simoniæ non probat,quando agitur criminaliter.*
44 *Mediator admittitur in ciuilibus de confessa pretium.*
45 *Causa criminalis quæ.*
46 *Criminalis causa cum agitur de crimine.*
47 *Criminalis causa quando imponitur pœna corporalis.*
48 *Criminalis causa quando crimen deducitur vt punia tur.*
49 *Resignatio confidentialis nulla.*
50 *Confidentia quomodo committatur.*
51 *Tractatus de confidentijs.*
52 *Sedis Apostol.iudicio,& correctioni omnia submittenda.*

QVAE-

QVAESTIO X.

VAERO decimo, an testes socij criminis, pbẽt resignationem simoniacam? videtur respõdendum negatiue ex regula trita, & communiter* passim a Doctoribus recepta, vt socius criminis, nec pro socio, nec contra sociũ probet, l. quoniã, C. de testib. c. veniens el 1. c. ex persona, co. tit. c. 1. de confes. c. nemini, 15. q. 3. Specul. de testib. §. 1. vers. item, num. 37. Anch. cõs. 24. col. 3. Fulgos. cons. 135. col. vlt. Io. Anan. cons. 59. Bal. cons. 95. in prin. lib. 1. Alex. cons. 11. num. 1. lib. 1. & cons. 90. lib. 3. Cor. cons. 94. num. 5. vol. 3. Card. Paris. cons. 53. num. etiam 53. & 151. num. 8. vol. 4. Dec. cons. 189. nu. 8. & cons. 234. col. 1. Cur. Iun. cons. 170. col. 2. Soc. Iun. cons. 39. nu. 64. vol. 2. Ruin. cons. 147. vol. 2. Natt. cons. 18. num. 14. lib. 3. Rolan. a Vall. cons. 73. num. 2. vol. 1. Ias. cons. 23. per totum, vol. 1. Grat. cons. 97. num. 8. vol. 1. cõem* dicunt Carer. prax. crimin in princ. num. 122. Bero. cons. 175. num. 62. vol. 3. Clar. lib. 5. recept. sent. §. vlt. q. 21. Bertaz. cons. crimin. 6 1. num. 15. lib. 1. Mascard. de prob. concl. 1311. num. 1. vbi infinitus eiusdem sententiæ auctores congerit, & ob id conuictus de furto, sti sociũ nominet, nihil contra eum probat Salicet. in l. vlt. col. 2. C. de accusat. late Marsil. cons. 22. num. 13. cũ seq. Rol. a Vall. cons. 51. num. 26. vol. 1. idemque in crimine falsi probat Dec. cons. 189. num. 8. & cõs. 234. col. 1. Card. Paris. cons. 151. num. 4. vol. 4. Ioan. de Amic. cons. 138. Hieron. Gab. cons. 164. num. 61. vol. 1. Ruin. cõs. 146. col. 3. vol. 5. Ac in crimine adulterij deducit Ias. cons. 23. vol. 1. Card. Paris. d. cons. 54. num. 50. vol. 4. Fulgo. cons. 135. col. vlt. Et in crimine homicidij tradit Bar. in l. repeti, §. 1. ff. de quæst. Grammat. cons. crimi. 21. num. 3. Boss. in trac. criminali, tit. de iud. num. 144. Ita pari ratione idem erit in crimine simoniæ. Et hoc intelligitur, vt socius criminis non probet contra sociũ 5 etiam quoad inquisitionem formãdam, & vt minus faciat indicium ad torturam, vt probat Salicet. in l. vlt. C. de accus. Alex. cons. 137. lib. 4. Grammat. cons. 66. per totum, & cons. 70. num. 6. Card. Paris. cons. 163. num. 18. vol. 4. Hieron. Gabr. cons. 177. num. 9. vol. 1. * Grat. cons. 60, lib. 2. *communem affirmant Natt. cõsil. 18. num. 14. vol. 1. Rol. a Vall. cons. 16. num. 5. & 73 num. 2. vol. 1. Paris. cons. 173. col. pen. vol. 4. quamuis Io. Hostien. Abb. Imol. Anch. & Butr. & alij in c. 1. de cõfess. tenuerint contrarium, Blanc. tract. de iud. nu. 387. Rom. in l. si certus, ff. de fillanian. Felin. in c. sicut nobis, de testib. & alij, quorum sententia intelligenda 6 est, concurrentibus indicijs, vt tunc dictum † socij sufficiat ad inquisitionem, vt declarant Campeg. de testib. reg. 86. fallen. 2. Bertaz. cons. crimin. 40. num. 12. & 13. vol. 1. Menoch. de arbit. iud. cas. 474. num. 25. & etiam intelligitur, quamuis sint plures socij criminis, 7 qui idem deponerent, nam nihilominus † eorum dictum non sufficeret. Alex cons. 88. col. pen. volum. 5. Natt. cons. 298. num. 10. vol. 1. Rol. cons. 16. lib. 1. Marsil. consil. 22. cum alijs, vt per Mascard. d. concl. 1211. numero 18.

Et comprobatur, quia socius cum etiam agitur in 8 causa ciuili de rẽ cõi non potest esse testis, Bar. & alii omnes in l. quoniam liberi, C. de testib. Abb. in c. insuper, eod. tit. Menoch. de arbit. iud. cas. 474. in prin. Nell. de testib. col. 2. cum aliis, vt per Mascar. de prob. concl. 1312. col. 1. & 2.

His tamen non obstantibus, contraria opinio est * verior, & cõmuniter* recepta per Doctores, vt socii 9 criminis in crimine simoniæ probent ipsam simoniã vt statuit Greg. IX. in conc. Lugdunensi. vt habetur in c. 1. de testib. lib. 6. *Mediatores, per quos scelus simoniæ plerumque committitur, ad testimonium contra sceleris eiusdem auctores in detestationem criminis admittuntur, & c.* c. si quis Papa, dist. 89. Gloss. vlt. 15. q. 3. Innoc. in c. veniens, de testib. Specul. in Spec. tit. de teste, §. 1. sub num. 37. Gloss. in verb. mediatores, * Gem. Anch. Franc. & alii communiter* in d. c. 1. de testib. lib. 6. Ruin. cons. 158. num. 3. vol. 5. Campeg. reg. 86. de testib. fallent. 1. Crot. eod. tract. num. 94. Boer. q. 319. num. 2. cum aliis multis, vt per Redoan. de simon. p. 4. c. 15. nu. 28. Menoch. & alii, vt per Mascar. * d. concl. 1311. nu. 25. & omnes * communiter passim id volunt, considerantes rationem huius conclusio- 10 nis fundari in atrocitate † criminis simoniæ, c. vl. ad fi. de purgat. canon. Diaz. in prax. crim. c. 85. in princip. 11 Cætera enim delicta ad comparationem simoniæ † p nihilo reputantur, c. vlt. 1. q. 7. late Mascard. de prob. 12 concl. 1304. col. 1. Et ideo in crimine læsæ † maiestatis ob atrocitatem eius, socius criminis admittitur aduersus socium, c. nemini, 16. q. 3. l. quisquis, C. ad leg. Iul. maiest. Gloss. in l. vlr. C. de accus. Martin. de Laud. de crimin. læs. maiest. num. 8. Bal. in l. quoniam liberi, C. de testib. Marsil. cons. 1. num. 32. Rol. cons. 68. nu. 4. lib. 2. Capic. decis. 130. num. 57. Tib. Dec. cõs. 181. * num. 334. vol. 1. &* communiter Doct. & nemini du- 13 bium est simoniacum æquiparari crimini læsæ † maiestatis, teste Bal. in l. si quemquam, in 1. not. C. de episc. & cleric. Alex. in addict. ad Bar. in l. 2. ff. de publ. iud. 14 Rol. a Vall. cons. 32. num. 22. lib. 3. Hinc etiam in crimine hæresis socius criminis admittitur, Gloss. d. l. vl. * vbi Salic. &* alii omnes, C. de accus. Bal. cons. 95. col. 1. lib. 1. Grammat. cons. 135. num. 25. Boer. q. 319. nu. * 2. &* communiter † alii.

15 Hinc etiam † in crimine sacrilegii socius admittitur c. in primis, secũda q. 1. c. qui autem, 17. q. 4. Campeg. * d. reg. 86. de testib. fall. 1. & alii* omnes.

16 Hinc quoque † in crimine conspirationis contra Papam admittitur socius, Alex. cons. 13. col. 4. libr. 6. Fel. in c. vlt. de confess. Natt. cons. 138. num. 2. vol. 1. 17 Mars. cons. 1. num. 32. Hinc etiam † crimine assassinij * socius probat, l. Diuus, la 2. de cust. reor. l. in prouinciarum, C. de fer. Marsil. cons. 22. num. 15. Grammat. cons. 28. num. 10. & alii* omnes. Hinc quoque in cri- 18 mine † falsæ monetæ socius examinatur, l. 1. C. de falsa monet. Grammat. cons. 38. num. 25. Hinc etiã in cau- 19 sa † maleficij socius admittitur. l. vlt. C. de malef. Bal. cõsil. 96. lib. 1. Crot. de test. p. 3. num. 47. Hinc etiam idẽ 20 erit in crimine latrocinij, Grammat. d. cons. 35. num. 26. in crimine testis corrupti, Boer. q. 319. num. 3. nã 21 huiusmodi crimina † sunt atrocissima, & socij deponunt in tortura, Alberic. in l. vlt. C. de accus. Fulgos. cons. 173. col. 1. Alex. cons. 11. col. 2. lib. 1. Bertaz. cõs. crim. 234. num. 4. vol. 1. Burs. cons. 239. vol. 3. & in ma- 22 teria † raptus, Caputaq. decis. 277. p. 3.

Accedat & alia ratio, quia simonia est de crimini- 23 bus, quæ occulte † solent committi, Cravett. cõs. 122. num. 8. cum aliis, vt per Mascard. de probat. conclus. * 1304. num. 11. & communiter* volunt Doctores. Et in his criminibus, quæ solent perpetrari occultæ, & sunt

24 sunt difficilis probationis socius contra socium † admittitur, Bal. in Auth. si dicatur, de testib. Dec. cons. 189. num. 9. Crauet. cons. 178. num. 3. Rol. a Vall. cõs. 73. num. 27. lib. 1. Aret. cons. 61. ad fi. Rim. Sen. cons. 75. num. 12. vol. 1. Natt. cons. 298. num. 9. vol. 2. Dec. respons. 4. num. 47. vol. 3. Ias. in l. cunctos populos, C. de iumn. Trin. & fid. Cath. & alios plures citat Mascard. de prob. concl. 1311. num. 33. & 34. & ideo Gemin. in d. c. 1. de testib. lib. 6. notat speciale esse hoc casu, vt mediator admittatur, & dicit num. 3. quod pro- 25 pter enormitatem † criminis admittuntur testes, qui alias non admitterentur, c. 1. de confessis, & licitũ est 26 ob atrocitatem transgredi † iura, iuxta commune dictum Innoc. in c. 1. de const. ex quibus cessant ea, quę in contrarium fuerunt adducta, cum sit speciale hoc * casu, vt* omnes doctores volunt d. c. 1. de testib. lib. 6. 27 & habeamus legem † expressam, vnde non erit ambigendum, l. ancillæ, C. de furt.

Declaratur primo, hæc conclusio non procedere 28 in eo, qui esset socius criminis, & † muneris, nam tunc non probaret contra simoniacum, vt probatur in d. c. 1. de testib. lib. 6. in fin. ibi, *Et emolumentum exinde non fuerint assecuti*, & ibi Glos. in verb. assecuti, Ioã. * Monach. Pet. de Anch. Gem. Franc. & alij omnes* tradunt, & in c. veniens, el 1. eod. tit. extra ibi, *Et nos tuã sententiam commendamus, eo quod ille, qui eodẽ erat infectus crimine, inde contra eum testificari non posset, & c.* & loquitur ibi Alex. III. de crimine simoniæ, vt patet in principio, & ibi Glos. in verb. illorum confirmat, & dat rationem, Ant. de Butr. Abb. & alij oẽs, Redoan. de simon. p. 4. c. 5. num. 28. Alciat. cons. 2. nu. * 4. & num. 8. tom. 1. lib. 1. & communiter* Doctores, vt per Mascard. de proba. concl. alleg. 1311. num. 26. Salicet. in l. quando liberi, nu. 6. C. de testib. & ita fuit * se sententiatum* in Rot. in vna Pampilon. parochialis de paterna coram Accorambono 13. Iunij, 1552. refert Caputaq. decis. 244. p. 3. Et rationem ponit Gem. d. c. 1. num. 4. de testib. lib. 6. quod propter participa- 29 tionem emolumenti mediator censetur † valde suspectus ad testificandum super actu, ipso mediãte gesto, 30 & ideo ei non creditur, quia semel † malus semper presumitur malus, reg. vulg. & num. 5. ex mẽte Ioan. Monach. dicit, quod recipiendo emolumentum est magis infectus, & ideo ei non creditur: addit Franc. ibi- 31 dem num. 2. quod tunc mediator dicitur † ipsum delictum committere, c. nuper, & c. quanto, de præsumpt. c. 1. de off. deleg. c. licut dignum, de homic. & dicitur * simoniacus, quia recepit salarium, Glos.* communi- 32 ter recepta d. c. 1. sicut in contractibus † vsurarijs proxeneta dicitur vsurarius, & tenetur ad restitutionem, Glos. in l. sciente, ff. de parric. Bar. in l. 1. §. incidit, ff. ad Turpill. ex rationibus, vt per Inno. & Doctores in c. super eo, de vsur. c. cum liceat Papę, 12. q. 2. Lap. alleg. 33 93. Et sic dicit † socius † muneris, quoties recepit emolumentum, idest secundum Archidiac. fructus laborum, vel acquisitionis alicuius rei, aut redditus secundum Ioan. Monach. vel secundum Gem. d. c. 1. quoslibet prouentus ad not. in Clem. statutũ, de elect. Io. 34 Monach. in c. nemo, de sim. & salarium † illud, quod eis datur, dicitur proxeneticum, l. 1. & 2. ff. proxenet. Glos. d. c. 1. verb. mediatores.

Sed dubium est, quid si socius criminis simonię recepit promissionem salarij, seu emolumenti, non tũ 35 salarium, seu emolumentum, tan repellatur a testimonio, Io. And. d. c. tenuit hoc casu non repelli sequitur Gimin. num. 6. & num. 7. & ibi Io. Monach. idem videtur firmare, ex eo, quia dictum c. 1. de testib. lib. 6. requirit culpam, & receptionem salarij, vt mediator 36 repellatur: ô hæc qualitas in primis † verificanda erit, l. quicunque, C. de ieru. fugitiu. & tex. in d. c. veniens, el 1. de testib. loquitur in remissione vini, ex qua illi erant consecuti emolumentum, quia erant obligati 37 ad soluendum, & † remissio est donatio, l. si fundum, §. titio, ff. de leg. 1. l. peculio, la 1. & ibi Bar. ff. de pecu. l. 3. §. si postulanti, ff. de donat. int. vir. & vxor. Glos. in l. si inter, & ibi Bal. C. de † solut. Alex. in l. si mulier, ff. de cond. ob caus. Bal. cons. 201. lib. 4. & maxime de debito liquido, Dec. ibidem num. 13. ideo sola promissio non sufficit, sicuti dicimus de Aduocato, qui conue 38 nit de salario, † quia poterit esse testis in causa, si nondum salarium recepit, Glos. in l. vlt. ff. de testib.

His tamen non obstantibus, contrariam opinionẽ 39 existimo † veriorem, quam refert Bal. in d. ca. 1. fuisse * seruatam* in ciuitate Florentiæ, & hanc opinionem dicit esse tutiorem Fran. ibid. num. 3. Dec. d. c. veniẽs & secundum hanc opinionem fuit resolutum in di- * cta* Pampilon. parochialis coram Decano, die 13. Iunij, 1552. teste Caputaq. d. decis. 244. p. 3. quia sola pa ctio est turpis, l. 1. cum seq. ff. de calumn. & quia fuit 40 contentus † sola promissione, vnde videtur recipisse, arg. §. venditæ, inst. de rer. diuis. l. 2. §. creditũ, ff. si certet. & ideo paria sunt promittere, & soluere, l. vlt. C. 41 de fals. ex qua promissione satis dicitur † vtilitatẽ consequi, Franc. d. c. 1. num. 3. in fi.

42 Hinc crimen falsi frequentissimi cõtrahitur etiam ex sola † promissione, Salicet. in l. non ideo minus, in fi. C. de accusat. Curt. Sen. cons. 20. col. 18. vers. omitto postremo, Grammat. vol. 9. col. 1. dum alijs, vt per Gabr. de malef. concl. 1. num. 1. cum seq.

Declara secundo hanc conclusionem procedere, 43 quoties agitur ciuiliter † secus autem si agatur criminaliter, vt dicitur in d. c. 1. de testib. lib. 6. ibi si nõ agatur criminaliter, sed ciuiliter, & emolumentum exinde non fuerint assecuti, & ibi Glos. in verb. ciuiliter, hoc confirmat, & respondet tacitæ obiectioni dicẽs, 44 quod in ciuilibus mediator de consensu partium ad mittitur ad testimonium, alias secus, §. quoniam vero Auth. de testib. Glos. in c. dilectorum, de testib. cogẽ. hic autem admittitur etiam parte contradicente, & in hoc hic tex. inducit specialitatem, Io. And. & Imol. in d. c. dilectorum, Glos. in c. vlt. eod. tit. de testib. lib. 6. Pet. de Anch. Gem. Franc. num. 6. & 7. in d. c. 1. Angel. in l. quoniam, C. de testib. Bald. in l. omnibus, eodem tit.

Et quando dicatur agi criminaliter, & quando ci- 45 uiliter & quæ sit † causa ciuilis, & quæ criminalis plures sunt Doctorum sententiæ, quas omnes retuli cũ legerem rubricam extr. de iud. Glos. in l. Cor. in prin. verb. eorum, ff. de iniur. voluit, vt causa criminalis dicatur, † quãdo agitur de crimine, alias ciuilis, sed hãc 46 opinionem confurat ibi Bart. vers. certe ista, Abb. d. rubr. de iud. num. 5. vers. tertia opinio, & cõmuniter * * Doctores, teste Blanc. in prax. crimin. in 5. p. incip. visis indicijs, num. 157. Glos. vero in l. 1. verb. ciuiliter C. quando ciuil. act. crimin. præiud. tenuit dici causã 47 criminalem, quando imponitur pœna † corporalis, ciuilem quando imponitur pecuniaria, hoc etiam voluit alia Glo. in l. si qua per calumniam, verb. auri, C. de Episc. & cleric. & Glos. in l. obseruari, vers. proficisci, ff. de off. procur. & in l. vlt. C. de his, qui ex publ. iudic. verb. ciuiliter. Sed hanc etiam sententiam repro- * bat Bar. in l. 3. C. de sepulcr. violat. &* communiter reprobari attestatur Dec. in d. rubr. de indic. num. 9. in princ. pen. col. & Blanc. loc. cit. num. 158. Clar. libr. 5. recept.

recept.sent.§.vlt.q.1. vers. sed hæc etiam opinio, & Glos.l.3.ff.de sepulcr.viol.in princ.verb.cētum aureorum, tenuit tertiam opinionem, vt dicatur causa criminalis, quando agitur pro crimine ad pœnam applicandam fisco, quando vero quod petitur, venit applicādum parti, dicatur causa ciuilis, idem Glos.in l.aut damna, in princ.ff.de pœnis, Bal.in l.si qua per calumniam, C.de Epis.& cleric. Ias.in rub.C.de iud.num.
* 2.communis, *teste Dec.in cap.extr.de iud.num.9 Gomez.in §.1.post nu. 8. de act. & ibi Benincas.num. 125. infinit. Alciat. in sua prax. iudic.fol.5. Marant.in suo spec.in 4.par.Soc.sun.c6 fil.99.num.26.vol.2.Cæphal.cons.355. num.31.lib.1. & cons.141.num.21.eod.lib.1.Clar.d.q.1.in 3. col. Duaren.lib.1.disput.anniuers.c.35.Rober.Aurelian. lib.4.sent.iur.c.9.Menoch.de arb.Iud.cas.266.num. 6.Sed hanc quoque improbat Constant. Harmenopolis in prompt.iuris lib.1.tit.2.Rot.decis.10. de appell.in antiq.Menoch.de arbitr.iud.q.82. num. 3. In terminis conclusionis nostræ potest defendi opinio
48 Abb.d.rubr.de iud.num.6.vers. & ideo, ut dicatur t causa criminalis, quando crimen deducitur, vt punia tur, vt probatur in c.per tuas, el 1.in fi. de simon.ibi, *Cum ageretur non criminaliter, vt deponeretur ab ordine, sed ciuiliter, vt ab administratione amoueretur, tanquam immeritus, & damnosus, &c.* & ibi omnes
* * Doctores illum ad hoc notant.

Pro complimento huius vltimi libri scire oportet; quod sicuti resignatio simoniace facta est nulla, ita
49 est confidentialis, facta intercedente confidentia, vt statuitur in Constit.Pij IIII. 109.incip.Romanum, & in alia Pii V.87.incip.Intollerabilis, vbi etiam ex-
50 plicatur quibus modis committatur confidentia, ex qua causa, ex quibus præsumatur, quomodo probetur, & per quos testes, & qua pœna puniantur confidentiarii, super quibus omnibus, quia materia est utilis, & dubia, a nemine pertractata, multis vigilijs con-
51 feci tractatum, quem pro vtilitate communi, mense sequenti tradam Typographo imprimendum.

Et ex his ad laudem omnipotētis Dei, & Virginis Mariæ, ac Sanctorum Ioannis Baptistæ, & Francisci de Paula protectorum, sit absolutus iste Tractatus, cuius dicta sumitto correctioni Sedi Apostolicæ, &
52 scripta esse volo præmissa protestatione, de qua in c. hæc est fides, 24.q.1.cum alijs, vt per Bellam.in cons. 28.col.3.& tradit Card.Paris.cons.68.nu.427. vol.4.

FINIS.

INDEX COPIOSISSIMVS RERVM AC VERBORVM MEMORABILIVM

Quæ in Primo, & Secundo Tomo huius tractatus de Resignatione Beneficiorum Excellentiss. J.C.D. Flaminij Parisij continentur.

A'

ABBAS dicitur religiosus, l.9.q.4.n.18
Abbas exemptus potest renunciationem beneficij recipere, l.7.u.15.nu.3
Abbas est prælatus etiam ordinarius, l.7.q.15. num.13
Abbas exemptus habet magnam iurisdictionē l.7.q.15.num.5
Abbas exemptus habet correctionem, l.7.q.15.n.10
Abbas exēptus maiorem potestatem habet in monachos quā Episcopus in clericos, l.7.q.15.n.11
Abbas exemptus potest visitare, l.7.q.15.nu.9
Abbas exemptus habet Ecclesiam sibi pleno iure subiectam, l.7.q.15.num.4
Abbas exemptus potest destituere, l.7.q.15.n.8
Abbas etiam intitulatur in Abbatib regulari. l.11.q.3.n.105
Abbas non exemptus non potest recipere renunciationem, l.7.q.15.num.1
Abbas non potest præfici duobus monasterijs, l 3.q.18.n.43
Abbates habent dignitatem cum administratione, l.3.q.12.nume.6
Abbas habens vsumfructum quamdiu obtinet Abbatiam illa resignata, illum non consequetur, l.1.q.16.n.62
Abbas qui potest synodum celebrare, potest examen per concursum facere, l.8.q.9.n.98
Abbas non potest renunciare in manibus subditorum, l.7.qu. 15.num.19
Abbas potest visitare, l.3.q.12.num.7
Abbas potest prestare consensum alienationi, l.7.q.15.n.16
Abbas post renunciationem non dicitur obtinere Abbatiam, li.1.q.16.nu.63
Abbas non potest remouere priorem, li.11.q.3.n.103
Abbas per sententiam remotus remanet monachus eiusdem monasterii, l.1.q.17.n.25
Abbas potest recipere permutationes, l.7.q.15 n.17
Abbas non potest cogi renunciare, l.3.q.19.n.9
Abbas non potest examen per concursum facere, l.8.q.9.n. 97
Abbas renuncians quando possit petere denuo obedientiam. l.7.q.1.nu.49
Abbates possunt conferre, l.8.q.9.nu.26
Abbatissæ loco prouisionis datur rochetum, l.3.q.12.n.17.
Abbatissa debet habere 40.annos, l.3.q.18.n.40
Abbatissa eligitur, confirmatur, & benedicitur, l.3.q.12.n. 10
Abbatissa non potest præfici duobus monasteriis, l.3.q.18.nume.41
Abbatissa pōt habere duo monasteria annexa, l.3.q.18.n.42
Abbatissa eligi non potest patiens defectum in naralibus, li.3. q.12.num.11
Abbatissa æquiparatur Abbati, l.2.q.1.nu.73
Abbatissa in administratione æquiparatur Abbati, lib.12.q.4. num.30
Abbatissa potest renunciare, l.12.q.4.nu.29
Abbatissa vt renunciet de raro accidit, l.3.q.12..n.18
Abbatissa non plus triennio potest esse in Italia, l.3.q.12. n.24
Abbatissa habet potestatem in suas moniales & quādoque extra, l.3.q.12.n.5
Abbatissa aliis committeit visitationem extra monasteria, li.3. q.12.num.8
Abbatissa in Italia non potest renunciare in fauorem, l.3.q.12. num.23
Abbatissa electa ad distribuendum inter pauperes, potest eligere monasterium suum, l.9.q.17.nu.125
Abbatissatus est beneficium fœminarum, l.2.q.1.n.71
Abbatissatus est beneficium fœminarum, li.3.q.12.nu.15
Abbatissatus potest renunciari etiam in fauorem, l.2.q.1.n. 70. & l.3.q.12.nu.19
Abbatissas Summus Pontifex facere potest. l.3.q.12.n.13
Abbatia quę, l.q.15.n.7
Abbatia duplex regularis & sæcularis, l.2.q.1.n.68
Abbatia dicitur beneficium Ecclesiasticum, l.2.q.1.n.64
Abbatia est ex maioribus dignitatibus, l.3.q.1.n.98
Abbatia non venit appellatione simplici dignitatum, lib. 2.q. 1.num.65
Abbatiæ æquiparantur Episcopatibus, l.2.q.1.nu.66.& li.7.q. 11.num.28.q.15.nu.6
Abbatia sæcularis æquiparatur regularib. l.3.q.1.n.99
Abbatiæ appellatione non venit prioratus, l.2.q.1.n.67.
Abbatiæ duæ non possunt teneri, l.5.q.6.n.111
Abbatiæ dantur Cardinalibus, vt decentius viuant, libr.7.q.12. numero 20
Abbatia potest renunciari, l.2.q.1.n.63
Abbatię regulares possunt resignari, l.2.q.11.n.6
Abbatiam renuncians remanet monachus & habet vocem, li. 1.q.17.num.27
Abiurare verbum, renunciatum iuratam importat, lib. 17.q.1. num.18
Arboris incisio spectat ad dominum, li.10.q.6.n.51
Abrogare verbum significat derogationem totalem, li. 11.qu. 11.num.54
Abrogato continente censetur etiam abrogatum, quod continetur, li.11.q.11.n.12
Abrogare & derogare differunt, l.11.in præf.n. 14
Absentes quare facta publicatione ligantur, l.11.quæs.9.nume ro 13
Absens potest ratam habere acceptationem factam suo nomine, l.10.q.8.nu.37
Absens potest eligi, l.10.q.8.n.7
Absens ex iusta causa non dicitur abesse, li.1.q.10.n. 59
Absens ante accepationem beneficij collati renunciare nō potest, l.2.q.22 nu.12
Absolutio requiritur in iuramento ob enormem læsionem, li. 13.q.1.nu.33
Absolutio non requiritur cum iuramentum est nullum, l. 3.q. 18.num.132.
Absolutio iuramenti ad effectum vt ille possit agere partis citationem non requirit, l.13.q.1.n.37
Absolutio requiritur vt possit agi contra iuramentum, li.13.q. 5.num.57
Absolutio potest peti non absente iuramento de illa non petō do, l.13.q.1.nu.39
Absolutionem alteri committere potest qui non habet superiorem, l.3.q.18.n.13
Absolutio subsecuta non conualidat pensionem reseruatā excommunicato, l.4.q.3.n.49
Absoluentes extra iurisdictionem sunt excommunicati, li.5.q. 6.num.214
Acceptatio quid est, l.10.q.8.n.23
Acceptatio resignatarij requiritur perfectione resignationis,

lib.10.q.8.num.1
Acceptatio est nudi facti,l.10.q.8.n.44
Acceptatio resignatarii requiritur,l.1.q.8.n.27
Acceptare beneficium nemo cogitur.li.10.q.8.n.76
Acceptata resignatione resignans liberatur ab onere soluendi pensionem,l.10.q.8.n.26
Acceptatio præsumitur facta in tempore.l.10.q.8.n.68
Acceptatione resignatarij debet constare,l.10.q.8.n.24
Acceptatio beneficij non præsumitur,l.10.q.8.n.41
Acceptatio resignationis,quomodo probatur,l.10.q.8.nn.46. & 50
Acceptatio probatur per consensum in supplicatione,lib.1.q. 8.num.29
Acceptatio præsumitur ob solutam compositionem, li.10.q.8. num.58
Acceptatio præsumit ob nonam prouisionem,l.10.q.8.nu.59
Acceptatio beneficij requirit mandatum spirituale,lib.10.q.8. num.32.& 36
Acceptans Beneficium tenetur ad onera ipsius,l.6.q.2.n.95. & li.10.q.8.n.29
Acceptans beneficium pensione grauatum se obligat ad illã,l. 1.q.8.nu.28
Acceptationis natura,l.14.q.1.n.18
Accessus quid sit,l.6.q.5.nu.111
Accessus non habet causam de præterito,l.6.q.5.n.112
Accessus reseruatus ex causa cessionis dicitur iustificatus constat de lite,l.10.q.3.nu.45
Accessum vel regressum habentes possunt renunciare simpliciter,l.2.q.23.nu.18
Assensus pro consensu,l.7.q.1.n.2
Accessus sunt hodie sublati,l.6.q.5.n.113
Accusatione pendente nil potest innouari,l.3.q.16.n.9
Accessus reseruatus resignanti nisi acquiratur, ius non abdicatur,l.1.q.3.num.72
Actio spolij non potest cedi in fauorem,li.13.q.5.n.84
Actio ex pacto nudo datur de iure canonico,l.3.q.18.nu.55
Actus gesti per metum veniunt rescindendi,l.13.q.2.n.9
Actio spolij competit renunciauti beneficium ob vim,li.13.q. 4.num.36
Actio spolij non transit cum resignatione facta in fauorẽ tertij,li3.q.5.num.70
Actio spolij nunquam videtur cessa nisi expresse dicatur,l.13. q.5.n.15.& 34
Actio spolij pacto cedi potest.l.13.q.5.n.49
Actus meticulosi,nulli.l.13.q.1.nu.34
Actio psonalis & hipothecaria datur pro pẽsione,l.6.q.2, n.96
Actio personalis non transit in subrogatum,l.13.q.5.nu.80
Actio quod metus causa quid operetur,l.13.q.2.n.23
Actio quod met.causa intentatur ad retractandam renũciationem meticulosam,l.13.q.2 n.19
Actionem habens,ipsam rem habere videtur,lib.11.q.5.nu.53. & l.13.q.5.num.71
Acquirere quisque vult sibi,li.10.q.8.nu.69
Actus præsumitur factus cum ea solemnitate cum qua solet fieri,li.8.q.8.n.61
Actus correspectiui dicuntur qui fiunt eod.die,l.1.q.2.n.25
Actus censetur factus pro vt ius disponit,l.7.q.3.n.5
Actus nullus roboratur ex consensu subsequenti,l.2.q. 5. nu.7
Actus vt valeat receditur à natura dispositionis,l.8.q.8.n. 58
Actus incontinenti facti correspectiui,l.18.q.9.n.13
Actus attribuitur causæ,l.13.q.5.n.9
Actus gestus per procuratorem,& dominum æquiparantur,li. 11.q.6.nu.123
Actus correspectiui habentur pro vno actu,li.8. q.8.n.93
Actus præsumitur factum maiore maximo,l.7.q.3.n.6
Actus contra iuramentum,quando sit nullus,lib. 9.q. 31.nu.4. 11.12.24
Actus nullitas ex defectu procuratoris excedentis mandati fines,l.9.q.17.nu.36
Actus renunciationis,& non voluntas volentis cedere attenditur,l.9.q.9.n.8
Actus legitimi infirmis non prohibentur,lib.12.quæst.14.numero 3
Actus non conclusus certo spacio temporis,perpetuus reputatur,lib.11.q.5.n.42
Actus contra stilum nullus,l.8.q.8.n.49
Actus nullus quoties deuenit ad casum à quo incipere non potest,l.4.q.2.n.71
Actus contra legem est nullus,l.7.q.1.n.10.& li.8.q.8.nu.48.& l.11.q.13.nu.46
Actus contra formam nullus,li.9.q.17.n.115
Actus pluralis cum non tenet neque accessorius,l.11.q.7. n.87
Actus factus de nocte de die fieri dicitur,l.12.q.8.n.438
Actus est nullus conditione tacita deficiente,l.1.q. 3.n. 30
Actus factus cum impensa præsumitur factus mãdato eius cuius interest,l.10.q.8.n.55
Actus habetur ac si non esset factus cum non seruantur conditiones,l.1.q.14.n.9
Actus vt valeat receditur a natura dispositionis,l.11.q.14.nume.13
Actus est nullus non seruata forma,li.5.q.6.n.228
Actus non gestus in collegio potest probari per homines de collegio,l.11.q.14.n.61
Actus reciproci in beneficialibus simoniaci,l.14.q.9.n.16
Actus vicini arguunt fraudem,l.13.q.4.n.25
Actus præsumitur factus omni meliori modo,l.11.q.14.n.14
Actus nullus non est proprie actus,l.1.q.1.n.45
Actus debet subtineri,l.6.q.2.n.57
Actus non dicitur perfectus conditione pendente,lib.1.quæst. 3.num.21
Actus præsumitur factus ob causam præcedentem,lib.13. q.5. nume.10
Actus perficitur ex consensu procuratoris,l.12.q.5.n.40
Actus præsumitur factus ad instantiam illius in cuius vtilitatẽ vertitur,li.9.q.24.n.31
Actus habetur ac si non esset factus conditione deficiente, lib. 1.4.3.num.29
Actus factus per infirmum in præiudicium tertij non præiudicat,l.12.q.1.n.9
Actus contra statutum est nullus,l.10.q.2.n.16
Actus renunciationis debet esse voluntarius,li.1.q.1.n.46
Actus demonstrans liberam voluntatem non purgat metũ vigente ead.causa,l.13.q.1.n.211
Actus non operatur vltra intentionem agentis,l.1q.3.n.35
Actus præsumitur factus ad instantiam illius in cuius vtilitatẽ tendit,lib.10.q.8.n.52
Actus non potest per substitutum expediri, quoties est electa industria personæ,l.9.q.12.n.6
Actus non dicitur actus conditione pendente,l.1.q.3.n.24
Actus præsumitur fraudulentus & dolosus,ratione vicinitatis, l.12.q.1.num.14
Actus non operatur cum cessat consensus,li.1.q.3.n.36
Actu vno correspectiuo anuullato corruit alter,l.8.q.8.nu.92
Actum nullum faciens punitur,l.7.q.1.n.24
Actum nil dicitur dum supereſt aliquid agendum,lib.1.q. 12. numero 25
Actum nihil dicitur dum aliquid supereſt agendum,lib. 8.q.8. num.42
Actum fuisse libere voluntatis ex circumstantijs probari potest,l.13.q.1.num.90
Aduerbium rite requirit vt adhibeatur ordo,l.4.q.2.nu.63
Aduocatus potest esse testis in causa si non recepit salarium,li. 14.q.10.nu.38
Adscritus certe Ecclesiæ a nullo Episcopo est recipiendus,l.2. q.6.num.34
Adimplementum conditionis est probandum,l.10.q.3.n.17
Administrator habet ordinariam iurisdictionem,l.7.quæst.24 num.26
Administrare potest quis quamdiu sustinetur in officio, li.1.q. 7.num.16
Administrator potest constituere Vicarium generalem, l.7.q. 24.num.74
Administratio acquiritur per confirmationem,l.7.q.1.n.87
Administratio conceditur aliquando resignanti,li.6.q.1.n. 11
Administrare non possunt instituti ab Abbate sine licentia diocesan.l.7.q.15.num.2
Administratores hospitalium debent dispensare fructus pauperibus,l.11.q.3.nu.55

Adminis-

Administrare non potest prouisus ante apprehensionem possessionis,l.10.q.6.n.7
Administratores Hospitalium tenentur reddere rationem Ordinarijs.li.11.q.3.nu.53
Adulter non probat contra socium,l.14.q.10.n.4.
Adulteri puniuntur pœna mortis,l.5.q.6.n.62
Adulteri priuantur beneficio,l.5.q.6.nu.61
Aduersitas est medicamentum vitiorum,li.3.n.134
Aduersitas est probatio virtutis,li.5.q.3.n.133
Aequinoca prius distinguenda & postea definienda,lib. 1, q.1. num.2
Aeris intemperies excusat a periuro,li.5.q.3.n.248
Aeris intemperies est iusta causa non morandi in aliquo loco, li.5.q.3.nu.246
Aeris intemperies excusat citatum,l.5.q.3.nu.249
Aeris intemperies excusat a cursu præscriptionis,li.5. q. 3.numer.250
Aeris intemperies est iusta causa non residendi.l.5.q.3. n. 247
Aegritudo Episcopi est causa dandi coadiutorem,l.7.q.20.nume.
Aestimatio communis quomodo probetur,l.10.q.4.n. 8
Agens contra fideicommissarium possessorem, debet probare vitam filiorum,l.10.q.5.nu.14
Alendus tenetur operas præstare,l.5.q.3.n.220
Aleator indignus est beneficio,l.4.q.3.nu.66
Allegans renunciationem debet illam probare.l.8 q.11. n. 58
Allegans inhabilitatem resignantis debet illam probare,li.10. q.4.num.15
Allegans legem abrogatam,incidit in pœnam falsi.lib.11.præfa.num.19
Alex.VI.Extrauag.verba de consensu post obitum,l.9.q.24.nume.15
Alexandrina non habet locum in procuratore dato ad transferendam pensionem.l.9.q.24.n.27
Alexandrina circa dationem consensus,procuratoris,mortuo resignante,an habeat locum in resignatione conditionali, li.9.q.24.n.41
Alexandrina circa extensionem consensus hodie seruatur.lib. 11.q.11.n.51.contra n.64
Alex.doctrina in consilijs præfertur lecturis. l.11.q.10.n.32
Allegatio Lapi 89.quid disponat.l.11.q.6.n.96
Allegatio Lapi operatur,vt quis non teneatur iustificare dispẽsationem obtentam,l.11.q.6.n.101
Allegationi Lapi non est locus si non moriatur in possessione, l.11.q.6.n.106
Allegatio Lapi non habet locum in spolio,l.11.q.6.n.108
Allegatione Lapi nõ põt iuuari nõ publicãs,l.11.q.6.n.95
Allegatione Lapi,an possit vti agens ad regressum,lib. 11.q.6, num.110
Allegationi Lapi non est locus per continuationem possessionis ex reseruatione fructuum,l.11.q.6.n.107
Allegatio Lapi an admittat probationem in contrarium,li.10, q.4.num.
Allegatio Lapi reducta ad triennium ex qua ratione,lib. 10.q. 4.num.11
Allegatione Lapi potest vti spolians suum spoliatorem, li.11. q.6.n.109
Aliud est renunciare simpliciter,& aliud cedere alteri,lib.1.q. 3.num.1
Aliud est renunciare iuri aliud liti,l.7,q.18.n.3
Aliud est differre,aliud tollere,l.2.q.9.n.11
Aliud est renunciare simpliciter aliud, vt detur alteri,l.2.q.23 numero 9
Aliud est resignare beneficium,aliud fructus,l.1.q.6.n.77
Aliud est renunciare prælaturæ,aliud absoluere subditos, l.2 q.26.num.6.
